




+4074 004 01




L. No 131.

40 | 02175

B:





CODEX DIPLOMATICUS  
ORDINIS SANCTÆ MARIÆ THEUTONICORUM.

URKUNDENBUCH  
DES  
DEUTSCHEN ORDENS

INSBESONDRE DER BALLEIEN

COBLENZ, ALTBIESSEN, WESTPHALEN UND LOTHRINGEN.

HERAUSGEgeben  
VON  
JOHANN HEINRICH HENNES.



MAINZ,  
FRANZ KIRCHHEIM.  
1861.

H. 171 (2)



Mainz, Druck von Reuter & Wallau.

## V o r w o r t.

Von den deutschordensbesitzungen, auf die sich die vorliegenden urkunden vorzugsweise beziehen, liegen die meisten in Rheinpreussen und Westphalen, ein theil in Belgien, in holländisch-Limburg und holländisch-Brabant, einige in Rheinbaiern und in Frankreich. Für die geschichte der betreffenden lande ist hier neues, mitunter reichliches material vorgelegt. So schliesst sich diese sammlung namentlich an die urkundenwerke von Lacomblet, Beyer und Wilmans an und enthält eine ergänzung derselben.

Es war meine absicht, auf die einzelnen commenden der betreffenden vier balleien hier näher einzugehen. Aber das material hatte sich zu sehr gehäuft, und ich lege es zurück für eine besondre schrift, die bald erscheinen soll unter dem titel: »Die deutschordensballeien Altenbiesen, Coblenz, Westphalen und Lothringen, nebst kurzen nachrichten über die commenden der übrigen balleien.« Man sieht, dass es sich darum handelt, einen nachtrag zu liefern zu dem reichhaltigen werk Voigt's, zu seiner geschichte des ordens »in seinen zwölf balleien in Deutschland.« Ich kann wohl sagen, dass dies werk es war, das mir zur herausgabe von deutschordensurkunden neuen antrieb gab.

Ueber die originale der urkunden habe ich am schluss eine nachweisung gegeben. Vor allem hielt ich es für ein glück, das archiv von Altenbiesen zugänglich zu finden. Nach dem ausbruch der französischen revolution war es nach Bremen geflüchtet worden. Später war es in Hanau, kam dann nach Aachen und endlich nach Düsseldorf, wo es nun in den besten händen ist, und durch das trefflich angelegte repertorium auf den ersten

blick der reichthum desselben sich überschauen lässt. Wie mir scheint, fehlen unter diesen urkunden die speciell der landballei angelhörigen; wie denn z. b. gar keine kaiserurkunden vorhanden sind. Nach einer mir aus Stuttgart gemachten mittheilung möchte ich glauben, dass sie unter denen sich befinden, die vor einigen iahren von dort nach Wien gekommen sind. Eben so fehlt gänzlich das archiv der commende Ramersdorf, mit dem es eben so wie mit den genannten urkunden ergangen sein mag.

Dass urkunden der ballei Lothringen in Coblenz sind, erfuhr ich durch Beyer's nachrichten in Friedemann's zeitschrift für die archive bd. 1. s. 14. In beziehung auf letztere bemerkt derjenige, der in diesen studien unser aller meister ist: »Von den archiven Deutschlands ist meines wissens das bestbeschriebene das zu Coblenz durch Beyer.« (Zweites ergänzungsheft zu den regesten des kaiserreichs von 1246 bis 1313, vorrede s. xxvii.) Es fehlen bei ienen urkunden die über die commende Luxemburg gänzlich; die über Metz sind nur spärlich vorhanden.

Von den urkunden der ballei Westphalen fehlt das archiv von Welheim fast ganz. Da zu dieser commende früher auch Duisburg gehörte, so gilt hiervon dasselbe. Von ältern urkunden über Brakel sah ich nur wenige. Mehr findet sich freilich über Mülheim; doch auch hier war die ausbeute sehr ungenügend. Um so mehr musste ich beklagen, dass eine handschriftliche, auf urkunden basirte geschichte der commende Mülheim von dem hochverdienten landcommandeur freiherrn Franz Wilhelm von Fürstenberg mir nicht vorgelegt werden konnte.

Was die ballei Coblenz betrifft, so mögen wohl die urkunden über die commende Mecheln in Belgien zu suchen sein; nur wenige sind bei Miraeus gedruckt. Im übrigen wird sich ausser dem, was in meinen beiden sammlungen enthalten ist, von ältern urkunden kaum etwas finden; wenn nicht etwa über Cöln in Wien und über Waldbreidbach in Idstein nachlese zu halten sein möchte.

Mainz, im november 1861.

1. Pabst Innocenz III. nimmt das vom grafen von Metz gestiftete [bald hernach dem deutschen Orden übergebene] spital zu Salburg [Saarburg] in seinen Schutz. Im Lateran, 1208 ianuar 13.

Innocentius episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis fratribus hospitalis de Salburc salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris et nobilis viri . . comitis Metensis, fundatoris hospitalis eiusdem, iustis postulationibus inclinati, personas vestras et locum ipsum, in quo divino estis officio mancipati, cum hiis, que impresentiarum rationabiliter possidet aut in futurum iustis modis prestante domino poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum. Datum Lateran., v. id. ianuarii, pontificatus nostri anno undecimo.

2. Otto IV. römischer König schenkt auf die bitte seiner dienstmannen und bürger zu Nürnberg dem deutschen orden die kirche des heiligen Jacob in Nürnberg mit den dazu gehörigen güttern und ausserdem das reichslehnmbare, von Otnand von Eskinowe ihm resignirte gut Karlshoven. Bamberg, 1209 febr. 20.

Otto quartus dei gracia Romanorum rex et semper augustus. Desiderium quod ad religionis propositum spectare dinoscitur libenti animo nos decet admittere et loca domino mancipata obsequiis feliciter promovere. Eapropter omnibus imperii fidelibus presentibus et futuris notum facimus, quod nos divine retrici-

bucionis intuitu ad instantem petitionem ministerialium ac civium nostrorum de Nuerenberg in perpetuam proprietatem hospitali sancte Marie Theutonicorum in Jerusalem ecclesiam sancti Jacobi in ipsa civitate Nurenberg cum omnibus bonis que in presenciarum possidet aut in posterum dante domino poterit adipisci; insuper pre-dium de Karlishovin, quod imperio attinebat, per Otnandum de Es-kinowe et heredes suos, qui illud in feudo habuerunt, nobis resignatum, memorato hospitali libere contradidimus possidendum; ipsam ecclesiam cum omnibus bonis et mancipiis suis sub regalem protectionem nostram recipientes. Ad cuius rei indicium presentem kartam conscriptam sigillo nostro iussimus communiri. Datum Bamberg, x. kal. marci, indictione XII.

3. Friedrich II. römischer König überträgt und schenkt dem deutschen Orden das armenspital in der reichsstadt Altenburg, in der weise dass wie bisher so auch künftig arme und kranke darin aufgenommen, die verbleibenden überschüsse aber für die ordensbrüder im heiligen land verwendet werden sollen; bestätigt auch dem orden alle ihm von reichsministerialen gemachten schenkungen. Eger, 1214 iuni 2.

In nomine sancte et individue trinitatis. Fridericus divina favente clementia Romanorum rex semper augustus et rex Siclie. Eterne retributionis premia profecto meretur accipere, qui Christi militibus per temporalia stipendia manu larga curaverit subvenire. Inde est quod nos advertentes honestatem domus sancte Marie, domus videlicet hospitalis Theutonicorum in transmarinis partibus; considerantes quoque devotionem et probitatem fratrum in eadem domo sub domino militantium: ut per largitatis nostre beneficia diebus nostris et in rebus et in personis memorata domus amplius possit proficere, in signum futurorum beneficiorum que domino dante in posterum ipsi domui deliberavimus nos collatuos, ad postulationem et benignum assensum subscriptorum principum de mera liberalitate nostra contulimus et in perpetuam proprietatem donavimus sepedicto hospitali sancte Marie domum hospitalem pauperum, in civitate nostra apud Aldenburc sitam, cum rebus et personis et universis eius pertinentiis; ita tamen, ut sicut hactenus consuetum est, ita quoque de cetero observetur in eadem domo receptaculum pauperum et infirmo-

rum, et si quid inibi residuum fuerit post expensas pauperum deductas, ad usum fratrum hospitalis Theutonicorum in transmarinis partibus domino famulantium ducatur. Concedimus quoque et confirmamus predicte domui omnes possessiones, quas ei vel ministeriales imperii seu quicunque fideles imperii de proprietatibus suis pro salute sua vel parentum suorum contulerint. Statuentes et regia auctoritate districte precipientes ut nulli unquam persone alte vel humili, ecclesiastice vel seculari, licitum sit, huic confirmationi seu concessioni nostre aliquo improbitatis ausu obviare. Quod qui facere presumpserit, in sue presumptio-  
nis penam mille libras auri examinati componat, quarum medie-  
tas fisco nostro, reliqua vero medietas passis iniuriam persolvatur. Ad cuius rei certam in posterum evidentiam presentem pagi-  
nam conscribi iussimus et maiestatis nostre bulla consignari. Testes huius rei sunt Albertus Maideburgensis archiepiscopus, Otto Erbipolensis episcopus, Engelhardus Nuenburgensis episcopus, Odakarus rex Boemie, Hermannus lantgravius Thuringie, Dide-  
ricus marchio Missenensis, comes Adolphus de Schowenburc,  
comes Albertus de Everstein, comes Fridericus de Bichelingen,  
comes Heinricus de Suarzbuc, Albertus de Droizk, Heinricus  
de Kamburc, Heinricus de Widah et frater suus, Albertus bur-  
gravius de Aldenburc, Heinricus et Eberhardus de Milin, Hein-  
ricus de Krimaschowe et alii quamplures. Acta sunt autem hec  
anno domini M.CC.XIII., regnante domino Friderico Romanorum  
rege augusto et rege Sicilie glorioso, anno regni eius Romani II.,  
regni vero Sicilie XVII.

Ego Cunradus Spirensis et Metensis episcopus, imperialis  
aule cancellarius, vice domini Sifridi Maguntine sedis  
archiepiscopi et tocius Germanie archicancellarii, re-  
cognovi.

Signum domini Friderici Romanorum regis semper augusti  
et regis Sicilie.

Datum apud Egram, IIII. nonas iunii, indictione II.

4. Friedrich II. römischer König übergibt dem Landcomthur und den Deutschordensbrüdern in Thüringen einen zu diesem Zweck von Rudolf schenk von Vargula ihm resignirten, bei Thanbach gelegenen kleinen Wald, genannt der Geher. Eger, 1214 iuni 5.

In nomine sancte et individue trinitatis, amen. Fridericus secundus divina favente clemencia Romanorum rex semper augustus et Sicilie rex. Etsi ad universos, quos Romanum ambit imperium, nostre liberalitatis dexteram extendere debeamus, illos tamen pociori favore amplectimur et intimiori prosequimur caritatis affectu, qui in defensione christiani nominis personas et res exponere non formidant. Ideo universis constare volumus, quod nos ob spem vite eterne quoddam lignetum sive silvulam prope villam Thanbach situatam, vulgariter der Geher nuncupatam, quam nobilis Rudolfus pincerna de Fariola fidelis noster iure feodali possedit a nobis, et in manus nostras resignatam, dedimus provinciali et fratribus hospitalis sancte Marie Jerosolimitane Theutonicorum in Thuringia, proprietatis titulo perpetuo possidendam. Et ut hec donacio perpetue firmitatis robur obtineat, presentem litteram fieri et bulla maiestatis nostre iussimus insigniri. Huius rei testes sunt Albertus Magdeburgensis archiepiscopus, Engelhardus episcopus Numburgensis, Ottakarus rex Boemie, Theodericus marchio Misnensis, comes Adolfus de Schauwinburgk, Godefridus comes de Spanheim, Guntherus comes in Kevernbergk, Fridericus comes de Bychelingin, Rudolfus de Altestete, Ludewicus de Wangenheim et alii quamplures. Datum apud Egram, anno dominice incarnationis M.CC.XIII., nonis iunii, regnorum nostrorum Romani secundo, Sicilie vero XVII.

5. Friedrich II. römischer König verleiht das [später dem deutschen Orden übergebene] Patronat in Ramstein und den dazu gehörigen Tochterkirchen Weilerbach und Spessbach dem Reinhard von Hoheneck, Schultheiss von Kaiserslautern, als Erblehen. Kaiserslautern, 1215 iuni 2.

Fridericus dei gratia Romanorum rex semper augustus et rex Sicilie. Notum facimus universis presentem paginam inspecturis, quod nos propter devota servicia, que dilectus fidelis noster Reinhardus de Lutra iam nobis exhibuit et domino dante in posterum nobis est exhibitus, ut de devoto ipsum nobis devotorem redderemus, in rectum feudum concessimus ei et suis legitimis heredibus in perpetuum ius patronatus in ecclesia, que nuncupatur Ramenstein, et filiabus ecclesiis ad ipsam pertinentibus, videlicet Wilrebach et Spehspach; volentes, ut ipse in perpetuum et legitimi heredes eius in memorata ecclesia cum pre-

dictis ecclesiis sibi pertinentibus ius patronatus in quieta pace habeat et possideat. Ad cuius rei eternam imposterum memoriam presentem paginam conscribi iussimus et maiestatis regie bulla consignari. Datum apud Lutram, anno domini M.CC.XIII, III. non iunii, inductione III.

6. Friedrich II. römischer König, wohl in's Auge fassend die Frömmigkeit und Zucht die Hermann der Hochmeister und andere Brüder des Deutschen Ordens bewährten, verleiht und schenkt diesem Orden eine jährliche Rente von hundertfünfzig Unzen Gold, haftend auf den königlichen Einkünften zu Brindisi, in Tausch gegen eine Besitzung in Deutschland die er vom Orden erhalten. Nürnberg, 1216 dec.

Fridericus secundus divina favente clementia Romanorum rex semper Augustus et rex Sicilie. Regi regum omnium de cuius munere aviti regni diadema sceptrumque recepimus et in throno progenitorum nostrorum suscepti regiminis moderamus habendas, iura disponimus feliciter et tractamus, tam in gratiarum quam in laudum munere tenemur, et volumus nichilominus conditis actibus tam pietate quam spiritu devotionis assurgere; quia parum sola devotio perficit ubi posse adiacet, si eam non corroborent fructus et opera karitatis. In hiis enim que causa dei liberalitas nostre benicitatis impedit, deo feneramus et multiplicata inde divine retributionis beneficia prestolamus. Hac igitur ducti consideratione laudabili, diligentius attendantes religionem et honestatem tuam, frater Hermanne, magister sacre domus hospitalis Teutonicorum in partibus Ierosolymitanis, et aliorum fratrum hospitalis eiusdem, de consueta munificentia nostra concedimus et donamus eidem sacre domui Theutonicorum in perpetuum [centum] quinquaginta uncias auri tarenorum bonorum Sicilie ad pondus Baroli, in proventibus sicle, doane et aliorum reddituum civitatis nostre Brundusii annis singulis percipiendas, in excambium cuiusdam tenimenti quod ab hospitali ipso in Alamania recepimus; et ut hospitale ipsum nostra donatione possit plenius congaudere, statuimus et mandamus, ut de primis proventibus et redditibus eiusdem civitatis quos curia nostra habere debet, eidem hospitali iam dicto centum quinquaginta uncie persolvantur, omni impedimento et contrarietate remota. Mandantes et firmiter precipientes ut quecumque persona

alta vel humilis, ecclesiastica vel secularis, hanc nostram concessionem et donationem infringere vel violare presumpserit, centum libras auri componat, quarum medietas camere nostre, altera vero passis iniuriam persolvatur. Ut autem hec rata et firma permaneant, presens inde privilegium fieri fecimus sigillo nostre celsitudinis roboratum. Huius rei testes sunt: Siffridus Maguntinus archiepiscopus, Berardus Panormitanus archiepiscopus, Raynaldus Gentilis Capuanus archiepiscopus, Eckibertus Babinbergensis episcopus, Ulricus Pataviensis episcopus, Liupoldus dux Austrie et Styrie, Ludwicus dux Bawarie et palatinus comes Rheni, Otto dux Meranie, Bernhardus dux Karinthie, Willelmus marchio Montisferrati, Willelmus Porcus ammiratus regni, Hermannus marchio de Baden, Anselmus mariscalcus de Justingen, Waltherus pincerna de Scipha, Ulricus de Minzinberc, Philippus de Bollanden et alii quamplures.

Signum domini Friderici secundi, magnifici Romanorum regis semper augusti et regis Sicilie.

Ego Conradus Metensis et Spirensis episcopus et imperialis aule cancellarius, vice Siffridi Maguntine sedis archiepiscopi et tocius Germanie archicancellarii, recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo sexto decimo, mense decembris, quinte indictionis, regnante domino nostro Frederico dei gratia Romanorum rege semper augusto et rege Sicilie, anno Romani regni ipsius in Germania quinto et in Sicilia XVIII. Feliciter, amen. Datum apud Nurinberc, anno mense et indictione prescriptis.

7. Adolph graf von Berg, umgeben von den rheinischen rittern die mit ihm das kreuz genommen, schenkt dem deutschen orden den hof Diedern. Im lager vor Damiette, 1218.

Notum sit omnibus Christi fidelibus presentem paginam insipientibus, quod ego Adolfus comes de Monte, presentis vite statum instabilem premeditatus, pro salute anime mee et omnium progenitorum meorum hospitali sancte Marie domus Theutonicorum in Jerusalem curiam meam in Diedirn cum omnibus adtinenciis suis, hominibus aquis silvis terra culta et inulta, libere contuli, eidem hospitali et pauperibus Christi de redditibus nominate curie perpetuo subveniendum constituens. Ut au-

tem hec largitio rata et illibata permaneat, sigilli mei appensione  
 hanc paginam roboravi. Huius rei testes sunt comes Adolfus de  
 Dahsel, dominus Heinricus cappellanus comitis de Monte, do-  
 minus Heinricus de Elzelo, dominus Ditericus de Herla, domi-  
 nus Swederus de Dingede, dominus Albertus de Hurden, dominus  
 Hermannus de Alfter, dominus Reimboto de Orsbech, dominus  
 Ditericus de Koselar, dominus Adolfus de Bernsowe, dominus  
 Heinricus de Schonenrode, Heinricus de Bernsowe, Reimpoldus  
 de Bernsowe, dominus Wichardus de Linefe, dominus Albertus  
 de Stamheim, Bruno de Stamheim, Gerardus de Ubladen, Gisin  
 de Ubladen, Lampertus de Leichlingen, Marsilius de Dursheim,  
 dominus Lupus Bruno, Bruno de Holz, Swikerus de Lintloch,  
 Gotfridus de Meindorf, Albertus de Buchele, Algerus de Mein-  
 dorf, dominus Richwinus Ruhs de Hescheide. Acta sunt hec in  
 obsidione Damiathy civitate Egypti, anno incarnacionis verbi  
**M.CC.XVIII., indictione VI.\*)**

8. Wilhelm graf von Jülich schenkt dem deutschen orden  
 das reichslehen Bergstein und die kirchen zu Nideggen  
 und Siersdorf. [Im lager vor Damiette] 1219.

In nomine sancte et individue trinitatis. Sciant presentes  
 et futuri, quod ego Willelmus comes Juliacensis Berinsteyn et  
 omnia attinentia, que ego et antecessores mei in feodo ab im-  
 perio Romano tenuimus, et ecclesiam in Nidegkin et in Sersdorp  
 et omnia eis attinentia divine remunerationis intuitu et pro re-  
 medio anime mee et heredum meorum precedentium, scilicet  
 Willelmi patrui mei quondam comitis Juliacensis et ceterorum,  
 domui hospitalis sancte Marie in Jerusalem, Alemannorum nun-  
 cupate, a fratribus ipsius domus et ipsorum vicem gerentibus  
 in perpetuum quiete et integraliter possidenda, contulimus; qua-  
 tenus nostri memoria in prefata domo et in omnibus ecclesiis  
 eidem domui attinentibus a fratribus et clericis celebris memo-  
 ria habeatur in perpetuum, et ut assidua ipsorum interventione  
 apud districtum iudicem veniam consequamur. Ut autem talis  
 collatio firma sit et inconvulta et ne a quoquam posterorum  
 meorum succendentium ausu temerario valeat infirmari, hanc

\*<sup>o</sup>) Bei Lacomblet bd. 2, s. 39 eine andere, kürzere ausfertigung dieser  
 urkunde mit dem datum „XVII. kal. iulii“ und einigen andern zeugen.

cartam ministris prefate domus in testimonium indulsimus, sigilli nostri robore et subscriptione testium confirmatam. Tali ordinationi interfuerunt: Henricus comes Seinensis et Henricus de Okkenheim et Theodoricus de Ysinburg; et ministeriales et homines mei Arnoldus de Giminich, Henricus Bufo, Hermannus advocatus Juliacensis, Winandus de Gurcenich, Winmarus Vrambalch, Walterus de Deirmrode,<sup>\*)</sup> Petrus de Walde, Reinerus de Rotheim et alii quam plures nobiles et ministeriales. Quicumque enim his nostris tam piis actibus obviare attemptaverit, omnipotentis dei indignationem incurrat et cum inquis et cum Juda in die iudicii recipiat portionem. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M.CC.XVIII.<sup>\*\*)</sup>

9. Die richter, die schöffen und der gesammte stadtrath von Köln schreiben dem pabst Honorius III., dass ihr mitbürger Heinrich Halverogge ein spital gestiftet und sie selbst ein grundstück zur erbauung einer kapelle geschenkt, worin für dasselbe gottesdienst gehalten und ein priester angestellt werden solle, dass nun aber die stiftsherren von sankt Severin gegen die abhaltung des gottesdienstes einsprache gethan, weil die kapelle in dem zu ihrer pfarrei gehörigen bezirk gelegen; und bitten den pabst, zu bewirken, dass das stift die ihm angebotene abfindungssumme annehme und den gottesdienst in dem genannten [dem deutschen orden übergebenen] spital nicht weiter verhindere. [1219.]

Sanctissimo patri ac domino H., dei gracia summo pontifici, iudices scabini universique magistratus Colonienses devota pedum oscula. Sanctitati vestre duximus significandum, quod Henricus Halverogge, noster concivis dilectus, tempore vite sue pro anime sue redempzione, divino ductus spiramine, ad honorem piüssime genitricis dei virginis Marie ac inclite Katerine martiris hospitale quoddam plantavit. Nos quidem decorum dei ampliare cupientes, fundum quendam ad nostrum usum publicum spectantem dicto hospitali in subsidium contulimus ac iuvamen, et ibidem oratorium de beneficiis nostris et aliorum

<sup>\*)</sup> Irmrode?

<sup>\*\*) Statt der bd. 1. s. 44 unvollständig mitgetheilten urkunde hier von neuem abgedruckt.</sup>

Christi fidelium construximus, in eodem oratorio virum discre-  
tum et honestum collocantes, qui divina officia celebraret et  
fratribus hospitalis necon infirmis ibidem decumbentibus ido-  
neus existeret ac paratus ecclesiastica sacramenta ministrando.  
Nunc autem decanus, vir venerabilis, totumque capitulum sancti  
Severini in Colonia divina in predicto oratorio inhibuerunt ce-  
lebrari, nec ibi corpora mortuorum patiuntur tumulari, asseren-  
tes quod dictum hospitale cum suo oratorio adjuncto in ecclesia  
parochiali, que ad ipsos pertinet, sit constitutum. Nos vero  
cuiuslibet discordie scrupulum amputare volentes, transactionis  
pactum cum decano eiusque iam dicto capitulo dinoscimur ini-  
visse, sub hac forma, quod dicto capitulo xx. marcas daremus,  
ut alios agros emeret ad recompensationem dampni, quod de  
dicto hospitali cum oratorio adjuncto forte foret suscepturum;  
ita quod dictum hospitale cum omnibus bonis suis attinentibus  
a iuridictione decani ac eius capituli esset penitus exemptum,  
et hospitalarii liberam facultatem instituendi personam  
ydoneam, que divina celebret et infirmos in confessionibus et in  
aliis necessitatibus quam pluribus procuret, insuper qui in dicto  
hospitali expiraverint, ibidem debeant sepeliri. Supradicte vero  
pecunie, que pro transactione premissa dari debebat, hospitalis  
fratres sepedito decano ac eius capitulo XII. marcas sub bono  
testimonio persolverunt et VIII. marcas residuas solvere sunt  
parati. Cum igitur hospitale prefatum in temporalibus minus  
videatur habundare, et decanus eiusque capitulum maiorem par-  
tem pecunie receperint, minorem vero recipere recusent, que-  
rentes occasionem contendendi: vestram sanctitatem humiliter  
exoramus, quatinus prememoratum decanum eiusque capitulum ad  
receptionem residue pecunie compellatis, eos ab omni indebita  
vexatione, quam dictis hospitalariis dinoscuntur inferre, compes-  
centes, necnon dictum hospitale cum oratorio adjuncto integrum  
et illesum et a quibuslibet prestationibus immune sub vestra  
tuitione deinceps dignemini conservare.

10. Die richter, die schöffen und die gesammte bürgerschaft von Köln schreiben dem abt von Rommersdorf und den andern vom pabst delegirten richtern über die streitsache zwischen dem deutschen orden und dem Severinstift, und dringen darauf, dass letzteres angehalten werde, den

rest der ihm von den deutschordensbrüdern schon gezahlten abfindungssumme anzunehmen und von weiterer belästigung derselben abzustehen. [1219.]

Venerabilibus viris abbati de Rumirsdorf suisque coniudicibus, a domino papa delegatis, iudices scabini et universi cives Colonienses salutem et paratam ad obsequia voluntatem. Veritatem in causa, que vertitur inter hospitalarios domus Theutonicorum sancte Marie in Akyrs et canonicos sancti Severini, vobis decrevimus aperire. Sane cum quondam noster concivis Henricus Halveroge in remedium anime sue ad honorem beate virginis Marie et vivifice crucis supradictis fratribus prefate domus quasdam possessiones tradidisset, nos in subsidium infirmorum ibidem confluentium fundum quandam ad nostrum usum publicum spectantem contulimus in perpetuum possidendum, ut in eo fratres supradicte domus oratorium construerent, in ipso presbiterum collocantes, qui sacramenta infirmis decumbentibus ministret et corpora mortuorum sepeliret. Postmodum autem decanus sancti Severini in Colonia totusque ibidem conventus constructionem oratorii in dicto fundo inhibebant; asserentes, eum in suo territorio situm esse et occasione oratorii sibi non modicum derogari. Nos quidem tute ambulare volentes, dictos fratres ad hoc induximus persuadendo, ut cum decano totoque capitulo sancti Severini componere non different; qui nostro consilio adherentes xx. marcas sub forma transactionis sepedicto decano totique capitulo pepigerunt; ita quod bona fratum eorundem ab omni iure decani et capitulo essent exempta, et idem fratres construendi oratorium neconon instituendi presbiterum plenam et liberam haberent facultatem. Supradicte quidem pecunie XII. marcas fratres dicto decano et capitulo persolverunt, residuas VIII. marcas sub nostro testimonio offerentes, quas ipse decanus et capitulum accipere renuerunt, cum tamen maiorem partem totius summe scilicet XII. marcas unanimiter recepissent. Cum igitur vobis constet de premissis, vestram rogamus discretionem, modis omnibus ammonentes, quatinus eternorum intuitu ac nostrarum precum interventu sepedictos fratres in iure suo defendatis, et decanum totumque capitulo ut transactioni parant efficaciter compellatis, eos ab omni vexatione indebita quam fratribus hospitalis ingerunt compescentes.

11. B. abt von Rommersdorf, G. custos von sankt Castor und Th. cantor von sankt Florin beurkunden, dass das Severinstift zu Cöln und Ludwig der deutschordensmeister die entscheidung ihrer streitsache wegen der spitalskapelle zu Cöln in die hände des abts vom Beatusberg, zweier stiftsherren von sankt Castor und des von diesen hinzugezogenen meister Henmekin gelegt und dass diese entschieden hätten, in der genannten deutschordenskapelle sollten keine anniversarien gefeiert, keine trauung und aussegnung vorgenommen, nur die im ordenshause verstorbenen dort beerdigt und für die befreiung der hausstätte von allem zins zwanzig mark bezahlt werden u. s. w.; auch dürfe man nur einmal beim ankleiden des priesters läuten und zum zweiten mal beim anfang der messe u. s. w. Coblenz, 1220 ianuar 25.

B. abbas in Rumersdorf, G. custos sancti Castoris, Th. cantor sancti Florini in Confluentia, iudices a domino [papa] delegati, omnibus hoc scriptum intuentibus salutem in vero salutari. Constitutis in presencia nostra decano, custode et Godescalko capituli sancti Severini in Colonia et Lodewico magistro hospitalis Teutonicorum sancte Marie in Akaron, procuratoribus, fide hinc inde data ad exhortationem nostram compromiserunt in abbatem sancti Beati et Warnherum cantorem et Waldeverum canonicum sancti Castoris et Johannem canonicum sancti Florini in Confluentia, magistro Hezzokino eis adjuncto; qui partium meritis diligenter examinatis, hoc modo inter partes composuerunt, ut fratres prediche domus in Colonia nulos anniversarios vel tricenarios vel septenarios pro defunctis observent nec sponsas nec a puerperio surgentes reconcilient, tantum in domo sua decedentes sepelient, et neminem extra egrotantem vel morientem nisi prius exhibito omni iure custodi sancti Severini colligant, secundum consuetudinem Coloniensis civitatis, omnes parrochianos sancti Severini in quinque precipuis sollempnitatibus, scilicet nativitatis Christi, purificationis beate Marie, pasche, pentecostes et omnium sanctorum publice repellant; et quoscunque custos sancti Severini excommunicatos eis denunciet, eis presentibus divina non celebrent. Omnes etiam, qui in domo preditorum fratrum habitant vel habitabunt uxorati et non signati, omni iure parochiali tenebuntur. Alia autem familia pro delicto, aut coram custode aut villico prepositi sancti Severini responde-

bit. Ut autem area ipsorum inter duas plateas inclusa ab omni onere pensionis sive servitutis, quo ecclesie sancti Severini tenebatur, esset immunis, xx. marcas Colon. monete pecunie numerate in recompensationem dampni et conservande amicitie iam dicte ecclesie promisit, convertendas in redditus ad opus dominorum sancti Severini. Quod si fratres predictos in posterum aut domos aut agros in parrochia sepedicta contigerit acquirere, cum omni onere suo, quo parrochie predice attinebant, ad ipsos devolventur. Non utentur etiam fratres predicti nisi unica nola, hoc modo. Cum sacerdos induitur, semel pulsabit; cum missa incipitur, pulsabit iterato, ad vesperas semel, ad matutinas semel; ad exequias autem funerum, sicut habet consuetudo, pulsabit. Sacerdos autem ipsorum fratrum feria secunda, cum itur ad sanctum Severinum ad indulgentiam, non incedet indutus paramentis sacerdotalibus; non in stratum communem progredietur, sed ante fores oratorii stabit. Litteras insuper ratihabicionis archiepiscopi Coloniensis et magistri domus Teutonicorum suis expensis et laboribus procurabunt ecclesie et capitulo sancti Severini in Colonia. Acta sunt hec anno ab incarnatione domini M.CC.XIX., in conversione sancti Pauli, in claustro sancti Florini in Confluenzia. Hiis presentibus: domino Cunrado preposito sancti Florini, Warnero de Guntreve, Hugone scolastico sancti Castoris, Johanne sacerdote de Wisebade, magistro Helya de Rehsa, magistro Adam et aliis quam pluribus.

12. Engelbert erzbischof von Köln bestätigt die in der streitsache des Severinstifts zu Köln und der deutschordensbrüder, die ordenskapelle in Köln betreffend, im Florinskloster zu Coblenz verkündigte schiedsrichterliche entscheidung und wiederholt die einzelnen bestimmungen derselben. Coblenz, 1220 ianuar 25.

Engilbertus dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus. Universis presentem cedulam inspecturis in perpetuum. Devota fidelium pacta, que karitatem excitant et a rationis trahite non discordant, approbare et firma perpetuare memoria, tam pium quam necessarium credimus. Proinde scire volumus universitatem vestram, quod questio mota inter ecclesiam beati Severini et fratres domus Teutonicorum hospitalis sancte Marie in Accaron, in parrochia beati Severini site, arbitrio prudentum

virorum in ecclesia sancti Florini Confluentie hoc modo sopita est, ut iam dicti fratres nullos anniversarios vel tricenarios vel septenarios pro defunctis observent nec sponsas nec a puerperio surgentes reconcilient, tantum in domo sua decedentes sepelient et neminem extra egrotantem vel morientem nisi prius exhibito omni iure custodi sancti Severini colligant, secundum consuetudinem Coloniensis civitatis, omnes parrochianos sancti Severini in quinque precipuis sollempnitatibus, scilicet nativitatis Christi, purificationis beate Marie, pasche, pentecostes et omnium sanctorum publice repellant, et quoscumque custos sancti Severini excommunicatos eis denunciet, eis presentibus divina non celebrent. Omnes etiam, qui in domo predictorum fratum habitant vel habitabunt uxorati et non signati, omni iure parrochiali tenebuntur. Alia autem familia pro delicto aut coram custode aut villico prepositi sancti Severini respondebit. Ut autem area ipsorum inter duas plateas inclusa ab omni onere pensionis sive servitutis, quo ecclesie sancti Severini tenebatur, esset immunis, xx. marcas Colon. monete pecunie numerate, in recompensacionem dampni et conservande amicitie, ecclesie iam dicte dedit, convertendas in redditus ad opus dominorum sancti Severini. Quod si fratres predictos in posterum aut domos aut agros in parrochia sepedicta contigerit adquirere, cum omni onere suo, quo parrochie predice attinebant, ad ipsos devolventur. Non utentur etiam fratres predicti nisi unica nola, hoc modo. Cum sacerdos induitur, semel pulsabit; cum missa incipitur, pulsabit iterato; ad vesperas semel, ad matutinas semel; ad exequias autem funerum sicut habet consuetudo pulsabit. Sacerdos autem ipsorum fratum feria secunda, cum itur ad sanctum Severinum ad indulgentiam, non incedet indutus paramentis sacerdotalibus, non in stramat communem progredietur, sed ante fines stabit oratorii. Hanc igitur prudentum virorum compositionem, provida deliberatione ordinatam, ratam habentes, sigilli nostri munimine roboratam, confirmamus. Acta sunt hec anno ab incarnatione domini millesimo ducentesimo XIX., in conversione [sancti] Pauli, in claustro sancti Florini in Confluentia; hiis presentibus: Cunrado preposito sancti Florini, Warnero de Guntreve, Hugone scolastico sancti Castoris, Johanne sacerdote de Wisebade, magistro Helya de Rehsa, magistro Adam et decano et custode

sancti Severini et Godescalco sacerdotibus, ad hoc missis et prefatam ordinationis compositionem nomine capitali sui approbantibus, et aliis quampluribus.

13. Engelbert erzbischof von Cöln, in dem wunsch, den deutschordensbrüdern die vor allen als die streiter Christi zu bezeichnen und die den feinden des kreuzes gleichsam wie eine mauer gegenüberstehen, besondere liebe zu bezeugen, gestattet ihnen, an den vom grafen von Jülich ihnen geschenkten kirchen zu Nideggen und zu Siersdorf nach ihrer wahl die geistlichen anzustellen.  
Cöln, 1220 april 1.

Engilbertus ordinatione divina sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus. Universis tam futuris quam presentibus, quorum conspectui presens scriptum oblatum fuerit, gratiam in presenti et gratiam in futuro. Etsi iuxta sententiam apostolicam bonum operari ad omnes iubeamur, iubemur tamen specialiter domesticis fidei propensius subvenire officio caritatis. Domesticos autem fidei quos possumus congruentius interpretari quam ad lethas Christi, videlicet hospitalarios, qui pro fidei catholice defensione se devoverunt morti exponendos, qui se ipsis abnegatis crucem suam tulerunt et sequentes crucifixum crucis inimicis tamquam murum sese opponunt. Hos vere fidei fideles domesticos singulari amplexantes affectu et desiderantes ipsos augeri per omnia, in duabus ecclesiis, videlicet Nidecke et Siersdorp, quas Wilhelmus comes Juliensis bone memorie domui hospitaliorum de Jerusalem, que Theuton. dicitur, contulerat, concessimus personatum cum maioris capituli nostri ac nostrorum consilio priorum; ita tamen quod electum ac re promissum est nobis ab eiusdem domus fratribus, quod ipsi archiepiscopo cathedralicu et archidiacono ac decano loci, in quo dicte ecclesie sunt site, iura constituta et debita servitia sicut cetere persone de ceteris ecclesiis absque omni contradictione persolvant, et observabunt in memoratis ecclesiis sive generalis sive specialis interdicti sententias quandocumque evenerint, non obstante aliquo privilegio ordini a summo pontifice concesso; quas re promissiones se ratas habituros magistri ordinis sunt protestati in litteris suis, nobis et capitulo nostro ac prioribus transmissis. Et ut hec inconvulta permaneant et tam futuris quam presentibus

nota fiant, conscribi fecimus presentem cedulam, nostro et capituli nostri maioris ac priorum sigillis communitam. Huius rei testes sunt Conradus maior prepositus, Gozwinus maior decanus, Ludewicus Xanctensis prepositus, archidiaconi, Bruno sancti Cuniberti, Henricus sancti Severini, Theodericus sancti Andree prepositi; H. illustris dux Brabantie, H. Senensis, . . Gelrensis et de Altena comites; nobiles etiam G. de Randerode, A. de Dollendorp, H. de Molenarke, Evirardus Flecke, H. de Arberch, Colonie burgravius; ministeriales H. nobilis advocatus, G. camerarius, H. mareschalcus, Herimannus de Rothen, Winemarus de Aldendor, Herimannus de Kovoltshoven et alii quam plures. Datum Coloniae, anno gratie M.CC.XX., kalendas aprilis, VIII. indictione, pontificatus nostri secundo.

14. Hugo bischof von Lüttich beurkundet, dass Mechtild abtissin von Bilsen mit ihrem kapitel und mit Arnold graf von Looz die kapelle, genannt zu den Binsen [Biesen], dem deutschen orden geschenkt habe und gibt dazu seine einwilligung. [Frankfurt] 1220 [april].

Hugo divina concedente misericordia Leodiensis ecclesie episcopus. Universis ecclesie sancte filiis presens scriptum audiuntibus vel inspecturis cognoscere veritatem. Ne per mutationem hominum vel processum temporum ea que ab honestis personis rationabiliter et discretissime fiunt, revocari possint vel oblivioni dari, testibus ac scripto debent eternari. Notum igitur esse volumus omnibus Christi fidelibus tam futuris quam presentibus, quod Mechtildis abbatissa de Bilsen cum universitate eiusdem ecclesie capituli, una cum Arnoldo comite de Los, capellam, que dicitur ad Juncos, hospitali domus Theotonicorum in partibus transmarinis in subsidium deo ibidem militantium, ac infirmorum quorum in ea cura geritur, cum omnibus suis pertinentiis iure perpetuo donaverunt; nostrum super hoc, sicut iustum erat, requirentes assensum. Nos autem eorum petitioni libenter annuentes, et ut predicta donatio firma et inconvulsa omni permaneat evo, presentem paginam inde conscriptam, et sigilli nostri, abbatisse quoque ac prefati comitis, munimine roboratam, tradidimus, eorum factum in hoc per omnia roboran tes. Testes huius rei sunt: dominus Sifridus Moguntinus archiepiscopus, dominus Engelbertus Coloniensis archiepiscopus, do-

minus Theodericus Trevirensis archiepiscopus, dominus Conradus Metensis episcopus et imperialis aule cancellarius, dominus Ekebertus Babenbergensis episcopus; Henricus dux Brabantie, Ludovicus comes palatinus Rheni et dux Bavarie, Ludovicus lantgravius Thuringie, Gerardus comes de Ara, Henricus comes de Seina; Hermannus de Mulnarka, Alexander de Wilre, Hermannus de Etzlo, Henricus de Rumershoven, Conradus de Opberdingen, Gisebertus Gutkint, Robinus de Curswermein, Godefridus de Lenn. Acta vero sunt hec anno dominice incarnationis M.CC.XX.

15. Gillebert von Sotteghem übergibt dem deutschen orden einen zwischen Velsicque und Elene gelegenen unangebauten strich landes, wobei er sich und seinen nachkommen den blutbann vorbehält. 1220 mai 5.

Gillebertus de Sottegem omnibus Christi fidelibus in perpetuum salutem. Noverint tam moderni quam posteri, quod ego Gillebertus de Sottegem contuli fratribus domus b. Marie Teutonicorum de Jerusalem wastinam, quam habui inter Felseka et Elne, et ad opus predictorum fratrum libere resignavi, salva tamen mihi et successoribus meis iustitia de causa sanguinis. Testes Hillinus presbyter de Racengheem, Boidinus, Henricus fratres de Landengheem, Boidinus de Rode, Boidekinus van Larne et alii multi. Actum anno domini M.CC.XX., quinta mensis Maii.\*)

\*) Gillebert's vater, Gerard von Sottegem, herr von Rassegem, ist unter den zeugen einer urkunde Balduin's grafen von Flandern und Hennegau, nachherigen kaisers von Constantinopel, vom iahr 1199. Gillebert's mutter, Beatrix, herrin von Masmines, einem dorf zwischen Gent und Alost, dessen patronat nebst mehrern dortigen besitzungen später 'zur commende Pitzenburg gehörte, stiftete ein ebenfalls zu Pitzenburg gehöriges spital, worüber folgende urkunde :

Notum sit omnibus quod ego Beatrix, domina de Masseme, per consensum filiorum et filiarum mearum, ad consulendum anime mee et cari mariti mei Gerardi de Sottengheem pie memorie in wastina mea iacente prope Masseme, ad vagos hospitandos et pauperes reficiendos, novam domum, scilicet hospitale, feci construi et aedificari. Ad eamdem vero domum sustentandam novem iugera terre de prefata wastina et duos manipulos libere decime allodii mei in Masseme in perpetuum contuli. Ad opus autem capellani in eadem domo celebrantis sexdecim mensuras terre ad Willemskercke iacentes, quas Godefridus tenuit, tribui. Ut hoc autem ratum permaneat, presens scriptum sigillo nostro et sigillis filiorum meorum feci communiri. (Miraei opp. dipl. 1, 739.)

16. Conrad bischof von Metz und Speier übergibt das spital bei der sankt Stephanskapelle zu Speier, weil darin die kranken nicht sorgfältig genug verpflegt worden, der ob-hut und wachsamen sorgfalt des deutschen ordens. Speier, 1220 mai 10.

In nomine sancte et individue trinitatis, amen. C. dei gracia Methen. et Spirensis episcopus, imperialis aule cancellarius, ad quoscunque presens scriptum pervenerit in perpetuum. Pastoralis cura exigit et maxime episcopal, res minus utiles in meliores usus commutare et cultum dei in quoconque loco possumus ampliare. Considerantes itaque, quod minus provide Christi pauperibus in hospitali nostro sito iuxta capellam sancti Stephani provideretur, ad laudem dei et sue genitricis sancte Marie ad hospitale Teutonicorum in Iherusalem cum consensu capituli nostri contulimus omni eo iure, in quo fuit tempore nostre collacionis, ut si qua negligencia circa pauperes Christi hactenus ibi fiebat, eorum providencia et pervigili diligencia supplexatur. Contulimus autem eis idem hospitale hoc pacto, ut ipsi nichil presumant ordinare in preiudicium maioris ecclesie vel aliarum ecclesiarum conventionalium, nec parvulos baptizando, et si forte capellam sancti Stephani aliquo iure optinuerint, eo iure habeant in quo iam est, sepeliendo ibi mortuos, scilicet de vicino et pauperes suos, vel si forte novam ecclesiam edificaverint, et ibi pauperes suos sepeliant et non alias nisi de licencia dominorum, nec audiant confessiones hominum nisi suorum, vel si fit, ut solet fieri quandoque, suspensio generalis divinorum, ipsi divina celebrare non attemptent, et tumulare mortuos in excommunicatione defunctos non presumant, et ut breviter dicamus nichil presumant ordinare absque licencia capituli, in quo possit ecclesia maior vel alie ecclesie dampnificari; sed si forte ipsi ea que dicta sunt infringere attemptaverint, in penam eis statuimus, quod a iure donacionis quod eis contulimus cadant et omnis nostra donacio in irritum ducatur. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M.CC.XX., inductione VIII., regnante glorioissimo domino nostro rege Friderico. Testes autem huius donacionis sunt: Cunradus maior prepositus, Berngerus cantor, Heinricus prepositus sancti Germani, Eberhardus scolasticus, Cunradus portenarius, Cunradus et Bertoldus de Hohinhart, Albero cancellarius, Heinricus

de Wizenburg, Ulricus de Maginheim, Ulricus de Stokersberc, Gerlacus, Sifridus sancti Germani decanus, Swiegerus, Heinricus, Ecgehardus, Ditherus, Ortlibus, eiusdem ecclesie canonici; Albertus sancti Widonis decanus, Wolfgerus, Swicgerus custos, Cunradus de Emphelingen, Wernherus, Hertwicus, eiusdem ecclesie canonici; omnium sanctorum canonici, Marquardus, Sifridus, Cuno custos, Heinricus, Cunradus; prebendarii maioris ecclesie Spirensis, Diethericus, Ulricus, Anshelmus, Volradus, Godefridus, Ditherus, Godefridus; ministeriales maioris ecclesie Spirensis, Cunradus de Berge, Eberhardus pincerna, Anshelmus advocatus, Cunradus de Lithenstein, Cunradus de Durenkeim, Johannes de Dandestat, Cunradus Crowel, Egeno de Kirwilre; cives Spirenses, Heinricus de Husin et filius suus Elbewinus, et Heinricus, Elbewinus albus, Marquardus Lambesbuch, Heinricus filius Sifridi, Conradus filius Gotschalci, Ortibus, Rutibus, Cunradus filius Gerhardi, Rudolfus Hunsdrube, Wernherus et Heinricus frater suus, Waltherus de Wincsburg, Sifridus Buschelin, et alii tam clerici quam laici. Ut autem hec donacio nostra secundum quod dictum est a nobis et a successoribus nostris rata et inconulta permaneat, presentem paginam sigillo nostro et capituli et civium fecimus insigniri. Datum apud Spiram, vi. idus Maii, festo Gordiani et Epichmachi, pontificatus nostro anno....

17. Otto graf von Henneberg verkauft gemeinschaftlich mit seiner gemahlin Beatrix, tochter des grafen Joscellin, und seinem sohn Otto dem deutschen orden alle seiner gemahlin gehörigen im königreich Jerusalem gelegenen erbgüter. Accon, 1220 Mai 30.

Ootto dei gracia comes de Hennemberc universis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in auctore salutis. Suboriri solet de gestis hominum multa calumpnia, nisi robur lingua bonorum testium adhibeat aut scripture. Ea propter ad noticiam presentium ac futurorum Jesu Christi fidelium pervenire volumus, quod nos et uxor nostra Beatrix nomine, Joscelini comitis quondam filia, ac filius noster Otto, unito penes nos consilio, hospitali sancte Marie domus Theutonicorum in Iherusalem omnem hereditatem, quam ex progenitorum suorum successione uxor nostra predicta in regno Jerosolimitano possedit vel possidere debuit, diminutione qualibet remota, pro

septem milibus marcarum argenti et pro duobus milibus bisantiorum libere vendidimus, insuper tria milia bisantiorum et cc. et l. bisantios, quos pro domino Guillielmo de Mandelia persolvere tenebamur, dicte domus fratres loco nostri persolverunt. Hunc autem venditionis nostre contractum, in presentia domini Johannis regis Iherosolimitani et suorum baronum ac fidelium, Hermanno de Salza magistro domus Theutonicorum suisque fratribus legitime stabilivimus, quingentis eciam marchis argenti proinde regi supradicto collatis ab eisdem fratribus. Ne igitur in posterum hec rationabilis expiret actio, sed rata et invulsa semper permaneat, presentem paginam plumbea nostra bulla communitam sepelido Hermanno magistro domus Theutonicorum et suis fratribus pro confirmationis titulo tradidimus. Huius rei testes sunt: dominus Radulfus de Tyberiade, senescalceus regni Iherosolimitani; dominus Wernerus de Egisheim cognatus eius; dominus Haymo; dominus Guillelmus de Beryto; dominus Rohardus de Caypha; camerarius frater eius; dominus Joffridus de Caffra; dominus Henricus de Brenne; dominus Albertus frater eius; dominus Henricus de Gebvylre; dominus Henricus de Ruvvach, et alii quam plures. Actum publice apud Accon civitatem, anno ab incarnatione domini M.CC.XX., indictione VIII., III. kal. iunii.

18. Friedrich II. römischer kaiser beurkundet dass der deutsche orden vom Mariengredenstift zu Mainz für hundert mark das gut der Marienkirche zu Nägelstädt gekauft und dass erzbischof Sifrid von Mainz ihm die dortige vogtei geschenkt hat, und bestätigt ihm den besitz des guts, der vogtei und des patronats. Jatum, 1222 iuli.

In nomine sancte et individue trinitatis. Fridericus secundus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie. Imperialis excellentia exigit ut sicut ceteris potestatis culmine preeminemus, ita pietatis studio preeuntes omnibus prebeamus virtutis exemplum, maxime liberalitatis officium exercendo circa religionis augmentum et cultum divini nominis ampliandum. Eapropter notum facimus universis nostris fidelibus tam presentibus quam futuris quod quidam de fratribus domus hospitalis sancte Marie in Iherusalem Teutonicorum, dilecti nobis in domino, ad nostre maiestatis presentiam

venientes pro parte universorum fratrum eiusdem domus celsitudini nostre tam devote quam humiliter supplicarunt ut premium sancte Marie in Regelstede<sup>\*)</sup> situm, quod a fratribus ecclesie sancte Marie ad gradus Magantine pro centum marcis argenti emerunt, et advocatiam a dilecto principe nostro Syvrido Magantine sedis archiepiscopo eis pia liberalitate concessam ibidem, ad quem ipsa donatio specialiter pertinebat, sibi et successoribus suis ac eorum domui confirmare nostra serenitas dignaretur. Nos igitur profectui et augmento predicte domus eo amplius intendere cupientes quo per ipsam sub cultu religionis et habitu fortius ad liberationem terre sancte in qua salvator noster corporaliter mysteria nostre redemptionis exhibuit....,<sup>\*\*)</sup> preter humanitatis officia que multiplicitate impenduntur pauperibus et infirmis, attendentes quidem honestam vitam et religionem laudabilem eorumdem fratrum ibidem domino laudabiliter famulantium, predictum premium et advocatiam cum patronatu ecclesie, agris cultis et incultis, pascuis pratis aquarum decursibus loco molendinari hominibus et cum omnibus aliis iustis pertinentiis et rationibus suis, sibi et successoribus suis ac domui nominate de nostre liberalitatis gratia in perpetuum confirmamus, sicut ea omnia tam a fratribus quam et archiepiscopo memoratis sunt rationabiliter assecuta, et in eorum privilegio continetur; statuentes et sub obtentu gracie nostre strictius iniungentes ne quis ipsam domum super hanc nostram confirmationem molestare vel modo quilibet perturbare presumat. Quod qui fecerit in sue temeritatis vindictam centum libras auri componat, dimidium camere nostre et dimidium prelibate domui passe iniuriam et offensam. Ad huius rei certam evidentiam hoc privilegium conscribi et bulla aurea tyario maiestatis nostre impressa iussimus communiri. Huius rei testes sunt N. archiepiscopus Tarentinus, J. abbas Casemarii, C. burgravius de Nurinberg, A. de Justingen imperialis aule mareschalcus, R. dux Spoleti, comes H. de Eberstein, C. de Tuffen, C. de Werda et alii quam plures.

Signum domini Friderici secundi dei gratia invictissimi  
Romanorum imperatoris semper augusti et regis Sicilie.

<sup>\*)</sup> Muss heissen *Negelstede*.

<sup>\*\*)</sup> Etwas *militatur* zu ergänzen, wie Huillard-Bréholles vorschlägt.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M.CC.XXII., mense iulii, decime indictionis; imperante domino nostro Friderico secundo dei gratia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto et rege Sicilie; anno Romani imperii eius secundo, regni vero Sicilie XXIII. Feliciter, amen. Datum in castris apud Jatum, anno mense et indictione prescriptis.

19. Die bürger zu Saarburg übergeben ihr spital dem deutschen orden. 1222 aug. 14.

Noverint universi presentes pariter et futuri, quod nos burgenses de Sarburc hospitale eiusdem ville, quod iam dudum construximus de elemosinis nostris ad suscipiendos pauperes pro remedio animarum nostrarum et parentum nostrorum, cum universis appendiciis suis contulimus ad domum Teutunicam transmarinam. Ne vero tam salubris donacio quassari possit in posterum, litterarum nostrarum et sigilli nostri adponimus firmamentum. Actum anno domini M.CC.XXII., mense aug., in vigilia assumptionis sancte Marie virginis.

20. Heinrich VII. römischer König beurkundet, dass der edlemann Luitolf von Summiswald dem deutschen orden das patronat und die vogtei zu Summiswald und zu Asoldespach nebst allen seinen zwischen dem kirchspiel Summiswald und den bergen Nidung und Arni gelegenen besitzungen geschenkt hat. Ulm, 1225 jan. 20.

Heinricus septimus dei gratia Romanorum rex semper augustus. Noverit tam presens etas quam successura, quod fidelis noster vir nobilis Luitolfus de Sumoldeswaldt in presentia nostri, coram principibus et imperii fidelibus, ecclesiam in Sumoldeswaldt et ecclesiam in Asoldespach cum iure patronatus et advocacia et omni iure in eis ad eum spectante et omne premium suum tam in terris quam nemoribus et aquis infra terminos dicte parochie Sumoldeswaldt et montem qui dicitur Nidung et montem qui dicitur Arne et proprietatem feodorum que vassalli sui in ea ab eo habebant, recognovit se donasse domui hospitali Theutonicorum sancte Marie in Iherusalem, et in cautelam habundantiorem iterato coram nobis solemniter et libere ei omnia predicta contradidit; adiiciens de assensu fratrum, videlicet H. preceptoris domus in Alamania et aliorum ibidem

presentium, ut duo ibidem perpetuo sacerdotes habeant, et cum ibidem hospitale constructum fuerit, in eo pauperes et peregrini recipientur, prestita eis tali consolatione iuxta fratrum estimationem, prout proventus ipsius domus supplere poterunt. De bonis autem feodorum addidit, ut vasalli sui, qui ea possident in presentiarum, hereditario iure et eorum heredes ea possideant, tali pacto ut de una qualibet huba domui solvant annuatim in festo sancti Johannis baptiste unum solidum monete de Turego; quod qui neglexerit, anno sequenti duplicatum solvat; si quis vero per annos quatuor violenter solvere supersederit, a iure ipso cadat et huba ista absolute ad domum transeat. Ut autem hec donatio et prenotata singula coram nobis solemniter facta perpetua firmitate roborentur, et dicta domus debita in hiis gaudeat possessionis libertate, donationem ipsam confirmamus et omnia ipsa bona sub nostre celsitudinis protectione suscipimus; statuentes ne quis ei ausu temerario contravenire vel eam quoquo modo infringere presumat. Si quis vero hoc attemptaverit, omnipotentis dei et beate virginis Marie odium sempiternum et gratie nostre offensam se noverit incursum. Ad cuius rei evidentiam litteram presentem conscribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Huius rei testes sunt Engelbertus Coloniensis et Theodericus Treverensis archiepiscopi, Siveridus Augustensis, Geroldus Frisingensis episcopi, Lodevicus comes palatinus Reni et dux Bavarie, Hartmannus de Dillingen comes, Gerhardus comes de Diets, C. burgravius de Nuremberg, Eberhardus dapifer de Walpurg, C. et E. pincerne de Winterstete, Dieto de Ravensberg, Cuno scultetus de Berno, H. prothonotarius imperialis aule, Marquardus eiusdem aule notarius et alii quamplures. Datum Ulme, anno domini millesimo ducentesimo vicesimo quinto, decimo tertio kalendas februarii, indictione duodecima.

21. A. abtissin von Hessen und A. erzpriester von Saarburg beurkunden, dass Rudolf ritter von Saarburg zu gunsten des abts Jacob von Nowillar [rechtsvorgängers des deutschen hauses zur Saarburg] auf alle ansprüche an das patronat der kirche zu Welteringen verzichtet habe. Hessen, 1225 aug. 10.

Notum sit omnibus presentes litteras inspecturis, quod cum

abbas Nowillarensis nomine Jacobus et conventus eiusdem loci a Rudolfo milite de Sarbure et eius heredibus super iure patronatus ecclesie de Welteringen indebite vexarentur, tandem partes causa litis sopiende apud Hessen convenerunt. Cum autem dictus abbas et conventus centum annos et amplius se et predecessores suos absque omni inquietacione ius dicte patronatus ecclesie possedisse assererent, et hoc universis prelatis ecclesiarum archipresbiteratus de Sarbure constaret: demum dictus R. miles et eius heredes contra iusticiam dictum abbatem et conventum super dicto iure patronatus vexasse recognoscentes, quicquid iuris in memorato iure patronatus se habere asseruerant, dicto abbati et conventui omnimodo resignarunt. Ne sero sopita vexatio repetatur a posteris, factam resignacionem ego A. abbatisse de Hesse et A. archipresbiter de Sarbure confirmamus presentibus apicibus sigillatis. Acta sunt hec anno domini M.CC.XXV., in die sancti Laurentii martiris, apud Hesses. Huius rei testes sunt conventus de Hessen et confratres Simon, Bartholomeus, Bero, Johannes de Hibera, Reimboldus, Folmarus rufus, Ludowicus presbiteri de Sarbure, et Reimboldus de Suekesin, Albertus, Lamperdus, Burcardus et Henricus, milites de Hessen, et alii quam plures.

22. Wilhelm graf von Jülich bestätigt die von seinem vater dem deutschen orden gemachte schenkung des patronats von Nideggen und Siersdorf und der zu Bernstein gehörigen besitzungen. 1225.

Willelmus comes Juliensis omnibus tam futuris quam presentibus, ad quos presens scriptum pervenerit. Notum esse volo, quod elemosinam et donationem illam, quam bone memorie pater meus Willelmus quondam comes Juliensis, existens in partibus transmarinis, magistro et militibus in domo Theutonica deo et beate Marie perpetue virgini servientibus dedit pro remedio et salute anime sue et parentum suorum, ratam habeo et firmiter conservare volo; scilicet ecclesiam in Nidecken et ecclesiam in Seresdorp cum omni iure quod in eis habebat, et omnia bona illa que pertinent ad montem qui vocatur Berenstein, que ab imperio habuit et tunc in quieta possessione tenuit; hac tamen servata condicione, quod predicte ecclesie et prenata bona de Berenstein nunquam avelli vel alienari possint a

prefata domo, donatione vel venditione seu aliqua commutatione. Et ut hec elemosina tam laudabiliter et devote tradita in perpetuum rata permaneat et inconvulsa, nec ab aliquo successorum vel parentum meorum seu aliorum aliquorum versutia minui vel infringi valeat, presentem paginam conscribi et sigillo meo communiri feci. Adhibitis testibus discretis et prudentibus viris, quorum nomina subnotantur. Adolfus de Essende, Arnoldus de Gimmenich, Sillemanus dapifer, Cristianus pincerna, Heinricus Buf, Hermannus de Brugge, Anselmus de Ouwe, Bertrammus Walo, Johannes filius forestarii, Johannes filius comitis et alii quamplures affuerunt. Acta sunt hec anno dominice incarnationis. M.CC.XXV.

23. Isabella römische kaiserin, königin von Jerusalem und Sicilien, macht kund, dass ihr gemahl kaiser Friedrich mit ihrer zustimmung dem deutschen orden die ihm von ihren voreltern verliehenen privilegien und alle von königen, fürsten und andern ihm gemachten schenkungen bestätigt habe, namentlich das königskastell nebst zubehör, mit ausnahme des edelhof des Jareth, welches weiland Otto graf von Henneberg, Beatrix seine gemahlin und Otto ihr sohn dem orden verkauften. 1226 ian.

Ysabella dei gratia Romanorum imperatrix semper augusta, Iherosolime et Sicilie regina. Per presens scriptum notum facimus omnibus hominibus tam presentibus quam futuris, quod dominus vir noster Fridericus dei gratia excellentissimus Romanorum imperator semper augustus, Iherosolime et Sicilie rex, una cum assensu et gratuita voluntate nostra concessit et confirmavit sacre domui sancte Marie Theotonicorum in Iherosolima omnia privilegia et scripta quelibet, que a predecessoribus et parentibus nostris clare memorie fuerunt eidem domui pia liberalitate concessa, necnon insuper castra, casalia, homines et possessiones que donatione regum, concessione principum et oblatione fidelium sive quolibet alio iusto titulo est adepta vel in futurum poterit adipisci, specialiter autem castellum regis cum omnibus pertinentiis suis, excepto casali Jareth, quod dictum castellum regis olim comes Otto de Hennenberc et Beatrix uxor sua filia quandam pie memorie comitis Jozcelini et Otto eorum filius eidem domui vendiderunt, et quicquid habebant et habere

decebant in eodem castello regis tenendum et possidendum, sicut idem comes et uxor sua et antecessores eorum tenuerunt et possederunt libere et quiete; exceptis assisiis bisanciorum ad cathenam Accon assignatorum, quas assistas dictus comes et uxor vendiderunt magistro et fratribus domus eiusdem et magister et fratres remiserunt illustri regi patri nostro et successoribus nostris. Preterea predictus dominus et vir noster de assensu et voluntate nostra remisit et relaxavit eidem domui illam videlicet remissionem et quitationem, quam magister et fratres domus eiusdem fecerunt eidem regi patri nostro et successoribus suis super eo toto, scilicet quod est ad presens in manibus Sarracenorum, tam in castris quam in casalibus, hominibus et aliis tenimentis, cum fuerit a fidelibus acquisitum, quod idem magister et fratres ipsius domus emerant a predictis comite et uxore. Item dominus et vir noster concessit et confirmavit eis domum quamdam apud Acchon, que fuerat comitis Jozcelini. Item concessit et confirmavit eidem domui totam barbacanam, turres quoque et muros et fossatum a meta porprisie, quam Henricus Trecensis comes palatinus una cum assensu domine Ysabelle uxorise sue, illustris quondam regis Almerici filie, in perpetuam elemosinam eidem domui concessit usque ad portam beati Nycolai, ea tamen conditione que in eiusdem concessionis privilegio continetur. Item de concessione predicti domini viri nostri indulte sunt ipsi domui quedam immunitates, que in imperiali privilegio cum predictis omnibus plenius continentur. Ut autem huius concessionis et confirmationis..... perpetuo maneat inconcussso robore firmitatis, presens scriptum fieri fecimus et tam subscriptis testibus quam bulla cerea typario nostre serenitatis impressa iussimus communiri. Testes autem sunt Symon venerabilis Tyrensis archiepiscopus regni Jherosolimitani cancellarius, Balianus dominus Sydonis, Daniel de Terramunde, Nicolaus, Gainanus de Cipro, Guido Infans, Guido de Roman, Raio patriarcha, Gervasius de Emau castello, Johannes Pisanus, Raimont Grimaut, Goffridus de Vilfers, Guido de Nubie et magister Petrus medicus noster, fideles nostri regni Jherosolimitani. Actum est hoc anno ab incarnatione domini millesimo ducentesimo vicesimo sexto, mense ianuarii, quartedecime inductionis. Datum per manus Symonis Ty-

rensis archiepiscopi regni Jherosolimitani cancellarii; regnante domina nostra Ysabella dei gratia Romanorum imperatricе semper augusta, Jerosolime et Sicilie regina, imperii eius et utriusque regni Jherosolimitani et Sicilie primo. Feliciter, amen.

24. Friedrich II. römischer kaiser bestätigt dem Volkwin meister der ritterschaft Christi in Livland und seinen ordensbrüdern, auf ihre durch bürger und botschafter von Lübeck ihm vorgetragene bitte, alle besitzungen und rechte die sie von den bischöfen von Livland und Leal erhalten haben oder künftig noch erwerben, und überlässt ihnen ferner alle dort etwa vorfindlichen metalle.  
Parma, 1226 mai.

C. In nomine sancte et individue trinitatis. Fridericus secundus divina favente clemencia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Licet ordo sit diverse religionis per mundum, et unusquisque altissimo serviens studeat omni tempore servicium impendere sibi gratum; licet eciam favore imperialis clementie huiusmodi viris religiosis liberaliter teneamur adesse: illis tamen largius debemus porrigerre manus nostras, qui non solum contra invisibles sed eciam adversus visibiles hostes nostros pro fide Christi et religione christiane fidei exaltanda cotidie dimicare conantur, pro Christo animas et pro dei fidelibus exponendo personas. Inde est igitur, quod notum esse volumus universis fidelibus nostris per imperium constitutis tam presentibus quam futuris, quod V. venerabilis magister domus milicie Christi in Livonia et fratres eius, fideles nostri, per Johannem filium Volcardi canonicum Lubicensem, Wuilielmum filium Bertoldi et Johannem dictum de Brema, burgenses et nuncios Lubicences, fideles nostros, celsitudini nostre humiliter supplicarunt, ut quia propter paganos vicinos valde ac prope se positos, et pro speciali defensione quorundam hominum regionis illius de novo in Christo credencium benignitatis nostre subsidium erat eis plurimum oportunum, omnes possessiones et iura, que a Livonensi ac Lealensi episcopis in partibus illis iuste possident et in futurum iusto titulo poterunt adipisci, ipsis confirmare, et quodcumque genus sive materiam metalli sub terra sive super terram in districtu ac terminis a predictis episcopis eis concessis de cetero poterunt invenire,

quod ad imperialem cameram nostram pertinet vel pertinere posset, sibi cunctisque eorum successoribus de speciali gratia nostra concedere et donare in perpetuum dignaremur. Nos igitur considerantes agones, quos memoratus magister et milites Christi fratres sui frequenter sustinent pro fide Christi, et quam sint eciam necessarie vires eorum ad confortandum in religione christiana et defendendum eos in partibus illis, qui ad fidem catolicam sunt de novo conversi, pro reverencia dei et intuitu retributionis eterne necnon et pro remedio divisorum augustorum parentum nostrorum recolende memorie et conservatione salutis nostre, supplicationes predictorum magistri et militum Christi misericorditer admittentes, omnes possessiones et iura, que a Livonensi et Lealensi episcopis in partibus illis iuste possident et in futurum iusto titulo poterunt adipisci, ipsis in perpetuum confirmamus. Preterea memorato magistro et eius fratribus graciam facere speciale volentes, de habundanciori benignitate et liberalitate nostra concedimus et donamus eis cunctisque successoribus eorum in perpetuum, ut quocunque genus sive materiam metalli sub terra sive eciam super terram in districtu et terminis supradictis de cetero poterunt invenire, quod ad imperialem cameram nostram pertineat vel pertinere posset, sine contradictione qualibet accipere debeant et habere ad usum proprium et utilitatem domus eorum. Ad hoc itaque perpetuo et irrevocabiliter conservandum, imperiali sanccimus edicto, ut nulla omnino persona alta vel humilis, ecclesiastica vel secularis, contra huius concessionis et confirmationis nostre tenorem memoratum magistrum et milites Christi fratres eius ac successores eorum super predictis omnibus offendere de cetero, perturbare seu molestare presumat. Quod qui presumpserit, indignationem nostram et penam quinquaginta librarum auri puri se noverit incursum, medietatem camere imperiali nostre et reliquam medietatem passis iniuriam persolvendam. Ut autem presens concessio donatio et confirmatio nostra robur obtineat perpetue firmitatis, presens privilegium inde fieri et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri. Huius rei testes sunt: Albertus venerabilis Magdeburgensis, Mediolanensis et Lando Reginus archiepiscopi; Curensis episcopus et abbas sancti Galli, Cicensis, Hildensemensis, Jacobus Taurinensis, M. Ymolensis episcopi;

Hermannus venerabilis magister domus hospitalis sancte Marie Theotonicorum in Jerusalem, lantgravius Thuringie, dux Saxonie, Renaldus dux Spoleti, comes de Vienna, comes de Guevrenberch, comes de Evresten et fratres eius, et alii quam plures.

Signum domini Friderici secundi dei gratia invictissimi Romanorum imperatoris semper augusti, Jerusalem et Sicilie regis.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M.CC.XX.VI., mense Maii, quartedecime indictionis; regnante domino nostro Friderico secundo dei gratia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto, Jerusalem et Sicilie rege; imperii eius anno VI., Jerusalem primo; regni vero Sicilie XXVIII. Feliciter, amen. Datum apud Parmam, anno mense et indictione prescriptis.

25. Friedrich II. römischer kaiser verkündigt seinen vasallen im reich Jerusalem, dass in seiner gegenwart Jacobinus von Amigdala, sohn der iüngern tochter des grafen Joscelin, dem deutschen orden nach der im königreich Jerusalem üblichen weise eine gewisse versicherung gegeben habe in bezug auf die güter, die Hermann der deutschordensmeister mit königlicher genehmigung von Otto graf von Henneberg, seiner gemahlin Beatrix, der ältern tochter des grafen Joscellin, und ihrem sohn Otto gekauft hatte. San Miniato, 1226 iuli.

Fredericus dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum fieri volumus universis per regnum Jerosolimitanum constitutis fidelibus nostris tam presentibus quam futuris, quod cum frater Hermannus magister sacre domus hospitalis sancte Marie Theutonicorum in Jerusalem, fidelis noster, pro eadem domo sua iusto emptionis titulo possideret bona, que fuerunt quondam comitis Jozcellini, que comes Otto de Hennenberch et Beatrix uxor sua, primogenita dicti comitis Jozcellini, et Otto eorum filius, eidem magistro et predicte domus fratribus vendiderant, in quibus idem magister ad opus eiusdem domus assensum et confirmationem nostri culminis extitit assecutus, et investiverit Jacobinum de Amigdala, filium quondam G. iunioris filie comitis memorati, secundum consuetudinem regni Jerosolimitani de portione, que contingit eum in eisdem bonis pro parte dicte matris sue, dic-

tus Jacobinus, de nostra licencia et consensu, in presentia nostra assecuravit eundem magistrum et domum eiusdem, sicut deberet assecurare pro parte prefate matris sue predictam Beatricem primogenitam comitis memorati, de cuius vendicione dicta domus sancte Marie bona eadem possidebat. Et predictus Jacobinus convenit eidem domui, restituere illam pecunie quantitatem, quam pro redimenda eadem parte, dictum Jacobinum contingente, dum per quondam Guilelmum de Amigdala patrem eius obligata, creditoribus suis exsolvit. Unde ad securitatem et cautelam predicti magistri et domus ipsius presens scriptum fieri precepimus, sigillo nostro et subscriptis testibus roboratum. Testes autem, qui interfuerunt, sunt hii: G[eroldus] venerabilis \*) patriarcha Jerosolimitanus, Jacobus Acconensis episcopus, Balianus dominus Sydonis, Daniel de Tenderemunde, Johannes Pisanus, Goffridus de Williers, Guido de Nubie et alii quam plures. Datum apud sanctum Miniatum per manus Symonis venerabilis Tyr. archiepiscopi, regni Jerosolimitani cancellarii; anno dominice incarnationis M.CC.XX.VI., mense iulii, XIII. indictionis; imperante domino nostro Frederico dei gracia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto Jerusalem et Sicilie rege; anno imperii eius VI. et regni Jerosolimitani I., regni vero Sicilie XXIX. Feliciter, amen.

26. Heinrich VII. römischer König schenkt dem deutschen Orden nach dem Beispiel seines Vaters all sein Recht an dem zu Könitz bei Bern ohne Genehmigung des Reichs errichteten Chorherrnstift, so wie an der Kirche zu Bern, an der Kapelle zu Uebersdorf und den andern zu Könitz gehörigen Kapellen. Ulm, 1226 aug. 15.

Heinricus septimus divina favente clementia Romanorum rex et semper Augustus omnibus in perpetuum. Collata nobis a deo potestas et charitas regie maiestatis ad hoc nos inducit, ut loca divino cultui mancipata sereno respiciamus affectu et ex innate nobis pietatis subsidio eadem promoteamus. Noverint itaque tam presentes quam futuri quod nos attendentes qualiter in Chunizensi loco sito iuxta Bernum civitatem nostram esset antiquitus collegium regularium clericorum, quis ordo quamvis

\*) Von Huillard-Bréholles emendirt statt Wernerus.

ibidem sine imperii conscientia vel iussu fuerit constructus, nos tamen considerantes defectum divinorum obsequiorum et quod per dilectum fidelem nostrum Hermannum virum religiosum et fratres domus Theutonicorum hospitalis sancte Marie in Jerusalem et per successores eorumdem fratum possint commodius reformari, ad imitationem serenissimi domini imperatoris patris nostri, cuius sigilli robore et privilegio eadem donatio esse dinoscitur roborata, ius patronatus et quidquid iuris in eodem loco neconon in ecclesia Berne et capella Yverinsdorf ceterisque capellis ad eundem locum Chunizensen pertinentibus ex antiquo ad nos nostrumque spectat imperium, de mera benignitate regia et de plenitudine consilii nostri dedimus predicto magistro et fratribus domus Theutonicorum et eorum successoribus perpetuo possidendum, eadem ipsis auctoritate presentium confirmantes; statuentes nihilominus ut idem locus ad observantiam divini cultus reformatum et ea utatur et gaudeat libertate qua domus eadem ac cetere ab ea derivate de concessione nostra utuntur et gaudent, velut in nostris privilegiis eidem domui indulxit plenus continetur. Preterea auctoritate regia firmissime inhibemus ut nullus princeps, dux vel marchio, comes scultetus advocatus officialis ministerialis seu persona quelibet alta vel humilis, publica vel privata, ecclesiastica vel secularis, contra presentis donationis nostre et investiture memoriam sepedictum magistrum et suos confratres vel eisdem in ipsorum ordine succedentes impetere vel molestare presumat. Quod qui attentaverit, indignationem et gravem offensam nostram se noverit incursum. Ad huius itaque prelibate donationis nostre perennem memoriam presentem paginam scribi fecimus et sigilli nostri patrocinio communiri. Testes vero hi sunt: Sigfridus venerabilis Augustensis episcopus, .. abbas sancti Galli, H. regalis aule protonotarius, L. illustris Bavarie dux, dux de Teke, marchio de Baden, marchio de Burgowe, H. comes de Dilingen, comites de Helfenstein, comes de Oetingen, E. dapifer de Waldburg, C. et E. pincerne de Winterstettin, U. et L. notarii aule regalis. Datum apud Ulmam, anno dominice incarnationis M.CC.XXVII., decimo octavo kalendas septembbris, inductione XIV.

27. Walter Berthold herr von Mecheln stellt urkunde aus

über eine zu Damiette dem deutschen orden gemachte schenkung, namentlich über wiesen zu Rama, über ländereien zu Grootlo und eine holz- und weideberechtigung in seinem wald Waevere. 1227 jan. 27.

Albertus Bertholdus, nobilis de Brabantia et dominus de Machlinia, domino Egidio fratri suo dilecto et filiis suis W(altero) et H(enrico) karissimis necnon universis sancte ecclesie fidelibus, omnibus quoque fidelibus suis presentem paginam perspecturis salutem in authore salutis. Cum ab humana facilius elabuntur memoria, que nec scripto nec voce testium eternantur, ideo notum facimus presentibus et futuris Christi fidelibus, quod cum in exercitu christiano apud Damiatam infirmi quidem corpore sani autem mente essemus, divina confluente gratia, hospitali sancte Marie domus Theutonicorum in Jerusalem XXIV. bonnaria pratorum in Rama contulimus et VI. bonnaria dure terre in Grutlo, ubi curtim sunt facturi, et tantam libertatem super lignis incidendis in nemore nostro Wawyr, sicut tres milites nostri incidere solent, eandem quoque libertatem in pascendis porcis in predicta silva, qua tres milites beneficiati a nobis ibidem utuntur. Hec autem omnia pro salute omnium progenitorum nostrorum animarum prenotate domus religioni donavimus, ut quoque deus in novissimis nostri dignetur cum fidelibus misereri. Ut itaque hoc rationabile factum imposterum permaneat ratum et inconvolsum, sigilli nostri impressione et testium subscriptione hanc litteram confirmavimus. Huius rei testes sunt Gislebertus de Sittenheim, Willermus capellanus de Calmunt, Franco de Arkania et duo filii eius F. et W., Arnoldus de Rimenam, Egidius et Arnoldus filii nostri, Henricus de Duffle frater noster, Willermus clericus noster de Belmont, Asilius famulus noster ac alii plures. Acta sunt hec apud Damiatam, anno dominice incarnationis M.CC.XXVI., VI. kalendas Februarii.

28. Heinrich VII. römischer König beurkundet dass Heinrich edler Herr von Egersberg dem deutschen Orden für zwei hundert mark alle seine bei Mergentheim gelegenen Güter verkauft hat. Regensburg, 1227 jan. 29.

Heinricus septimus dei gratia Romanorum rex semper augustus. Notum facimus universis presens scriptum inspecturis imperii fidelibus, quod Heinricus vir nobilis de Egersperge cum

suis heredibus apud Ratisponam ad nostram accessit presentiam et coram principibus, nobilibus et aliis imperii fidelibus ibidem coram nobis presentibus confessus fuit, se simul cum uxore sua et heredibus omnia bona sua que habebat apud Mergentheim et in districtu ville ipsius vendidisse pro ducentis marcis argenti dilectis nobis fratribus domus Teutonicorum sancte Marie in Jerusalem. Ad confirmationem autem huius venditionis ibidem in nostri et aliorum astantium presentia omnia bona sua predicta in villa Mergenthein et eius districtu sita, culta et inculta, inquisita et non inquisita, cum omnibus suis pertinentiis manu propria et manu heredum suorum prenominatis fratribus contradidit; resignando pro se et aliis suis heredibus omne ius et proprietatem quam in ipsis bonis habuit vel habere videbatur et manifeste..... a prefatis fratribus esse in integrum soluta, que vendicioni pretaxate intercesserant. Unde et pro se et omnibus suis simul heredibus ren[unciavit omni] actioni et iuri quo super hiis aut aliis prenominati fratres et eorum successores possent conveniri aut aliquo modo in causam trahi. Nos vero ut ea que tam sollempni donatione et contractu in nostri presentia et principum et multorum nobilium tractata sunt, non alicuius doli vel temeritatis rabie lacerari debeant sed iuxta providentiam regie sublimitatis inconcussa permaneant, accidente etiam petione supradicti H. et fratum supradictorum, in certam evidentiam omnium horum conscribi fecimus et tam sigillis dilectorum principum nostrorum Hermanni Herbipolensis episcopi et Ludewici comitis palatini et ducis Bawarie quam nostro roborari literam presentem. Testes hii sunt: Hermannus Herbipolensis, Sivridus Augustensis episcopi, Ludewicus dux Bawarie et comes palatinus Rheni, C. burgravius de Nurenberg, Rupertus et Ludewicus fratres et comites de Kastel, Fridericus de Truhendingen, Gerlacus de Butingen, Gotfridus et Cunradus fratres de Hohenloch, Cunradus pincerna de Klingenberg et alii quamplures. Actum apud Ratisponam, anno ab incarnatione domini millesimo ducentissimo XXVII., quarto kalendas februarii, inductione XV.

29. Heinrich VII. römischer König schenkt dem deutschen Orden die Kirche Sankt Blasius zu Mühlhausen mit dem

patronat und allem was dazu gehört. Wimpfen, 1227  
sept. 22.

Henricus septimus divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus. Ad utriusque vite felicitatem prodesse nobis non ambigitur, si loca divino cultui mancipata curaverimus ampliare et eorum commodo pio intenderimus cum affectu. Qua de re noverint tam presens etas quam successura posteritas, quod nos attendentes et vultu placido respicientes devota obsequia et obsequiosam devotionem dilectorum fidelium nostrorum fratribus domus hospitalis Teuthonicorum sancte Marie in Jerusalem que laborioso nobis ac progenitoribus nostris et fideli exhibent et exhibuerunt famulatu, ecclesiam sancti Blasii in Mulhusen, quam nunc de manu nostra possidet Albertus capellanus noster, et cuius donatio ac ius patronatus ad nos et imperium spectare de ratione dinoscitur, cum iure patronatus et omnibus attinentiis suis dicte domui ac fratribus eiusdem contulimus et contradidimus libere tenendam et perpetuo possidendum. Statuentes et sub interminatione gratie nostre districte precipientes, ut nulla unquam persona humilis vel alta, ecclesiastica vel secularis, hanc donationem nostram infringere audeat vel ei alicuius ingenii scrupulo contraire. Quod qui ausu ductus temerario facere presumperit, indignationem tremendi iudicis nostreque celsitudinis gravem offensam se noverit incursum. Ad huius itaque donationis nostre robur perpetuo valitum presens exinde privilegium conscribi et sigillo nostro iussimus insigniri. Testes hii sunt: Hermannus Herbipolensis, Heinricus Eistedensis episcopi, Ludewicus dux Bawarie palatinus comes Reni, burgravius Magdeburgensis, Hermannus marchio de Baden, Cunradus burgravius de Nurenberc, Hartmannus comes de Wirtinberc, Cunradus comes de Gruning, Hartmannus comes de Dilingen, Henricus de Niffen, Fridericus de Truhendingen, Cunradus prepositus de Tanne, Eberhardus dapifer de Walpurc, Dietho de Ravenspurc, Godefridus de Solzbuc, Liuboldus senior de Grindelach, Cunradus de Smidelvelt, Cunradus de Erringen et alii quamplures. Actum apud Winpinam, anno dominice incarnationis M.CC.XXVII., decimo kalendas octobris, inductione priua.

30. Simon graf von Saarbrücken schenkt dem deutschen orden an einer mit ihm noch zu verabredenden stelle einen

platz bei Saarbrücken zur erbauung eines ordenshauses, ausserdem vier paar ochsen, dazu hinreichendes, in seinem bei der stadt gelegenen forst, Hagen genannt, zu rodendes ackerland, desgleichen hinreichendes heu, ein stück land zur anlegung eines gemüsegartens und wasser zum fischen, sodann seinen beim thor gelegenen baumgarten, zehn ungezähmte pferde und ein schlachtröss, weide in seinen wäldern bei Warant und Quierscheid, in letzterem auch bau- und brennholz; und verleiht ihm noch andre begünstigungen, namentlich das patronat der kirche zu Gebersdorf und der kapelle zu Saarbrücken. 1227.

Ne gesta hominum processu temporis evanescant et deperiri videantur, prudentia discretorum virorum ea per litteras solent eternari. Sciant igitur presentes et posteri, presens scriptum inspecturi, quod ego Symon, comes Sarapontensis, gloriose domine nostre sancte Marie et fratribus domus Theutonice aream ad edificandam domum apud Sarapontem, ubi ego et magister domus Theutonice consiliati fuerimus, pro remedio anime mee contuli, et quatuor iuga boum, videlicet VIII. boves, et terram sufficientem ad aratrum in nemore meo, penes Sarapontem sito, videlicet Hagen, et fenum quod octo bobus sufficiat. Preterea partem terre ad ortum herbarum construendum, et partem aque ad piscandum ipsis demonstrabo. Pomarium eciam meum, porte adiacentem, dedi, et decem equos indomitos cum dextrario, et pascua in nemoribus meis in Warant et Quirnneschit, et ligna ad edificandum et comburendum in predicto nemore Quirnneschit; item duas scissiones patellarum in Marsello et v. sol. denariorum census, cum dono iuris patronatus in villa Gebers-torff, una cum capella Sarapontensi. Unde in testimonium presens scriptum sigilli mei munimine contuli roboratum. Anno domini M.CC.XXVII.

31. Friedrich römischer kaiser übergibt dem deutschen orden in folge früherer verträge und zusicherungen Maronum Quabrinquen und andre genannte orte und weiset ihm siebentausend saracenische bisanter auf seine einkünfte in Accon an, nachdem Alisa, nichte Henfrid's des iüngern, die von den Saracenen zurückgegebene und dem orden als zum nachlass des grafen Jozcelin gehörig bereits eingeräumte terra Turonis von demselben durch rechtliche entscheidung erstritten hat. Accon, 1229 april.

AN : 1229 APRIL

Fredericus dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerosolime et Sicilie rex. Notum facimus universis tam presentibus quam futuris, quod frater Hermannus venerabilis magister domus sancte Marie Theotonicorum in Jerosolima et fratres eius, devoti fideles nostri, olim coram celsitudinis nostre presencia venientes maiestati nostre humiliter supplicarunt, quod cum terra Turonis, que nobis per Sarracenos a quibus detinebatur extitit restituta, fuerit quondam comitis Jozcelini, cuius bona omnia, tam ea que in dominio nostro quam que in manibus Sarracenorum erant, una cum assensu et voluntate quondam consortis nostre, Ysabelle imperatricis memorie recolende, sibi et domui sue duximus concedenda, iuxta nostre concessio-  
 nis privilegium inde factum sibi et domui eorum restitui mandaremus. Nos autem videntes quod supplicationes eorum iusticiam continebant, predictam terram Turonis eis fecimus assignari. Sed Alysa, neptis quondam Henfridi iuvenis, fidelis nostra, veniens coram nobis, celsitudini nostre supplicavit humiliiter et devote, ut terram eamdem, que ad ipsam pleno iure spectabat, sibi restitui iuberemus. Nam parata erat, hoc in curia nostra ostendere coram nobis; et dato sibi termino ad probandum, et in eo comparens coram nobis sufficienter probavit, quod antedicta terra Turonis ad eam rationabiliter pertinebat; sicque iuxta exgwardum curie nostre sibi restitui fecimus terram ipsam. Demum vero magister et fratres sui predicti quoddam privilegium olim Guidonis regis Jerosolimitani, predecessoris nostri memorie recolende, assensu et voluntate quondam consortis sue Sibille predicto comiti Jozcellino concessum, nostro culmini presentarunt, in quo continebatur qualiter idem rex dedit et concessit et confirmavit eidem comiti et suis heredibus Turonum et Castrum novum cum omnibus pertinentiis suis et omni iure suo, et concessit et confirmavit ei et heredibus suis Marun cum omnibus pertinentiis suis, Quabrinquen, Belide, Cades, Lahare, Mees et duo Megeras; tali quidem conditione quod si Turonum et Castrum novum iudicio curie sue ammittere aut pactiones, que inter Balduinum regem Jerosolime sextum et Henfridum iuvenem facte fuerunt, solvere contigerit, Maronum cum omnibus pertinentiis suis prenotatis et illud cambium, quod Henfridus iuvenis pro Turono et Castro novo te-

nebat, ipse et heredes sui tenerent perpetuo et haberent. Sicque magister et fratres sui predicti cambium ipsum pro Turono et Castro novo petierunt sibi a nobis humiliter assignari. Videntes igitur quod eorum peticio iusticiam continebat, et inquisito ac invento per fideles nostros regni nostri Jerosolimitani, quos ad hoc sub iuramento quo nobis tenentur astrinximus, quod supradictum cambium quod expressum non fuerat in privilegio dicti regis, illud videlicet quod Henfridus iuvenis pro Turono et Castro novo tenebat, quod cambium ipsum extiterat septem milia bisanciorum sarracenatorum, et cum Marono et omnibus pertinenciis suis et casalibus antedictis: nos tam Maronum cum pertinenciis suis et Quabrinquen, Belide, Cades, Lahare, Mees et duo Megeras, quam et predictos septem milia bisancios sarracenatos, iam dictis magistro et fratribus suis ac eorum domui supradicte restituimus de nostre gratia maiestatis. Quos bisancios statuimus eis recipiendos annis singulis in redditibus cathene et funde nostre Acconensis, medietatem videlicet in redditibus funde et aliam medietatem in redditibus cathene, vel omnes in redditibus funde si de redditibus cathene decesset, vel omnes in redditibus cathene si de redditibus funde decesset; vel in aliis redditibus regni nostri Jerosolimitani melius apparentibus, si de redditibus cathene et funde decesset; per quatuor terminos de tribus in tribus mensibus, videlicet per quoslibet tres menses bisancios sarracenatos mille septingentos et quinquaginta. Ad huius autem rei evidenciam et robur perpetuo valiturnum presens privilegium fieri et bulla aurea typario nostre maiestatis impressa iussimus communiri. Huius autem rei testes sunt: Boamundus\*) princeps Anthiochie et comes Tripolitanus, Oddo de Montebeliardo comestabulus regni Jerosolimitani, Balianus dominus Sydonis, Joannes de Ybelino, Gualterus de Cesarea, Guarnerius Alemannus, Aymo nepos eius, Daniel de Talremunde, Helyas de Nazareth, Adam Costa senex, Adam Costa iuvenis et alii quam plures. Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vicesimo nono, mense aprilis, secunde indictionis; imperante domino nostro Frederico dei gratia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto Jerusalem et Sicilie rege; anno Romani imperii eius nono, regni

\*) Von Huillard-Breholles emendirt statt *Raimundus*.

Jerosolimitani quarto, regni vero Sicilie tricesimo primo. Felicititer, amen. Datum apud Acconem, anno mense et inductione prescriptis.

32. Friedrich II. römischer kaiser gestattet und bestätigt einen tausch den der deutsche orden und Jacob von Amigdala gemacht haben in der art dass ersterer dem Jacob den edelhof Mebelie überlässt und dafür den edelhof Trefile und die neue vom orden befestigte burg Montfort erhält. Accon, 1229 april.

Fredericus dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerosolime et Sicilie rex. Notum sit universis tam presentibus quam futuris, quod venientes in curia nostra, presentibus hominibus regni nostri Jerosolimitani, frater Hermannus venerabilis magister domus sancte Marie Theotonicorum in Jerosolima et Jacobus de Amigdala, fideles nostri, maiestati nostre humiliter supplicarunt, ut commutationem inter eos factam in curia nostra videlicet de casale Mebelie quod idem magister et eadem domus sua dederunt in excambium prefato Jacobo pro casale Trefile et castro novo quod dicitur Montfort quod domus ipsa firmavit et iardino et molendino que sunt de pertinenciis Trefile, que dicto Jacobo cesserunt in partem de divisione bonorum facta sibi a prefato magistro et pre-memorata domo sua, que sibi ex successione quondam matris sue filie olim comitis Jozcelini rationabiliter pertinebant, ita quod dictus Jacobus et heredes sui predictum casale Mebelie cum omnibus pertinenciis suis perpetuo habeant et teneant, et antedicta domus Theotonicorum iamdictum casale Trefile cum omnibus pertinenciis suis et castrum novum quod dicitur Montfort quod domus ipsa firmavit cum omnibus pertinenciis suis et cum iardino et molendino que sunt de pertinenciis eiusdem casalis Trefile tenere debeat et in perpetuum habere, commutationem ipsam habere ratam et eam privilegio nostro concedere et confirmare de nostra gratia dignaremur. Nos autem predictorum magistri et Jacobi fidelium nostrorum devotis supplicationibus inclinati, predictam commutationem que facta est inter eos in curia nostra sicut supradictum est ratam habemus et eam de speciali grati<sup>i</sup> nostra concedimus et perpetuo confirmamus. Ad cuius ratihabitionis concessionis et confirmatio-

nis nostre memoriam et robur perpetuo valitum presens  
privilegium fieri et bulla aurea typario nostre maiestatis im-  
pressa iussimus communiri. Huius autem rei testes sunt Balya-  
nus dominus Sydonis, Oddo de Montebeliardo comestabulus  
regni Jerosolimitani, Johannes de Ybelino, Guarnerius Alaman-  
nus, Aymo nepos eiusdem Guarnerii, Aymarus nepos fratri  
Aymari de domo hospitali sancti Johannis et alii quam plures.  
Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducente-  
simo vicesimo nono, mense aprilis, secunde indictionis; impe-  
rante domino nostro Frederico dei gratia invictissimo Roma-  
norum imperatore semper augusto Jerosolime et Sicilie rege;  
anno Romani imperii eius nono, regni Jerosolimitani quarto,  
regni vero Sicilie tricesimo primo. Feliciter, amen. Datum  
apud Accon, anno mense et indictione prescriptis.

33. Pabst Gregor IX. ertheilt allen die am festtag des heili-  
gen Franciscus das von der frommen landgräfin Elisa-  
beth von Türingen erbaute [bald hernach dem deutschen  
orden übergebene] spital reumüthig besuchen einen ab-  
lass. Perugia, 1229 april 19.

Gregorius episcopus servus servorum dei universis Christi  
fidelibus per Teutoniam constitutis salutem etc. Quoniam ut ait  
apostolus omnes stabimus ante tribunal Christi etc. metet vitam  
eternam. Hec igitur considerans dilecta in Christo filia Elisabeth,  
relicta clare memorie Ludovici lantgravii Thuringie, ac diligen-  
ter sicut decet ipsius devotionem attendens, quod sanctorum  
suffragia sint ad precmovendam divinam gratiam plurimum  
oportuna, et quam beati Francisci confessoris patrocinium mul-  
tum valeat apud deum: pro eius honore ac charitatis obtentu  
quoddam construxit ad receptionem infirmorum et pauperum  
sicut nobis exposuit hospitale. Ut autem vos hospitale ipsum  
pro eiusdem sancti reverentia honorantes illum propitium ha-  
bere possitis, universitatem vestram monemus et hortamur in  
domino, in remissionem vobis peccaminum iniungentes, quatenus  
in solemnitate confessoris ipsius hospitale predictum cum de-  
votione debita visitetis, implorantes eius patrocinum et vestro-  
rum veniam peccatorum, ut per hec et alia bona que do-  
mino inspirante feceritis ad eterne possitis felicitatis gau-  
dia pervenire. Nos enim de omnipotenti dei misericordia

et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi omnibus ad idem hospitale accendentibus quadraginta dies in solennitate predicta et extunc usque ad diem octavum viginti [dies] de iniuncta sibi penitentia relaxamus. Datum Perusii, XIII. kal. maii, pontificatus nostri anno tertio.

34. Friedrich II. römischer kaiser übergibt dem deutschen orden das haus in Jerusalem, das früher dem könig Balduin seinem vorgänger gehörte, gelegen in der strasse der Armenier bei der Thomaskirche, desgleichen das haus, das der orden vor dem verlust des heiligen landes in Jerusalem besass. Accon, 1229 april.

Fredericus dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerosolime et Sicilie rex. Imperialis excellencie redundat ad gloriam, sacrosantas ecclesias et loca religiosa diligere et ea dignis beneficiis ampliare, per quod deo dedicate persone iugiter in laudibus eius persistant, a quo tam animarum quam corporum cuncta beneficia nanciscuntur. Notum igitur esse volumus universis tam presentibus quam futuris, quod nos meditatione piissima attentes, qualiter sacra domus hospitalis sancte Marie Theotonicorum in Jerosolima, a predecessoribus nostris Romanorum imperatoribus felicibus inchoata principiis, per progenitores nostros divos augustos inclite recordationis suscepit incrementum et per eos nonnullis extiterit beneficiis ampliata; considerantes insuper, quod exhibemus obsequium deo dignum, si eorundem predecessorum nostrorum vestigia prosequentes, circa profectum ipsius domus tam liberaliter intendimus quam libenter; de innata benignitatis nostre gratia et intuitu retributionis eterne ac pro remedio animarum divisorum augustorum parentum et predecessorum nostrorum Jerosolimitanorum regum memorie recolende, pro salute quoque nostra et exaltationis ac glorie incremento damus et concedimus fratri Hermanno venerabili magistro, fratribus ipsius domus sancte Marie Theotonicorum et successoribus suis ac eorum domui nominate domum in civitate nostra Jerosolima, que fuit quondam Balduini regis Jerosolimitani, predecessoris nostri memorie recolende, sitam in ruga Armeniorum prope ecclesiam sancti Thome, cum omni perprisio et pertinenciis suis et cum orto eidem domui coniuncto, neconon et sex carrucatas terre sive de exca-

denciis sive [de] demanio nostro civitatis eiusdem, si de exdenciis tantum non poterit inveniri, ubi per territorium civitatis ipsius convenientius sit eis habere et accipere. Desuper abundant quoque gratia nostra damus et concedimus prefato magistro, fratribus et eorum domui antedictie domum, quam olim Theotonici ante amissionem terre sacre in civitate Jerosolimitana tenebant, cum omnibus pertinenciis suis, iuribus et possessionibus et pertinentiis suis, ut ea omnia ab omni servizio libera semper teneant et exempta. Ad huius autem donationis et concessionis nostre memoriam et robur perpetuo valiturn, presens privilegium fieri et bulla aurea typario nostre maiestatis impressa iussimus communiri. Huius autem rei testes sunt Balianus dominus Sydonis, Oddo de Monbeliardo comestabulus regni Jerosolimitani, Johannes de Ibelino, Guarnerius Alamannus et Aymo nepos eius, Aymarus nepos fratris Aymari, de domo hospitalis sancti Johannis, et alii quam plures. Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vicesimo nono, mense Aprilis, secunde indictionis; imperante domino nostro Frederico dei gratia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto Jerosolime et Sicilie rege; anno Romani imperii eius nono, regni Jerosolime quarto, regni vero Sicilie tricesimo primo. Feliciter, amen. Datum apud Accon, anno mense et indictione prescriptis.

35. Heinrich VII. römischer König befiehlt dem statthalter von Burgund, dem schultheiss und den bürgern insgesamt zu Bern, dass niemand den deutschen orden im besitz der ihm von seinem vater verliehenen kirche zu Könitz zu stören wage. 1230 febr. 20.

H. dei gratia Romanorum rex et semper augustus. Fidelibus suis procuratori Burgundie pro tempore constituto necnon sculteto et universis civibus de Berno et universis hanc litteram inspecturis gratiam suam et omne bonum. Innotuit celsitudini nostre certo certius, quod serenissimus dominus imperator pater noster ecclesiam de Chuniz domui Theutonicorum sancte Marie in Jerusalem cum omni iure et libertate ac fundo liberaliter contulit libere tenendam et perpetuo possidendam. Veniens itaque ad nos prepositus seu plebanus eiusdem ecclesie quedam nostris auribus instillavit, de quibus tamen nulla haberi pote-

rat certitudo. Postmodum venientes et fratres dicte domus Theutonicorum puram nobis ostenderunt per privilegia veritatem. Volentes igitur eamdem eis ecclesiam a quorumlibet vexatione pro iuribus defensare, mandamus vobis sub pena gratie nostre, districte precipientes ut nullus sit qui sepedictos fratres ausu ductus temerario in collatione prefate ecclesie audeat impedire vel damnum aliquod irrogare. Quod qui fecerit, iram nostram gravem sentiet et offensam. Datum anno dominice incarnationis M.CC.XXIX., decimo kalendas martii, inductione tertia.

36. Heinrich herzog von Lothringen beurkundet, dass Wilhelm von Beckenvort seine ganze allodialbesitzung und auch das gut, das er von ihm zu lehen getragen, dem deutschen orden geschenkt hat, und bestätigt diese schenkung. 1230 mai.

Henricus dei gratia dux Loth. omnibus presens scriptum intuentibus in perpetuum. Gesta mortalium relatione digna vivacitate litterarum perpetuari consueverunt Noverint igitur tam presentes quam futuri, quod Willelmus de Beckenvort in presencia mea et multorum hominum constitutus omne allodium suum, quod possedit, et feodum quod a nobis tenebatur, in manus nostras ad opus beate Marie domus Teutonicorum reportavit et multis astantibus effestucavit; procuratione etiam uxoris sue Beatrixis, que vulgariter dicitur munbord, omni iuri, quod eadem Beatrix in prefatis bonis per legale matrimonium acquisierat, coram nobis renunciavit; et cartulam exinde confectam prefate domui resignavit. Nos autem, utriusque consensu accedente, Willelmi videlicet et Beatrixis, ob remedium peccatorum nostrorum et parentum, predecessorum et subsequentium, memorata bona sepefate domui confirmavimus et liberaliter concessimus quiete in perpetuum possidenda; firmiter inhibentes, ne quis modernorum vel subsequentium supradictam domum super eisdem bonis audeat molestare. Et ut hoc eis a nobis et nostris successoribus firmiter observetur, presens scriptum sigilli nostri munime fecimus roborari; testibus advocatis, Arnoldo de Limala, Henrico de Ottuncort, Gilberto de Merbeca, magistro W. dicto Vorv, magistro R. de Hoeshem, magistro G. de Geld. superiori, Evarardo. Actum anno gratie M.CC. tricesimo, mense mayo.

37. Wilhelm von Wilre genannt von Waenberg übergibt zwei

X

seinem gut Redinghoven eigengehörige familien der deutsch-ordenskirche zu Biesen als zinspflichtige. 1230 mai.

In nomine sancte et individue trinitatis, amen. Ego Willemus de Wilre cognomine de Waenbergh notum facio tam presentibus quam futuris, presentem paginam inspecturis, quod in remissionem meorum peccaminum et antecessorum meorum Mathildem et Alidem, uxores Henrici et Gisleberti de Redenghoven, et pueros eorum, Arnoldum Godefridum Alidem Helvym pueros Alidis, Alidem filiam Mathildis, qui erant mancipium meum; de consilio bonorum virorum ita cum eis composui, quod eos beate dei genitrici Marie de Juncxis manumisi, et totaliter abrenuntiavi; sub hac forma, quod tam ipsi quam omnes heredes eorum et successores singuli, cum pervenerint ad annos nubiles, singulos denarios annuatim, et post mortem eorundem posteritas ipsa solvet in perpetuum in die obitus decedentis XII. den., et hic census solvetur in die beati Remigii; et predicta ecclesia solvet predicto Willelmo annuatim unum denarium in perpetuum. Et ne predicte mulieres et earum successores super hac manumissione nostra in posterum aliquam calumpniam patientur, presentem paginam, quia proprium sigillum non habui, sigillo decani Tungensis concilii feci roborari. Actum anno domini M.CC.XXX., mense maio. Testes qui interfuerunt: magister Henricus, frater Walterus, frater Ambrosius, frater Alexander sacerdotes, frater Renerus clericus, frater Johannes, frater Lambertus, frater Renerus domus Teutonicorum.

38. Friedrich II. römischer kaiser belobt die [bald hernach in kaiserliche und päpstliche ungnaude gefallenen] Stedinger wegen der hülfe die sie dem deutschen orden geleistet haben. Capua, 1230 iuni 14.

Fridericus dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Universis hominibus Stedigne, ad quos littere iste prevenerint, fidelibus suis, gratiam suam et bonam voluntatem. Intellexit pridem serenitas nostra, quod ob reverentiam maiestatis nostre fratri H. venerabili magistro domus hospitalis sancte Marie Teutonicorum in Jerusalem et fratribus suis, fidelibus nostris, commoda plurima, honorem et gratiam contulisti, et perseveranter intenditis circa exaltatio-

nem domus eorum, quam ex plantatione progenitorum nostrorum divorum augustorum recordationis inclite recordamus cameram specialem. Propter quod devotionem vestram cum affectu debite gratitudinis commendantes, universitatem vestram sollicitantes mandamus, quatinus in omnibus negotiis que ad dominum pertinent antedictam vos exhibeatis benivolos et attentos nec permittatis quantum in vobis est, quod ab aliquibus personis in possessionibus et bonis aliquam minorationem sustineant vel iacturam; sed taliter manuteneatis et defendatis eosdem, ut cum idem magister et fratres sui nostri omnimodo censeantur, inveniatis proinde apud preminentiam culminis nostri unde vos debeamus prosequi circa omnia que vestrum contineant commodum et profectum. Datum Capue, XIII. iunii, tercie indictionis.

39. Pabst Gregor IX. ermahnt die gläubigen in den kirchenprovinzen Magdeburg und Bremen so wie in Polen Pommern Mähren etc., sich gegen die heidnischen Preussen zu rüsten, welche die dort wohnenden Christen vertilgen wollen und denen die vom herzog von Masovien zu hülfe gerufenen deutschordensbrüder trotz ihrer wunderbaren thaten ihrer geringen zahl wegen allein nicht hinreichend widerstehen können Anagni, 1230 sept. 13.

Gregorius etc. Universis Christi fidelibus per Magdeburgensem et Bremensem provincias, Poloniam, Pomeraniam, Moraviam, Suraniam, Holtsatiam et Gothlandiam constitutis. Ex litteris dilecti filii nobilis viri ducis Mazovie intelleximus, quod pagani Pruteni nomen Christi, quem ignorant, ad cuius cognitionem venire non volunt, exterminare tanquam prophanum de suis finibus per exterminium Christianorum ibidem existentium intendentes, ipsos vehemente impugnant, destruentes terram eorum, qui resistere pre paucitate non possunt, et personas etiam miserabiliter trucidantes. Et licet idem dux ordinem fratrum hospitalis sancte Marie Theutonicorum in terram suam ad Christianorum auxilium introduxerit, et cum ipsis ordinis fratribus ibi existentibus deus misericorditer operetur, conterendo per eos mirabiliter sui nominis inimicos; quia tamen ad tam arduum negotium sufficere per se nequeunt et egent fidelium subsidiis adiuvari, universitatem vestram monemus et hortamur, et per omnipotentem deum obsecramus in remissionem vobis peccatum iniungentes, quatenus ad nimiam charitatem, qua Christus vos dilexit et di-

ligit, respectum habentes, et ei retribuentes aliquid pro omnibus, que retribuit ipse vobis, in quos tanquam viros christianos et catholicos cadere opprobria exprobrantium sibi debent, potenter et viriliter accingamini, tanquam zelum dei habentes ad vindicandam iniuriam sui nominis et ad liberandum proximum de manibus paganorum, profecturi, et acturi secundum fratrum consilia predictorum, ita quod et vobis premium debeatur eternum, et infideles non possint, quod impune Christi nomen impugnaverint, gloriari. Datum Anagnie, id. sept., pontificatus nostri anno quarto.

40. Pabst Gregor IX. bestätigt auf die bitte der verwittweten landgräfin Elisabeth von Thüringen, deren lobwürdig geführtes leben sie höchlich empfiehlt, dem [bald hernach dem deutschen orden übergebenen] spital zu Marburg das von den landgrafen Heinrich und Conrad ihm geschenkte patronat der kirchen zu Marburg. Im Lateran, 1231 märz 11.

Gregorius episcopus etc. Dilectis filiis fratribus hospitalis sancti Francisci de Marburg salutem etc. Cum a nobis petitur quod iustum est etc.\* Eapropter, dilecti in domino filii, annuentes precibus dilecte in Christo filie, nobilis mulieris relicte clare memorie lantcravii Thuringie, quam nobis reddunt laudabilis vite sue merita plurimum commendatam, ius patronatus quod in ecclesiis de Marburch H. lantgravius et C. frater eius hospitali vestro prout spectabat ad ipsos de diocesani episcopi et capituli sui consensu pietatis intuitu contulerunt etc., vobis et per vos hospitali eidem auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum etc.\* noverit incursurum. Datum Laterani, v. idus martii, pontificatus nostri anno quarto.

41. Heinrich und Conrad landgrafen von Thüringen schreiben dem pabst dass ihre schwägerin Elisabeth die wenig welterfahren gewesen thörichten rathschlägen folgend das hospital zu Marburg den Johannitern übergeben wozu sie nicht berechtigt da sie über dessen besitzungen nur auf lebenszeit zu verfügen gehabt, dass sie nach ihrem tode nun selbst das hospital dotirt; und bitten, ihre anordnung zu bestätigen und dasselbe bestens zu fördern. [1232.]

\* Wie in der urkunde nr. 1.

Sanctissimo patri ac domino Gregorio, sanctissime Romane ecclesie summo pontifici, Henricus et Conradus Thuringie lantgravii cum obsequio devotam in omnibus obedientiam. Vestre significamus paternitati quod hospitale beati Francisci quod felicissime memorie Elisabeth relictam fratris nostri fundaverat, in hereditate nostra situm est, ita quod nec unum agrum habet vel habuit qui ad nos, cum area in qua ipsum edificatum est, ex parte patris nostri non devenisset. Cum vero tam ex sua simplicitate quam forte ex quorundam stulto consilio prefatum hospitale assignaret fratribus hospitalis Jerosolymitani, nos facto eius modis omnibus contradiximus, pro eo quod nihil iuris tam in area quam in aliis que supradicto hospitali beati Francisci assignaverat, nisi quamdui viveret ipsi a nobis fuit assignatum. Ipsa vero mortua ad instantiam magistri Conradi de Marpurch predictoris, [quia] que facta fuerant circa iam dictum hospitale videbantur inania et nullius valoris, secundum facultates nostras dotavimus et ab omni iure quod in ipso habuimus vel posteri nostri essent habituri liberum dimisimus, sicut in littera nostra super hoc concepta potest videri. Unde vestre supplicamus sanctitati, pater reverende, quod ob dilectionem quam habuistis ad supradictam fratris nostri relictam factum nostrum confirmantes, hospitale supradictum in omnibus quibus scitis et potestis dignemini promovere.

42. Sifrid erzbischof von Mainz erklärt, nie seine genehmigung ertheilt zu haben dass die Johanniter das von der landgräfin Elisabeth zu Marburg gegründete hospital besitzen sollten. Mainz, 1232 iuli 27.

S. dei gratia sancte Moguntinensis sedis archiepiscopus universis Christi fidelibus hanc paginam inspecturis salutem in domino. Tenore presentium vobis volumus fieri manifestum quod nunquam fuit requisitum a nobis, imo etsi requisitum fuisset voluntatem nunquam habuimus indulgendi, quod fratres hospitalis sancti Johannis in Jerusalem illud hospitale obtinrent quod felicis recordationis Elisabeth relictam bone memorie Ludovici quondam lantgravii Thuringie prope opidum Marburch noscitur construxisse. Sed nec de parochiis illi hospitali collatis fecimus quidquam tale nec fecisse cognovimus aut in tale quid

consensisse capitulum maioris ecclesie Moguntinensis. Ad maiorem autem evidentiam huius rei dedimus scriptum presens sigilli nostri munimine roboratum. Datum Moguntie, anno domini M.CC.XXXII., VI. kal. augusti, pontificatus nostri anno secundo.

43. Conrad domprobst in Speier und andre vom pabst delegirte richter beurkunden, dass die Johanniter sich wegen ihrer ansprüche an das hospital zu Marburg der entscheidung des meister Conrad von Marburg unterworfen haben und bestätigen dessen am 2. aug. 1232 erlassenen schiedsspruch.

C. prepositus maioris ecclesie . . s. Germani .. decanus... Spirensium, iudices a sede apostolica delegati, et magister Michael canonicus sancti Guidonis, a decano maioris ecclesie subdelegatus. Constitutis coram nobis magistro C. de Haimbach fratre hospitalis s. Johannis Jerosolymitani tunc preceptore in Allemannia ex una parte et Hermanno et Alberto de Marpurch magistris hospitalis s. Francisci ex altera parte, pro iure quod se fratres hospitalis s. Johannis in hospitali s. Francisci in Marpurch dicebant habere, presentibus plerisque viris idoneis et discretis de nostro consensu necnon et auctoritate taliter est questio diffinita. Magister C. de Haimbach consultis fratribus suis necnon et discretorum habitu consilio omnino se submisit voluntati et arbitrio magistri C. de Marburch, verbo et opere renuncians actioni si quam habebat vel habere videbatur adversus predictos H. et A. circa locum hospitalis s. Francisci in Marpurch. Verum magister C. de Marpurch tanquam vir providus et discretus visis et perfectis privilegiis et instrumentis hospitalis predicti habitu iurisperitorum et prudentum virorum consilio taliter duxit pronunciandum.

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen.  
Ego magister C. de Marpurch verbi dei predictor et monasteriorum in Alemannia visitator, visis et perspectis instrumentis donationis landgrav . . . , confirmationis domini archiepiscopi Moguntin. necnon et domini Gregorii summi pontificis, hospitale s. Francisci ab instantia fratrum hospitalis s. Johannis Jerosolym. per diffinitivam sententiam iustitia exigente absolvo perpetuum eis silentium super premissis indicendo. Acta sunt hec anno domini M. CC. XXXII., die secundo intrante augusto.

Nos vero iudices dicti magistri C. sententiam ratam et gratam habentes auctoritate sedis apostolice nobis iniuncta confirmamus. In cuius rei evidentiam presens scriptum scribi fecimus et sigillis nostris maioris ecclesie, s. Germani, s. Guidonis, s. trinitatis Spirensium, magistri C. de Marpurch sententiam pronunciantis, fratrum quoque hospitalis s. Johannis fecimus communiri. Testes L... s. Germani, C. de Hoenhart canonicus maioris ecclesie, de s. Germano Bernous, Urtibus, Conradus, Dietherus . . . , de s. Guidone W. decanus, Wolframus, Conradus . . . , de s. trinitate magister Stephanus, Dietherus, Heinricus, Marquardus, Hugo et alii quamplures.

44. Wilhelm graf von Jülich und sein bruder Walram schenken dem deutschen haus [zu Siersdorf] eine iährliche rente von anderthalb karren wein zu Bürvenich. Nidegen, 1232 sept. 23.

Universis Christi fidelibus presentem cedulam inspecturis  
 Wilhelmus comes Juliacensis et Walramus frater suus salutem  
 in perpetuum. Noverit universitas tam presentium quam futu-  
 rorum, quod nos, de consilio domini Walrami de Lemburg  
 avunculi nostri ac fidelium et ministerialium nostrorum, de al-  
 lodio nostro in Burvenig domui sancte Marie Teutonicorum  
 carratam vini et dimidiam liberaliter contulimus singulis annis  
 perpetuo percipiendam; adiecto, quod si a festo Martini pro-  
 ximo ad biennium vel infra fratribus domus memorate nos vi-  
 ginti marcas Coloniensium denariorum assignaverimus, ipsi hoc  
 scriptum nobis restituent et bonis prefatis abrenunciabunt; si  
 vero pecuniam pretaxatam eisdem fratribus non dederimus ter-  
 mino prehabito, ipsi perceptione vini prelibati extunc perpetuo  
 quieta possessione gaudebunt. Ut autem hoc factum nostrum  
 ratum et inconvulsu permaneat, presens scriptum sigilli nostri  
 et avunculi nostri domini Walrami munimine duximus roboran-  
 dum. Acta sunt hec anno domini millesimo ducentesimo xxx.  
 secundo; presentibus viris honestis Arnoldo de Gimenig, Wil-  
 helmo burgravio, Everardo tunc dapifero, Winando de Gurzenig,  
 Hermanno de Brucke, Christiano pincerna, Johanne filio comitis,  
 Godefr. dicto Ulenbusche et aliis quam pluribus; apud Nide-  
 cken, in crastino Mauriti.

*Brennstoff*

45. Pabst Gregor IX. schreibt den gläubigen in Livland Preussen Gothland Wirland Esthland Semgallen und Kurland, dass bischop Wilhelm von Modena sein bishum aufgegeben, um sich in ihren landen ganz dem werk der bekehrung zu widmen, und dass er demselben die früher dem bischop von Semgallen verliehenen nun aber zurückgenommenen vollmachten eines apostolischen legaten übertragen habe. Im Lateran, 1234 febr. 21.

Gregorius episcopus etc. Universis Christi fidelibus per Livoniam, Prussiam, Gothlandiam, Wirlandiam, Estoniam, Semigalliam, Curlandiam et ceteras neophytorum et paganorum provincias et insulas constitutis. Quoniam, ut ait apostolus: »Quomodo invocabunt, in quem non crediderunt; vel quomodo credent ei, quem non audierunt; aut quomodo audient sine predicante, et quomodo predicabunt nisi mittantur?« suscitavit olim dominus spiritum venerabilis fratris nostri Willelmi episcopi quandam Mutinensis, qui de mandato sedis apostolice ad paganos illos accedens, qui circa regiones vestras existunt, non modicam multitudinem eorundem ad agnitionem veritatis adduxit; multorum in eis errorum generibus extirpatis, quibus ita miseri tenebantur impliciti, ut cultum christiani nominis non habentes, omnem intentionem suam cultui tantum visibilium applicarent. Verum idem episcopus elevatis oculis, videns quad regiones vestre albe sunt iam ad messem, cum Jesus Christus deus noster, sicut accepimus, super gentem vestram clementer respiciens ostium eius salvationis dignatus sit aperire, ac ad spirituales delicias, conversionem videlicet gentis eiusdem totis desideriis totisque animi medullis suspirans, nobis, qui locum illius licet immeriti tenemus in terris, qui discipulis suis ait: »Rogate dominum messis, ut mittat operarios in messem suam;« cum multa precum instantia et lachrymarum affluentia suppliavit, ut cum expertus cure laboriosa certamina pastoralis, quamquam possit dicere cum apostolo: »Bonum certamen certavi,« cursum cupiat perfectioris operis consummare, ut ei corona iusticie de reliquo reponatur, ipsum episcopatu propter vos Mutinensi dimisso, paratum pro vobis si opus fuerit etiam calicem bibere passionis, in messem domini mittere dignaremur. Nos igitur pium eius et sanctum propositum in domino commendantes ac revocantes legationis officium et universas litteras

et indulgentias, venerabili fratri nostro episcopo Semigallensi concessas, eum ad evangelizandum gentibus nomen domini nostri Jesu Christi, commisso sibi plene legationis officio, ad partes illas providimus destinandum, ut auctore domino tanquam diligens cultor agri dominici evellat et destruat, dissipet et disperdat, edificet et plantet, prout sibi dominus ministrabit. Monemus itaque universitatem vestram etc. Datum Laterani, IX. kal. mart., pontificatus nostri anno septimo.

46. Pabst Gregor IX. übergibt dem deutschen orden nach dem wunsch der landgrafen Heinrich und Conrad insbesondere auf bitten des letztern das auf ihrem eigenthum erbaute mit ihren gütern reich dotirte auch mit dem patronat zu Marburg beschenkte hospital des heiligen Franciscus aus ehrerbietung vor der landgräfin Elisabeth deren körper dort ruht. Rieti, 1234 iuli 1.

Gregorius episcopus etc. Dilectis filiis magistro et fratribus hospitalis sancti Francisci de Marburch et aliis ibidem ad obsequium domini deputatis salutem etc. Sedes apostolica mater universorum fidelium et magistra nulli facere videtur iniuriam si utens interdum plenitudine potestatis maiori caritate ferventes potiori gratia prosequatur. Nos quoque dum sicut decet attendimus quod pie mentis intentio favorem nostrum non indigne meretur, quasi necessario inducimur ut vota que aspirando dominus prevenit consueta benevolentia complectamur. Sane dilecti filii nobiles viri Henricus et Conradus fratres lantgravii Thuringie, amplectentes tanquam devotionis alumni opera pietas, considerato prudenter quod domus hospitalis sancte Marie Teutonicorum Jerosolymitan. velut dextre divine plantatio generalem ecclesiam religionis ardore delectat et fructu reficit caritatis, cuius ibi circa pauperes et infirmos officiose officium exercetur, ardentि iam dudum desiderio affectarunt, hospitale sancti Francisci in Marpurch, quod in proprio solo fundatum de bonorum suorum ubertate dotarunt, remittentes illi liberaliter propter deum quicquid iuris habebant in ipso, et eidem insuper concedentes ius patronatus quod in parochiali ecclesia de Marpurch competebat eisdem, dilectis filiis magistro et fratribus prediche domus ab apostolica sede conferri. Unde prefatus Conradus a nobis multa precum instantia postulavit ut ipsius et

predicti fratris sui desideriis annuentes hospitale ipsum dicte domui sancte Marie Teutonicorum conferri dignaremur. Cum igitur iidem magister et fratres succensi zelo divino quo pro Christo animas suas ponere decreverunt mereantur abundantiori benedictione sedis apostolice confoveri, et nobilium eorundem affectui plenioris favoris exhibitio debeatur: nos pro firmo tenentes quod ex eodem hospitali multa possit terre sancte cuius prefati magister et fratres se totaliter devoverunt obsequio utilitas provenire et in eo plenius hospitalitas ad quam tenantur ex institutione sedis apostolice observari, hospitale ipsum cum iure patronatus ecclesie predicte de Marpurch et aliis iuribus et pertinentiis hospitalis eiusdem predictis magistro et fratribus ac eorum domui de potestatis plenitudine ac gratia speciali duximus conferendum, idque pro reverentia beate memorie Elisabeth lantgravie Thuringie cuius corpus requiescit ibidem, ut sicut est celebre veneratione fidelium sic prerogativa gaudeat libertatis; venerabili fratri nostro Moguntinensi archiepiscopo loci dioecesano episcopali iure in parochia memorata ecclesie de Marpurch in omnibus semper salvo et ab eisdem magistro et fratribus pro eodem hospitali annuo censu duarum marcarum argenti predicto archiepiscopo et successoribus suis annis singulis persolvendo; in ceteris esse liberum statuentes. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus quatenus dictis magistro et fratribus domus ipsius obediatis de cetero et humiliter intendatis itaque eorum possitis favorem et gratiam obtinere. Datum Reate, kal. iulii, pontificatus nostri anno octavo.

47. Heinrich, Conrad und Hermann landgrafen von Thüringen schenken dem deutschen orden ihre güter in Ried Griffstedt Willstedt Fischstedt Günstedt Mardorf und Werflo nebst der mühle und ihrem gesammten allodialbesitz bei Marburg. Homburg, 1234 nov. 6.

In nomine sancte et individue trinitatis, amen. Henricus, Conradus et Hermannus dei gracia Thuringie lantgravii, Saxonie comites palatini. Omnibus presentem litteram inspecturis imperpetuum. Ea que geruntur in tempore ne simul elabantur cum tempore, poni solent in linguis testium et fideli memorie litterarum commendari. Notum igitur esse volumus universis tam pre-

sentibus quam futuris quod nos unanimi voluntate et consensu  
 de fidelium nostrorum et ministerialium consilio donavimus at-  
 que contulimus hospitali sancte Marie domus Theutonicorum  
 Jerosolimitan. in manus fratris Henrici de Honlo preceptoris  
 eiusdem domus per Alemanniam omnia bona nostra in villis  
 que dicuntur Rieth videlicet viginti tres mansos et dimidium,  
 allodium in Grifstede cum molendino ibidem, in Willestete sep-  
 tem mansos, in Vischstete triginta mansos, officium in Gunne-  
 stete cum decem mansis et dimidio et omnibus bonis ibi sitis,  
 item omnia bona nostra in Martdorf et Werflo, et molendinum  
 iuxta hospitale in Marthburg cum omnibus allodiis nostris circa  
 Marthburg adiacentibus; omnia hec predicta libera et sine omni  
 onere cum omnibus suis pertinentiis, terris cultis et incultis  
 pratis pascuis silvis nemoribus saltibus salictis paludibus stag-  
 nis piscariis aquis aquarum recursibus vinetis cum omni utili-  
 tate questu et proventu qui nunc est aut in futuro fuerit qui  
 nunc appareat vel in posterum apparebit sub eisdem terminis  
 in longum et in latum sub quibus eadem tenuimus cum omni  
 iurisdictione ac districtu quo nos eadem possedimus, nec advoca-  
 cacia nec ullo prorsus iure obsequio aut iurisdictione quocon-  
 que nomine censeantur nobis in eisdem reservatis, omne plenum  
 et integrum ius proprietatis et possessionis prefatorum bonorum  
 in prenominatam domum Teuton. cum vero rerum dominio  
 transferentes, usque ad summam trecentarum marcarum legalis  
 argenti iusti census et legitimi emolumenti; ita duntaxat quod  
 si quid defuerit in prenominatis bonis de summa memorata  
 trecentarum videlicet marcarum annuatim percipientarum, nos  
 alias de libera nostra proprietate suppleamus; si vero de hiis  
 ultra summam pretaxatam aliquid superfuerit, ad nos revertatur.  
 Presentibus quoque litteris recognoscimus et protestamur, nos  
 fide data promisisse, domum Teutonicam et fratres de omnibus  
 bonis predictis warandare firmare et stabilire, ubicunque domui  
 expediens fuerit et opportunum, et si a quoconque in eisdem  
 fuerint pulsati aut impediti, nostris expensis negotia et causas  
 expedire, atque bona si qua evicta fuerint de alia nostra libera  
 proprietate legaliter resarcire et recompensare. Preterea nos  
 Henricus in manus fratris nostri Conradi et ego Hermannus in  
 manus eiusdem patrui mei data fide nos obligavimus, omnia

predicta quolibet dolo et captione cessante bona fide in perpetuum rata firma et inconclusa observare. Fideles quoque nostri infrascripti fide data promiserunt, bone fidei diligentiam et co-operationem predictorum observationi se adhibituros. Ad perpetuam itaque huius rei memoriam ne ulla super premissis ambiguitas oriatur vel questio moveatur, presentem paginam super eisdem conscriptam nos Henricus et Conradus sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari. Ego vero Hermannus quoniam adhuc proprium sigillum non habeo sigillum patrui mei H. vice sigilli proprii duxi appendendum. Testes autem huius rei sunt: comes Henricus de Staleberc, Rudolfus pincerna de Vargila, Berthous dapifer de Slathein, Fridericus de Drifurte, Tuto de Lapide, Eckehardus de Sebeche, Albertus de Sebeche, Cunemundus de Slathein, Johannes de Helversleben, Hermannus de Rumrode, Albertus de Ebeleiben, magister Johannes de Dorlo, Henricus scriptor de Wizense et alii quamplures de nostra familia; religiosi vero frater Henricus de Honlo preceptor domus Teuton. per Alemaniam, frater Ulricus de Durne, frater Guntherus de Wilrichsleben, frater Henricus de Nurenberg. Actum in oppido nostro Honberc, anno gratie M.CC.XXXIII., VIII. idus novembris, inductione octava.\*)

48. Johann bischof von Lüttich vergleicht sich mit dem deutschen haus zu Biesen über die von ihm lehnührigen, von Arnold von Saint Trond dem orden geschenkten ländereien und zinsen in der weise dass der orden künftig alljährlich zehn schillinge zehn kapäune und sex denare an den bischofshof zu Saint Trond einzuliefern hat. Alke, 1235 april 17.

Johannes dei gratia Leodiensis episcopus. Universis presentes litteras inspecturis salutem in domino. Universitatem vestram scire facimus, quod cum controversia esset inter nos ex parte una et magistrum et fratres domus hospitalis fratrum Teutonicorum de Juncis ex alia, super octo bonnariis terre arabilis et prati et viginti duobus solidis et dimidio Leodiensis census et quadraginta quatuor caponibus eis in elemosinam collatis ab Arnoldo dicto Clerico, burgensi sancti Trudonis, que feodaliter

\*) Statt der bd. 1. s 102 unvollständig mitgetheilten urkunde hier von neuem abgedruckt.

idem Arnoldus tenebat a nobis: tandem de communi assensu nostro et ipsorum amicabiliter inter nos est compositum et ordinatum in hunc modum, quod de predictis viginti duobus solidis et dimidiis Leodiensis census decem solidos et de predictis quadraginta quatuor caponibus decem capones annuatim habebimus nos et successores nostri, et inde statim mansionarios accipiemus qui in nullo eis decetero respondent sed tantum nobis et successoribus nostris. De reliquis vero octo bonnariis terre et prati et duodecim solidis et dimidio et triginta quatuor caponibus nobis et successoribus nostris singulis annis redentur sex denarii Leodienses nomine census, et ipsi iidem nobis dabunt mansionarium laicum qui ad curiam nostram de sancto Trudone censem suum annuatim exsolvet et in omnibus et per omnia ibidem faciet quod mansionarius curie facere debet; et quocienscumque novus dabitur mansionarius, ipse predicte curie nomine requisitionis solvere tenebitur sex denarios Leodienses, et villico nostro et paribus iura sua. In hiis autem omnibus predictis retinuiimus nobis et successoribus nostris omnem altam iusticiam et bassam, ita quod in omnibus mansionarii ipsorum predictorum bonorum respondebunt curie nostre supradicte, exceptis censibus et redditibus et requisitionibus ipsis que tamen eis solventur per iusticiam nostram curie memorare. In cuius rei robur et munimen sigillum magistri predicte domus cum sigillo nostro presentibus litteris est appensum. Actum et datum apud Alke, anno domini M.CC. tricesimo quinto, feria tercia post oct. resurrectionis domini.

49. Hermann meister des deutschen ordens in Preussen und Livland schenkt dem predigerorden in der neugegründeten stadt Elbing eine hausstätte zur erbauung eines klosters und ausserhalb der stadt einen gemüsegarten, unter der bedingung dass der gebrauch des weges bei den festungswerken durch den bau nicht gehindert und bei vergrösserung der stadt der gemüsegarten gegen einen andern von gleicher grösse und fruchtbarkeit vertauscht werde. 1238 jan. 13.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Frater Hermannus preceptor domus Teutonicae in Livonia et Prucia universis Christi fidelibus hanc paginam inspecturis salutem perpetuam.

Quum ea que in morientium terra fiunt sepe oblivionis accessu cum morientibus moriuntur, dictavit discretionis ratio ut que de se ipsis non habuerint firmamentum literarum amniculo solidentur. Eapropter presentium testimonio protestamur quod cavere volentes in quantum possumus periculum animarum quod in novellis terrarum plantationibus fit plerumque ubi latitant a vivendi rectitudine fugiti vi noticiam devitantes: de capituli nostri plenaria voluntate ordini venerando qui dicitur Predicatorum et esse dinoscitur ab effectu, fratrum videlicet domino et hominibus dilectorum potentiumque in opere et sermone, in civitate nostra plantationis novelle Elbinc dicta contulimus aream quandam in qua edificet claustrum suum, ita ut viam prope munitionem caveat impedire, ortum quoque olerum extra eandem quam prelibavimus civitatem libertate integra et eadem qua idem ordo alias consuevit huiusmodi possidere. Et adiicimus quod si civitas sepedicta promovente gracia de supernis fuerit amplianda, si ortus idem nobis et civibus in loco in quo nunc est ad hoc visus fuerit nocumento, alibi concambium de bona recipiat voluntate ubi proximum esse poterit sine preuidicio aliorum, fertilitatis consimilis et eciam quantitatis. Itaque ne nostrorum aliquis successorum tam racionabile et voluntarium factum nostrum etc. valeat infringere vel mutare, presenti page sigillum nostrum pro testimonio sempiterno duximus apponendum. Acta sunt hec anno gracie M.CC.XXXVIII., idus ianuarii, inductione XI.

50. Arnold graf von Looz und Chiny gibt der deutschordenskirche zu Biesen vier bonnare land die früher Arnold von Werine von ihm zu lehen gehabt, mit der bedingung sie gegen einen zins von vier denaren dem Günther bürger zu Tongern zu überlassen. 1238 april.

A. comes de Los et de Chines. Universis presentium inspectoribus salutem in omnium salvatore. Universitati vestre notum facimus, quod Arnoldus de Werine tenuit a nobis quatuor bonuaria in feodum, iacentia in Grimerdingen. Hec autem resignavit in manus nostras et ea effestucavit. Predicta autem terra allodium est nostrum. Quod nos concedimus ecclesie beate Marie in Juncxis, tali conditione ut ipsi predicta quatuor bo-

nuaria concedant Guntero civi Tongrensi, ad trecensum scilicet quatuor den. de ipsis quatuor bonuariis. Datum mense aprilii, anno domini M.CC.XXX. octavo.

51. Wibert der schultheiss Erbo der schöffe die geschwornen und die bürger insgesammt zu Saarburg beurkunden, dass Heinrich Mucho seinen an Wirich Vogelhund versetzten, zwischen der Nicolauscapelle und dem obern thor gelegenen hofplatz seiner tochter Hedewid und ihrem mann [rechtsvögängern des deutschen hauses zu Saarburg] gerichtlich übergeben habe. 1238 aug. 8.

Wibertus scultetus Erbo scabinus iuratique et universi cives in Sarburc omnibus presens scriptum intuentibus salutem et veritati testimonium perhibere. Cum ab humana memoria cito labuntur gesta hominum, nisi firmentur firmo caractere litterarum, eapropter ad noticiam singulorum tam presencium quam futurorum volumus pervenire, quod Henricus cognomine Mucho contulit Hedewidi filie sue et Godefrido marito eius et eorum successoribus de consensu puerorum suorum aream quam habebat sitam inter capellam sancti Nicholai et superiore portam in Sarburc, ut eam erga dominum Wiericum cognomine Vogelhund pro sex libris redimerent et dictam aream in perpetuum pacifice possiderent. Cum vero dicti Godefridus et H. uxor sua super prefata area postmodum a predicto Henrico et pueris suis indebite molestarentur, tandem ammoniti per honestos, sepedictus H. et pueri sui videlicet Sifridus, Otto et Agnes et maritus eius Sifridus et heredes ipsorum, et constituti coram nobis in iudicio, abrenunciaverunt omni iuri quod habebant in supradicta curia vel videbantur habere; ita quod memorati G. et uxor sua H. in hereditate parentum suorum tamen suam percipiunt portionem. Testes autem huius facti sunt Gotemannus Herbessun, Wiericus Vogelhund et alii quam plures honesti. In cuius igitur rei testimonium presentem paginam sigillo nostro duximus roborandam. Actum anno domini M.CC.XXX octavo, in festo sancti Cirici martiris.

52. Heinrich meister des deutschen hauses zu Biesen und in den Niederlanden verzichtet auf alles recht am armen hospital in Vilvorden. 1238.

Universis presentem paginam inspecturis magister Henricus domus Theutonice sancte Marie de Juncis et partium in-

feriorum salutem in eo qui est salus vera. Notum esse volamus, quod nos resignavimus omne ius, quod habuimus in hospitali pauperum, quod situm est in oppido Filvordensi; et proitemur, quod nihil iuris habemus et quia successores nostri similiter nihil iuris habebunt in hospitali iam dicto et in omnibus que aliquo iure spectant ad ipsum. Et ne imposterum super hoc aliqua suboriatur calumnia, presens scriptum sigilli nostri est munimine roboratum. Datum anno domini millesimo ducentesimo trigesimo octavo.

53. Otto ritter von Oppenheim und Paulina seine eheliche hausfrau übergeben dem deutschen orden sechszig morgen ackerland, auf dem Oppenheimer berg gelegen, und den von ihnen bewohnten hof, in der weise dass sie so lange sie leben im besitz derselben verbleiben und dem orden nur iedes iahr zwei malter weizen als recognition seines eigenthums zu entrichten haben ; sollten sie aber nachkommen erhalten, so müssten diese, wenn sie im besitz bleiben wollen, jährlich zwanzig mark zahlen ; und wenn einer von ihnen zu einer zweiten ehe schreitet, so fallen die güter dem orden ganz anheim. Oppenheim, 1239 mai 4.

Notum sit universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presencium tenorem advertentibus, quod vir honestus Ottho miles de Oppenheim et uxor eius Paulina honesta matrona, novissima memorantes, pro suarum remedio animarum communicata manu contulerunt gloriose virginis Marie domus Theutonicorum Jherosolimitane ad subvencionem terre sancte sexaginta iugera campestria super montem prope Oppenheim sita et domum cum curia quam inhabitant titulo proprietatis possidenda; sub hac forma, quod quamdiu prefati O. et P. pariter in vita constituerint sine prole vel alter eorum prefatorum, usufructu bonorum gaudebunt, in recognitionem proprietatis et possessio- nis singulis annis duo maldra siliginis domui persolventes memorare; verum si prolem pariter produixerint, viginti marcas iterate domui proles ipsa si voluerit dabit et ipsis bonis extunc pacifice perfruetur; si vero altero eorum defuncto superstes matrimonialiter contraxerit, memorata bona toto iure penes domum Theutonicam et absolute residebunt, extunc qualibet ces-

sante contradictione. In huius igitur donationis robur et memoria domini L. venerabilis Wormatiensis episcopi, fratris H. de Hoenloch et civitatis de Oppenheim sigillis presens littera est signata. Testes sunt Albertus plebanus, Gerlacus de Biblinheim, Balderamus, Anselmus, Reinerus, Petrus Parvulus, Hermannus de Thille, Eberhardus Sume, Herbordus Dulcis, Meingotus de Veteri Civitate, Conradus de Muminheim, milites; Conradus advocatus, Base, Luchwin, Th. ad Rufam Clavam, Hildebrant, Volenant, Ohsse, F. de Torto Circulo, Hellvich et alii quam plures cives Oppenheimenses. Actum Oppenheim, anno incarnationis dominice M.CC.XXXIX., vigilia ascensionis.

54. Friedrich ritter von Rindorp übergibt dem deutschen haus zu Cöln mehrere eigene leute, in der weise dass sie iährlich einen wachszins, bei heirathen und sterbfällen sechs denare und ausserdem das bessere wollen- oder linnen- gewand abgeben müssen. 1239 iuni.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Notum sit omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, quod ego Fridericus miles de Rindorp quosdam homines, qui mei proprii ex divina permissione extiterunt, — quidam Seolt et Rena, quidam Albertus, Wilhelmus, Gozwinus, Rulandus, Aleidis, Elyzabeth, Hedenricus, Henricus, Constantinus, Blizmudis, Kunegundis, Hildegundis, Wezelo, — et eorum posteros de mea bona voluntate et mee uxoris Sophie contuli ecclesie sancte Katerine domus Theutonice in Colonia; ita videlicet, quod quisquis ipsorum singulis annis pro iure cerocensuali dabit ecclesie predicte II. denarios Coloniensis monete. Si autem aliquis eorum matrimonium contraxerit, pro licentia, ut consuetudinis est, dabit VI. den., de obitu vero, si vir est, meliorem laneam vestem, adiectu VI. denar. pro iuramento, si femina, meliorem lineam vestem, ut premissum est, cum VI. denariis. Ut autem hec rata et firma permaneant, sigilla decani sancti Severini et magistri Henrici predicte domus apponi rogavi. Actum anno domini M. CC. XXX. nono, mense iunii.

55. Conrad erzbischof von Cöln bestätigt dem deutschen orden das von erzbischof Engelbert ihm ertheilte privileg, iedes iahr ein mit hundert fässer wein oder andern ge-

genständen von gleichem werth beladenes schiff bei seinen zollstätten am Rhein ohne irgend eine abgabe vorbeiführen zu dürfen. Cöln, 1239 nov. 10.

C. dei gratia Coloniensis ecclesie minister. Omnibus presentis scriptum intuentibus salutem in domino. Gratiam et libertatem, quam venerabilis dominus Engelbertus Coloniensis archiepiscopus pie recordationis fratribus hospitalis sancte Marie Theutonicorum Jerosolimitani indulxit, ratam et firmam habentes, concessimus similiter eisdem, ut annuatim unam navim cum centum vasis vini vel rebus equivalentibus per thelonia nostra super Renum constituta sine omni exactione solute et libere ducant. Iu cuius rei testimonium presentem paginam, impressione\*) sigilli nostri consignatam, predictis duximus fratribus contradendam. Actum Colonie, anno domini millesimo ducentesimo tricesimo nono, in vigilia beati Martini confessoris.

56. Wilhelm vormals bischof von Modena apostolischer legat beurkundet dass die bürger von Elbing mit seiner und der deutschordensbrüder zustimmung das hospital zum heiligen geist gestiftet. Elbing, 1242 febr. 15.

Guillelmus divina miseracione episcopus quondam Mutinensis penitenciarius domini pape, apostolice sedis legatus, dilectis in Christo fratribus omnibus presentem paginam inspecturis salutem in nomine Jhesu Christi. Placuit civibus de Elbingo de voluntate nostra, magistri et fratrū de domo Theut., hospitale construi pro peregrinis pauperibus et infirmis ultra aquam ex adverso civitatis illius, cum totum tamen fuisse civium ex illa parte secundum concessionem a fratribus sibi factam. Unde et nobis assignaverunt locum quasi in quadrum super ipso fluminis litore secundum quod per quatuor palos in quatuor angulis potuit consignari, recipientibus in possessionem nomine hospitalis sancti spiritus et beate virginis Marie, a dicto hospitali quod iam alias iniciatum fuerat in civitate et ministris eius liberæ perpetuo possidendum, ita quod in predicto loco sive hos-

\*) Bei dieser urkunde ist ein schönes anhängendes, nicht aufgedrücktes siegel. Man sieht hier so wie an dem gleichfalls in erzbischof Engelbert's privileg (bd. 1. s. 72) vorkommenden ausdruck impressione (statt appensione) dass man anfangs noch so schrieb, als schon die siegel nicht mehr aufgedrückt sondern angehängt wurden.

pitali nullum sibi ius patronatus vel aliud cives valeant vendicare. Concesserunt preterea idem cives quod circa predictum locum extra terminos, secundum quod fuit assignatus, possint ministri hospitalis fodere eciam antequam ibi ponatur domus ita latam foveam sicut eis placuerit et terram proiicere versus locum suum; et si eis ministris placuerit, quod liceat eis aquam de Pauta ducere ad locum predictum undecunque voluerint, et in hiis construere libere molendina. Et nulli postmodum liceat facere per quod molendina facta primitus destruantur. Nec liceat in dictis foveis alicui piscari nisi de licentia ministri hospitalis. Habitatores autem hospitalis teneantur sub fratribus de domo Theut. de iusticiis respondere. Hec autem eo tenore facta sunt, ut cives non debeant de cetero inquietari de maiori spacio concedendo. Et quia sicut dicit auctoritas omnium habere memoriam pocius est divinitatis quam humanitatis, placuit nobis, fratribus et civibus hoc in scriptis redigi et appositis sigillis presentibus confirmari. Datum in Elbing., anno dominice incarnationis M.CC.XLII., quinto decimo kal. marci.

57. Wilhelm vormals bischof von Modena bestätigt die vom landmeister Hermann Balk dem predigerorden gemachte schenkung eines platzes zum bau einer kirche und eines klosters. Elbing, 1242 märz 17.

Wilhelmus divina miseratione episcopus etc. salutem in nomine Jhesu Christi. Noveritis Hermannum tunc temporis magistrum fratrum domus Theutonice in Pruscia, cum deberet fundari civitas que dicitur Elbingum, in ipso principio et fundacione civitatis de consensu fratrum suorum concessisse aream fratribus predictoribus in eadem civitate ad edificandum ecclesiam et claustrum de ordine supradicto, sicut in litteris infra scriptis plenius continetur.

In nomine sancte etc. Frater Hermannus preceptor domus Theutonice in Livonia et Prucia etc.\*). Acta sunt hec anno gracie M.CC.XXXVIII., idus ianuarii, indicatione XI.

Nos autem videntes manifestam utilitatem et necessitatem quod in civitate predicta fratres predicatorum habitent qui cu-

\*) Wie in der urkunde nr. 49.

ram habeant animarum. neophitorum et aliorum ut ipsos verbo doceant et exemplo, predictam concessionem auctoritate qua fungimur apostolica confirmamus et presentis scripti pagina ac sigillo nostro apposito communimus. Nulli ergo omnino hominum etc. indignacionem incurrere Jhesu Christi. Datum in Elbing, anno dominice incarnationis M. CC. XLII, sexto decimo kal. aprilis.

58. Heinrich herzog von Lothringen und Brabant beurkundet, dass der edle herr Daniel von Furen sein allod und erbe, alle beweglichen und unbeweglichen güter, die er in der grafschaft Dalheim gehabt, dem deutschen orden [bei seinem eintritt in denselben] geschenkt habe; verzichtet auf alle berechtigungen, die ihm an diesen gütern zugestanden, und bestätigt obige schenkung. Löwen, 1242 iuni 25.

Henricus dei gratia dux Lotharing. et Brabant. omnibus presentes litteras inspecturis salutem et scire veritatem. Noverint universi, quod nobilis vir Daniel de Forum, in presentia nostra et hominum nostrorum constitutus, allodium suum, hereditatem et omnia bona tam mobilia quam immobilia, que habebat et tenebat in comitatu de Dalehem, libere et absolute contulit domui fratrum Theutonicorum in perpetuam elemosinam possidenda. Preterea quicquid iuris in predictis bonis habebamus, ob salutem animarum nostrarum et predecessorum nostrorum eidem domui contulimus, dictam collationem ratam et stabilem presenti scripto approbantes. Huius autem collationis testes sunt Arnoldus comes de Los, H. de Attenhoven, magister Daniel, Gerardus de Yska dapifer noster et alii quamplures. In cuius eciam rei testimonium presentem paginam munimine nostri sigilli et predicti comitis de Los duximus sigillandam. Datum Lovanii, in crastino nativitatis beati Johannis bapt., anno domini ducentesimo quadragesimo secundo.

59. Adolph ritter von Bongart und Clementia seine ehegemaehlin vereinigen sich mit dem deutschen haus zu Cöln dahin, dass sie ihre ansprüche an die güter Gerard's, weiland vogts zu Sürdt, die dieser vom Georgstift zu lehen hatte, aufgeben, vom ordenshaus zwanzig mark und die Rheimühle zu Sürdt erhalten, dagegen diesem einen mansus daselbst abtreten, dessen lehnsverpflichtung

der orden vom Georgstift abzulösen übernimmt und so lange dies nicht geschehen, iährlich vier schillinge zahlen soll. 1243.

Noverint universi tam presentes quam futuri, quod super questione bonorum Gerardi, quondam advocati in Sorden, et uxoris sue Gude ac Henrici filii eorum, que ab ecclesia beati Georgii in Colonia habebant, quam Adolfus miles de Bungarden magistro et fratribus domus Theutonice in Colonia moverat, de consensu et voluntate partium talis inter ipsos compositio intercessit, videlicet quod idem Adolfus et uxor eius Clementia pro se, liberis, ac heredibus eorum super omnibus bonis, que supradicti Gerardus et uxor eius ac eorum filius tam in Sorden quam Wise villis aut alias ubicunque sitis a predicta ecclesia beati Georgii habebant, penitus effestucaverunt. Dederunt vero predicti fratres memoratis A. et uxori eius xx. marcas Colon. et molendinum apud Sorden in Reno situm, pro eo videlicet quod mansum unum situm ibidem, quem a preposito sancti Georgii iure feodali tenebant, predictis fratribus libere demiserunt, salvo homagio eorundem, dicto preposito iam facto vel ab heredibus adhuc faciendo; ita tamen quod singulis annis in festo sancti Martini de dicto manso eisdent A. et C. vel eorum heredibus III. sol. Colon. pro omni iure tam diu solvere tenebuntur, quoisque predicti fratres a sepedita ecclesia beati Georgii et preposito ipsum homagium emerint vel alio modo sibi acquisierint. Tunc enim sepeditis A. et C. aut eorum heredibus quinque marcas dare tenebuntur et mansum ipsum libere et sine aliqua solutione III. solidorum vel alterius oneris libere perpetuo possidebunt. Si autem dictum mansum ad heredes predictorum A. et C. devolvi contingat, predicti fratres ab omni onere, quod vulgariter curmeide dicitur, liberi permanebunt omnino et absoluti. Ne igitur super premissis aliqua in posterum oriatur dubitatio vel emergat questio, hec que predicta sunt fide data et iuramento corporali interposito hinc inde partes se observaturos promiserunt, et petiverunt ea domini nostri Coloniensis archiepiscopi Conradi, capituli sancti Georgii, domini duces de Limburg et domini A., primogeniti sui, ac magistri predicte domus Theutonice sigillis in testimonium et firmitatem communiri, Actum anno domini M.CC.XLIII; presentibus Adolfo

de Sthamheim et Adolfo, filio eius, et Adolfo advocato castri, Engilberto de Budilberg, Adolfo de Steinbuchele, Adolfo de Vlittert, Gerardo de Belle Gerard de Zudindorp, Theoderico dicto de Roma, Herimanno Scherfgino et quibusdam aliis.

60. Conrad erzbischof von Cöln beurkundet, dass Sibert von Dülken und Gisela seine eheliche gattin, ihre früheren verfügungen widerrufend, ihre hofstätte im broich, das von ihnen bewohnte haus in Neuss und ihre andern genannten güter und renten für ein von ihnen zu erbauen-des [bald hernach dem deutschen orden übergegenes] armenspital bestimmt haben. Cöln, 1244 ian. 4.

Conradus dei gratia sancte Coloniensis ecclesie minister, Italie archicancellarius. Omnibus hanc cartam inspecturis in perpetuum. Notum sit tam presentibus quam futuris, quod Sibertus de Dulkene et uxor sua legitima Gisela in hoc consenserunt, quod omnem ordinationem de rebus suis mobilibus sive immobilibus factam, sive in archivum publicum Nussie redactam sive non, revocantes et adnichilantes, de bonis omnibus mobilibus et immobilibus infra oppidum Nussiense et extra habitis et habendis ita ordinaverunt, quod libere utantur eis quamdui vivunt et hospitale ad usus pauperum Nussie construere debeant; cui deputaverunt et donaverunt post mortem utriusque aream in palude cum superficie et omnes agros quos emerunt erga Henricum quandam scoltetum Nussiensem et Gerbernen uxorem suam, et omnes agros quos habent in parrochia Quinheim sive in Hammo, sive sint censuales sive allodium, item decimam XIII. iugerum in campo Nussie, et decimam in Uphoven totaliter, quas tenent in feodo ab ecclesia Nussiensi, item domum et aream quas inhabitant, ut attineant hospitali construendo, vel sint hospitale si aliud non construxerint; cum autem alter eorum decesserit, superstes bonis relictis libere utatur mobilibus et immobilibus, et si est maritus, uxori alicui dare ea non possit, si uxor, nec ipsa alii marito, nec alter superstes cognatis vel amicis vel aliquibus alienis nisi ob honorem dei et intuitu elemosine. Et si idem superstes intestatus decesserit et bona mobilia sive immobilia reliquerit, de quibus ordinatio nulla facta fuerit, omnia cedent ad usus hospitalis predicti et ad usus pauperum. Si autem predicti maritus et uxor prolem genuerint,

domus supradicta ipsius prolis erit; ita tamen quod si ipsa proles sine liberis vel linea descendenti decesserit, ad hospitale domus predicta revertatur. Acta sunt hec coram scolteto Lupo et scabinis Nussien., Hermanno de Busche, Sifrido et fratre suo Theoderico, Daniele et fratre suo Hermanno, Hermanno Plue; et confirmata coram aliis scabinis; anno domini M.CC.XL. secundo; confirmatione etiam facta super hiis a prefato scolteto per bannum auctoritate nostra secundum consuetudinem iud. Nussien. factum. Testes etiam interfuerunt Ludolfus prepositus de Cappella, Henricus et Leo sacerdotes ibidem, Simon et Hermannus canonici Nussienses, Sibertus et Philippus sacerdotes, Henricus notarius civium, Jacobus Clinkart et frater suus Hermannus, Conradus de Reide, Leonis, Godefridus Rex de Kothusen, frater Nicolaus et frater Conradus sacerdotes de ordine fratrum minorum in Nussia. In huius rei testimonium et firmatatem presens carta inde conscripta nostri et priorum Colon. et prefati villici nostri Luperti est sigillorum appensione communia. Datum Colonie, anno domini M.CC.XL. tercio, in octava Innocentum.

61. Pabst Innocenz IV. bestätigt die anordnungen der deutsch-ordensmeister Hermann und Conrad in betreff der beim hospital zu Marburg fungirenden priester diaconen subdiaconen und acolythen. Im Lateran, 1244 febr. 28.

Innocentius episcopus etc. dilectis filiis magistro et fratribus hospitalis sancte Marie Theutonicorum Jerosolymit. salutem etc. Cum a nobis petitur etc. ad debitum perducatur effectum. Exhibita siquidem nobis vestra petitio continebat quod bone memorie Conradus magister vester antequam habitum vestre religionis assumeret, tunc lantgravius Thuringie, pie desiderans ut hospitale vestrum de Marpurch Moguntinensis diocesis ad honorem dei et gloriose Marie virginis ac beate Elisabeth decentem haberet numerum clericorum, de bonis propriis eidem hospitali suffidentes possessiones et redditus assignavit ex quibus septem presbyteri duo diaconi et duo subdiaconi ac duo acolythi ibidem domino servituri perpetuo possent congrue sustentari. Processu vero temporis bone memorie frater Hermannus magister vester ac dictus Conradus successor eiusdem ut

in hospitali prefato idem perpetuo habeatur ministrorum numerus statuerunt, sicut in eorum litteris confectis exinde plenius dicitur contineri; quod apostolico petivitis munimine roborari. Nos igitur numerum ipsum sicut est salubriter institutus auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino etc. Datum Lateran., III. kal. mart., pontificatus nostri anno primo.

62. Arnulph graf von Looz und Chiny beurkundet dass Daniel von Furen sein lehen in Milen, bestehend aus fünfunddreissig bonnaren land sechs mark und fünfzehn kapäunen jährlicher gefälle, sodann seine hüfener und die welche ihm kopfzins schuldig waren, dem deutschen haus zu Biesen geschenkt hat; erlässt zugleich den lehnsverband und erklärt iene leute frei von handgewinnung bede steuern, mit vorbehalt der comitatsrechte nämlich der heeresfolge des glockenschlags und der gerichtsbarkeit. 1244 april 6.

Arnulphus comes de Los et de Chisni universis presentes litteras inspecturis salutem in vero salutari. Notum vobis facimus, quod nobilis vir dominus Daniel de Foron feodum suum quod de nobis tenebat in villa de Melin in terris denariis et caponibus, videlicet trigenta et quinque bonnaria terre vel circiter et circa sex marcas Leodienses et quindecim capones anni redditus, item mansionarios et alios homines servilis conditionis et illos eciam homines qui dicto Danieli debebant capitagia in dicta villa de Melin manentes, dictus D. ad opus et utilitatem domus Theutonicorum de Junccis libere et absolute in manus nostras resignavit; et nos ob remissionem peccatorum nostrorum dictum feodum cum suis prescriptis attinenciis dicte domui de Junccis concessimus et contulimus in perpetuum ab eadem domo allodialiter possidendum. Insuper homines mansionarios et alios prescriptos quos dictus Daniel in dicta villa de Melin habebat, ab omni relevio precationibus talliis exactionibus indebitis absolvimus et dicte domui hec quitavimus; hiis exceptis, quod nobis et nostris heredibus reservavimus in dictis hominibus eiusdem ville iura comitatus, videlicet expeditiones et exercitus nostros et sonum campane et totas iusticias altas et civiles. Item reservavimus nobis, quod si qui homines nostri

cuiuscunque essent conditionis vel homines extranei vel de nostris advocaciis in terris prenotati feodi, sicut premissum est facti allodii, manerent vel in posterum venirent mansuri, nostro dominio et potestati nostre in omnibus subiicerentur. In quorum premissorum testimonium sigillum nostrum fecimus presentibus litteris appendi. Actum et datum anno domini M.CC.XL. quarto, feria quarta post resurrectionem domini, mense aprili.

63. Conrad erzbischof von Cöln befreit die hausstätte worauf Sibert von Dülken bürger zu Neuss und Gisela seine ehegattin das [hernach dem deutschen orden übergebene] armenspital erbauen lassen von allen zinsen und abgaben. Neuss, 1244 iuli 22.

Conradus dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, omnibus presentes litteras inspecturis tam presentibus quam futuris salutem in domino. Devotionis puritatem, quam dilecti et fideles nostri Sibertus de Dulkene civis Nussiensis et Gisla eius uxor habent in edificatione hospitalis in opido Nussensi pro recipiendis ibidem pauperibus, dignis in domino laudibus commendantes, pium eorum propositum speciali prosequimur gratia et favore ac ad consequendum tam boni propositi effectum eis quantum potuerimus curabimus promotionis gratiam impertiri. De fidelium igitur nostrorum consilio, accidente ad hoc priorum nostrorum et capituli Coloniensis assensu, aream in qua idem edificatur hospitale exnunc inantea ab omni census solutione petitione et exactionis onere perpetuo exemptam esse volumus et liberam permanere; renuntiantes nostro et ecclesie nostre nomine homagio, quod debebatur nobis et ecclesie nostre de eadem et quod fecerant nobis et servabant Herimannus de Homburg et Berta uxor eius, a quibus prefati Sibertus et uxor eius ipsam aream ad tam pios usus compararunt et emerunt. Ut autem super predictis non possit suboriri dubietatis scrupulum in futurum ac ut a nobis aut nostris successoribus inviolabiliter obseruentur, presentes litteras conscribi et nostro ac capituli Coloniensis sigillis fecimus communiri. Actum et datum Nussie, anno domini millesimo ducentesimo quadragesimo quarto, in die beate Marie Magdalene, pontificatus nostri anno septimo.

64. Conrad erzbischof von Cöln beurkundet, dass Sibert von Dülken und Gisela bürger zu Neuss die leitung und verwaltung des von ihnen neugegründeten und dotirten spitals den deutschordensbrüdern übergeben haben, mit der verpflichtung alle dazu bestimmten einkünfte ungeschmälerlt für dasselbe und nicht für die ordensbrüder ienseits des meeres zu verwenden, 1245 iuni.

Cunradus dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius, omnibus hoc scriptum inspecturis salutem in domino sempiternam. Cum sit humana conditio labilis et inconstans, que geruntur in tempore ne labantur cum tempore, decrevit ea prudentum industria scriptorum testimonio perhennari. Noverint igitur universi tam presentes quam futuri quod fideles et dilecti nostri Sybertus de Dulken et Gysla cives Nussienses domum quandam hospitalem in civitate Nussensi pro salute animarum suarum et parentum suorum de novella plantatione fundaverunt, et redditus quosdam videlicet curtes cum suis proventibus de patrimonio suo eidem domui libere contulerunt in subsidium et consolationem pauperum inibi recipiendorum. Ad cuius domus conservationem et tutelam predicti S. et Gysla dilectos in Christo fratres domus Teutonice statuerunt rectores et provisores; tali conditione interposita, ut ipsi de dicte domus proventibus ab eis collatis vel in posterum conferendis nichil diminuant nec ad usus fratrum transmarinorum convertant; sed eosdem proventus conservent et de eisdem ordinent et disponant prout utilitati dicte domus et pauperum in ea recipiendorum visum fuerit expedire. Nulli ergo hominum liceat presentem paginam tam pie ordinationis infringere aut ei ausu temerario contraire; quod qui attemptare presumpserint indignationem dei omnipotentis et beatorum apostolorum Petri et Pauli latamque a nobis excommunicationis sententiam se neverint incurrisse. Ut autem tam pia ordinatio debite robur obtineat firmatis, ad petitionem preditorum S. et G. presentem paginam conscribi et nostro sigillo fecimus communiri. Datum anno domini M.CC.XL. quinto, mense iunii.

65. Hermann von Busche und die andern genannten schöff'en von Neuss beurkunden dass Sibert von Dülken bürger

zu Neuss und Gisela seine eheliche hausfrau in ihrer stadt ein spital gegründet und dotirt, dass sie dessen leitung und verwaltung den deutschordensbrüdern übergeben haben unter der bedingung nach ihrem tode dessen einkünfte ungeschmälert zu lassen und nicht für die ordensbrüder ienseits des meeres zu verwenden, und dass die erben und verwandten der stifter diese verfüzung nicht umstossen können. 1245 august.

In nomine domini amen. Nos scabini Nussienses Hermannus de Busche, Sifridus et frater suus Theodericus, Daniel et frater suus Hermannus, Theodericus Longus et filius suus Petrus, Hermannus Plocko, Jacobus, Otto, presenti scripto protestamur et universis tam posteris quam presentibus notum esse volumus, quod Sibertus de Dulken civis Nussiensis et uxor sua legitima Gisla domum quandam hospitalem in civitate Nussensi pro salute animarum suarum et parentum suorum de novella plantatione fundaverunt, et redditus quosdam videlicet curtes cum suis proventibus, res mobiles vel immobiles infra muros Nussienses vel extra, de patrimonio suo eidem domui libere contulerunt in subsidium et consolationem pauperum inibi recipiendorum. Ad eius domus conservationem et tutelam predicti S. et G. dilectos in Christo fratres milicie domus Theutonice statuerunt rectores et provisores; tali conditione interposita, ut ipsi post obitum antedicti S. et uxoris sue G. de dicte domus proventibus ab eis collatis vel in posterum conferendis nichil diminuant nec ad usus fratrum transmarinorum convertant, sed eosdem proventus conservent et de eisdem ordinent et disponant prout utilitati dicte domus et pauperum in ea recipiendorum visum fuerit expedire. Protestamur etiam, heredes et consanguineos predictorum S. et G. non posse hanc ordinationem infringere nec contradicere nec aliquam in posterum super hac posse movere actionem. Protestamur etiam, secundum ius civitatis Nussiensis super hac ordinatione testimonium accepisse. Testes etiam huius rei sunt fratres domus Theutonice ultra mare, magister Alimannie, item magister Bertolphus de Dannenrode, Wiricus de Burlestorp, Godefridus, Heinricus presbiter de Rore, Ortwinus, Petrus de Nussia, fratres domus Theutonice; item Ludewicus de Randenrode, Th. de Erperode, Th. de Marendunc, Willhelmus de Hunebrug, Gerardus de Wivelenchoven,

Ludolfus de Dicke, Gerardus de Linne, viri nobiles. Ut autem hec ordinatio debite robur obtineat firmitatis, presentem paginam sigillo opidi Nussiensis fecimus communiri. Actum anno domini millesimo ducentesimo quadragesimo quinto, mense augusti.

66. L genannt Domicella und Demudis seine ehefrau verpfänden dem deutschen haus zu Trier für hundertzwanzig talente ihre beiden aneinander stossenden häuser in der Brotgasse mit dem dazwischen liegenden hof und ausserdem drei weingärten. 1245 aug. 9.

Ego L dictus Domicella et Demudis uxor mea notum facimus universis presentem litteram inspecturis, quod nos pari consensu et bona voluntate fratribus domus Theutonice Treverensis pignori obligavimus pro c. et xx. talentis domos nostras duas contiguas cum curia intraiacente in Brotgacen et vineam in loco qui dicitur Schibe et alteram vineam ante locum predictum et terciam vineam que sita est in Trimelet, tali condicione quod si in proximo festo beati Johannis baptiste ipso die Johannis vel ante non dedimus eis c. et xx. talents Treverensis monete, fratres predicti bona prefata iure perpetuo possidebunt, eo tamen iure quo iam dicti L. et uxor sua bona eadem possederunt. Ut autem hoc factum ratum et inconvulsum permaneat, presentem paginam fecimus sigillo civitatis firmiter roborari. Testes huius facti sunt scabini Treverenses Ordolfus, Waltherus, Trestandus, Heinricus, Wernherus, Heinricus, Bauwarus, Bonifacius, Arnoldus, Richardus de palatio et Theodericus de ponte. Acta sunt hec anno domini M.CC.XLV., in vigilia sancti Laurentii, in domo fratrum predictorum in Treverensi civitate.

67. Pabst Innocenz IV. bestätigt die dem deutschen orden übertragene verwaltung des von den eheleuten Sibert und Gisela zu Neuss gegründeten und dotirten spitals. Lyon, 1245 sept. 27.

Innocentius episcopus etc. Dilectis filiis magistro et fratribus hospitalis sancte Marie Theutonicorum salutem etc. Cum a nobis petitur etc. ad debitum perducatur effectum. Exhibita siquidem nobis vestra petitio continebat, quod cum Sibertus laicus Nussiensis et Gisla uxor eius, Coloniensis diocesis, in fundo proprio quandam domum ad hospitalitatem servandam contruxe-

rint et dotarint de bonis propriis intuitu pietatis, ipsam ut virorum religiosorum presidio in perpetuum foveretur, de consensu venerabilis fratris nostri ... archiepiscopi Coloniensis vestro regimini deliberatione provida commiserunt, prout in litteris inde confectis plenius dicitur contineri. Nos igitur vestris supplicationibus inclinati, quod super hoc provide factum est, ratum habentes et firmum, id auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino etc. se noverit incursum. Datum Lugduni, v. kal. octobr., pontificatus nostri anno tertio.

68. Heinrich ein priester übergibt dem deutschen hause zu Saarburg sein allod und erbe in den kirchspielen Alt-dorf und Höve und schenkt ihm auf seinen todesfall all sein übriges vermögen insoweit er nicht in andrer weise darüber verfügt haben werde. 1245 sept.

Quod gerendum inspirat homini divina ratio, sic debet fieri ratum et stabile ne possit imposterum processu temporis improborum calumpnia revocari. Universa namque negotia que traduntur et voci testium et memorie litterarum volunt perpetuo permanere; a presentis enim vite curriculo demigrant homines et vivit littera et per eam vivunt diutius actiones. Sciant igitur qui presentem paginam viderint, quod ego Henricus sacerdos pro meorum remissione peccaminum et parentum meorum dedi et assignavi omne allodium meum una cum hereditate mea, situm partim in parochia de Altorf et partim in parochia de Hove, videlicet viginti quinque iugera frugifera et duas falkatas prati quod vulgariter dicitur due denariate prati in banno de Altorf, et quinque iugera frugifera in banno de Hove, et domum sitam infra muros de Sarburch una cum area, sine omni contradictione, hospitali in Sarburch, quod pertinet ad domum Theutonicorum, pacifice et quiete perpetuo possidendum et habendum. Promiserunt etiam commendator et fratres eiusdem hospitalis, mihi exhibere necessaria si exigente necessitate me contigerit cum eis in domo eorum commorari. Insuper assignavi eidem hospitali omnia que post mortem meam reliquero et que residua mihi fuerint, que non alias pro remedio anime mee deputavero. Verum et ut hoc donum meum firmamentum maius habeat, feci in tes-

timonium rei geste presentem paginam sigilli domini Eberhardi commendatoris provincialis domus Theutonicorum et sigilli universitatis civium de Sarburch necnon et sigilli domini Andree archipresbiteri eiusdem loci munimine roborari. Actum anno domini M.CC.XL. quinto, mense septembri.

69. Bertran von Wolmerenges erhält vom deutschen haus zu Metz den von iedem haus in Maimberfontaine zu beziehenden iährlichen erbzins von zwölf pfenningen nebst dem dortigen gemeindebackofen, die sein vater Lowis dem orden geschenkt hatte, und gibt ihm dafür in tausch eine iährliche rente von sechzig schilling nebst andern einkünften und berechtigungen. 1245 dec. 13.

Conue chose soit a toz, ke messire Bertranz de Wolmerenges at fait eschainge as freres de lospital des Alemans de Mesz des XII. den., qil avoient de chascune maison de Mainberfontaine, et dou four bannal, ke messire Lowis de Wolmerenges li peres mon segnor Bertran lor avoit donei en aumone, por LX. s. de Met. de cens, ke messire Bertrans lor doit asseoir dedanz Mesz p. dit de prodromes. Les LX. s. devant diz lor doit on aporter chascan lo ior de feste saint Martin en lor maison a Mesz. Et por les LX. s. devant diz les at messire Bertranz assignez as II. molins de Wolmeranges por lo crante de Lowic son frere, et si les en at fait saisiz et tenanz por les LX. s. Et li muniers en doit faire seurtez au comandor de lor maison de Mesz. Et si les en at encore assignez a tot lalvet, qil at a saint Marc devant Marsal. Et qant il lor aurat assis les LX. s. devant diz a Mesz, li du molin et li alvez devant dit seront quite. Apres est a savoir, que li frere de lospital de Mesz et de lor autres maisons ne puient dorenavant aquaster ne panre en aumone nul heritage a Mainberfontaine ne en lappandise, ki soit en la iustice mon segnor Bertrans, se par lui no font. Et si est a savoir, ke lor cort et lor manandie de Mainberfontaine et lor preiz et lor chans et lor boye et lor molin et lor estanc doient il tenir franchement en aumone, ke messire Bertrans ne autre ni doient faire force. Et sil avenoit, que nus i feist force, li amande seroit mon segnor Bertran por sa iustice. Et messire Bertrans doit as freres devant diz I. mui de vin a mostage de sa vigne a Wolmerenges, a paier ou cours

de vandanges chascan. Apres est a savoir, ke messire Bertranz lor octroie la comune pasture ou ban de Mainberfontaine a oes lor bestes. Apres est encor a savoir, ke laumone devant dite donat messire Lowis de Wolmerenges a lospital des Alemanz por lo crante de ses II. filz devant nommeiz. Et se li frere devant dit avoient de ceste aumone lettres ne escriz, qui fussent devantermes de cestes, eles seroient quasseies et si ne porteroient point de force. Ne li frere devant dit ne puient mettre iusticier nul qui soit en ceste aumone devant ditte, autre que la mon segnor Bertran arreis la iustice lapostole. Et por ceu que ceu soit ferme chose et estable, sont ces lettres saieleies dou sailer frere Aurart, lou commandor de lor ordre en Loherenne, et dou sailer mon segnor Bertran por lo crante de frere Arnout lor prest et de frere Rou de Guerenberc et de frere Jehan Liebouin et de frere Tieri de Luceleborc et de frere Wiart de Mesz et de toz les autres freres de Mesz et de Lowis lo devant dit. Et ces lettres furent faites lo ior de feste sainte Lucie, kant li miliaires corroit par M. et CC. et XLV. anz.

70. Ludolph bischof von Münster beurkundet dass ritter Heinrich von Emsbrock eine zwischen dem graben und dem mühlwasser am Biscopinghof gelegene wiese nebst der fischerei daselbst den deutschordensbrüdern verkauft und dass er selbst ihnen ein dort liegendes plätzchen übergeben, wofür sie ihm auf Martini iährlich drei schilling zu entrichten haben. 1245.

In nomine domini amen. Ludolphus dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus notum facimus in perpetuum. Quoniam breves et mali dies sunt, adinvenerunt nostri antecessores ut quicquid inter presentes memoria dignum geritur ad notitiam posteriorum nostrorum litterarum testimonio transferatur. Ea propter notum esse volumus presentibus pariter et futuris quod Hinricus miles de Emesbroke ministerialis ecclesie nostre pratum, quod erat infra civitatem Monasteriensem inter fossatum et aquas molendini nostri Biscopinghove situm, et punctionem predicto prato annexam, quantum pertinuit ad ipsum, fratribus domus Theutonice pro numerata ab ipsis pecunia de consensu et compromissione suorum heredum vendidit et venditionem huius prati et punctionis coram nobis in presentia multorum

publice recognovit. Que heredibus suis consentientibus beate Marie et dicte domui iure proprietatis coram nobis possidenda perpetuo contradidit et habenda; matre sua prius renuntiante omnibus iuribus et iuri quod in eodem prato et etiam piscatione videbatur habere. Huius vero sue matris donationem a predicto milite voce et manu coram nobis rationabiliter factam, una cum Wilhelmo maiore preposito, Wilhelmo Ruzen, Godefrido de Elen, Alberto dapifero nostro, et duobus fratribus domus Theutonice, videlicet Friderico de Horst et Everwino tunc provisore domus Wehlingthorpe, coadunata manu recepimus ad laudem et honorem beate virginis pro fratribus sepedicte domus.

Eidem etiam domui, capitulo consentiente, particulam quandam adjacentem, que attinebat curti nostre Biscopinghove, sub pensione trium solidorum [contulimus] possidendam in perpetuum; et hii tres solidi, sicut in littera concessionis satis est expressum, dicte curti nostre semper solventur die Martini. Igitur ut premissa permaneant in evum stabilia et ea infirmare non possit posteritas successiva, ad maiorem firmitudinem de ipsis habendam presentem paginam conscribi fecimus nostro et ecclesie nostre sigillis communitam. Acta sunt hec anno domini M.CC.XLV., coram prelatis et canonicis ecclesie nostre Wilhelmo maiore preposito, ... maiore decano, preposito Gerlacho, Bernardo vicedominio, Johanne Werence, .... tunc cellarario, Gerhardo de Lon et magistro Frederico et aliis de capitulo nostro; Wilhelmo Ruzen, Wilhelmo de Isenberg, Godefrido burgravio de Regethe et Hinrico filio suo, Alberto dapifero nostro, Bertrammo iudice Monasterensi, Lamberto de Vrekenhorst, Gerhardo magistro coquine nostre, Crahtone de Sendene, Themmone de Bernen, Nycholao et Ludolfo de Steinvorde fratribus, Hinrico Alebrandinc, Hinrico Gerbod.., Gerhardo de Rene, Wicboldo fratre Godefridi Ud...g, Leone villico nostro et aliis quampluribus.

71. Diederich edler herr von Falkenburg entlässt die achtzehn bonnare land die Gerhard von Printhalgen dem deutschen haus zu Biesen geschenkt, desgleichen alle güter, welche die verwittwete edelfrau von Beeck und ihre söhne dem orden übergeben haben, von allen lehnsverpflichtungen. 1246 märz.

Theodericus nobilis vir dominus de Falkenborg omnibus

presentis page inspectibus salutem et scire veritatem. Ne labantur a memoria hominum que in tempore geruntur, scripture durabilis testimonio roborantur. Ad noticiam igitur tam presencium quam futurorum volumus pervenire, quod nos pro remedio anime nostre et nostrorum parentum decem et octo bona  
nuaria terre quam frater Gerardus de Prenthagen tenebat a nobili viro Godefrido milite dicto de Werst et quam fratribus domus sancte Marie Teuthon. in Juncis in elemosinam contulit et que terra a nobis descendebat, nos allodiavimus et pro allo-  
dio fratribus sepedicte domus contulimus liberaliter ab eis in-  
perpetuum possidenda. Preterea omnia bona illa que nobilis matrona relecta domini Willelmi advocati de Beke et sui filii scilicet Er[infrij]dus et Willelmus a viris nobilibus Godefrido milite dicto de Rode, Hermanno milite de Lymborg, Alexandro milite de Schenns tenuerunt et fratribus prefatis in elemosinam contulerunt, que bona a nobis descendebant: nos fratribus eisdem in allodium contulimus, renunciantes ad opus fratrum iam dictorum omni iuri quod nobis competenterat in bonis premissis. Insuper omne ius sive dominium quod habebamus vel habere videbamur in omnibus bonis illis, que predicta nobilis matrona et advocatissa et sui liberi predicti fratribus dictis in elemosinam contulerunt, scilicet tres mansos terre et dimidium vel circa, que bona descendebant ab ecclesia sancti Remigii in Mersene, cuius ecclesie et bonorum ipsius advocatia ad nos dinoscitur per-  
tinere, liberaliter et de mera voluntate nostra remisimus et fratribus dicto domus contulimus pacifice perpetuo possidenda; effes-  
tucantes precise et renuntiantes omni iuri quod nobis et heredibus nostris competere posset super eisdem bonis aliquando ad opus fratrum domus memorare; iurisdictionem tamen in eisdem bonis scilicet mansis tribus terre et dimidio, ab ecclesia sancti Remigii de Mersene ut dictum est descendentiis, nobis reservantes sicut alias in terra nostra tenemus; ita tamen quod nec exactiones nec angarias in eis habere debemus. Preterea cum inter predicta bona a dicta matrona et suis liberis fratribus collata unum sit molendinum super Glenam situm et Willelmus filius advocatisse predicte de quibusdam hominibus homo noster fuit qui ratione ipsius homagii ad illud molendi-  
num molere tenebantur, nos a predicto homagio fratres prefate

domus qui in eisdem bonis et in eodem iure dicto W. successerunt cum ipso W. absolvimus et dimittimus absolutos; ita quod homines illi, qui ad ipsum molendinum molere tenebantur, nec per nos nec per fratres artabuntur quod molant ibidem, sed liberum sit eis molere ubicunque melius tractabuntur. Huic siquidem collationi interfuerunt viri ydonei, quorum nomina: vir venerabilis avunculus noster dominus Otto, prepositus Aquensis et Traiectensis; Engelbertus frater noster, canonicus Traiectensis; et de hominibus nostris dominus Alardus de Hafkesdale, dominus Goswinus dictus Dujkere, milites, Henricus dictus de Birkelar advocatus et alii quam plures. In cuius facti robur et testimonium presentem cartulam fratribus domus sepedicte contulimus sigilli nostri, sigillorum venerabilis avunculi mei prepositi et E. fratris nostri predictorum munimine roboratam. Actum et datum anno domini M.CC. quadragesimo sexto, mense marcio.

72. Diederich edler herr von Falkenburg entlässt gegen einen zins von zwölf denaren die vom deutschen haus zu Biesen angekauften, im kirchspiel Althouselt gelegenen sechs- und vierzig bonnare [morgen] ackerland aus dem lehnsverband. 1246 märz.

Theodericus nobilis vir de Falkenborg omnibus presentis pagine inspectoribus. Ne labantur cum tempore que geruntur in tempore, scripture testimonio debent perhennari. Eapropter neverint tam presentes quam futuri presens scriptum inspecturi, quod cum fratres domus sancte Marie Teuthonicorum in Juncis comparassent quadraginta sex bonuaria vel circa terre arabilis, site in parochia de Athuselt, que a nobis descendebat, nos pro remedio anime nostre ac nostrorum antecessorum dictam terram fratribus dicte domus contulimus hereditarie a nobis ipsis et a nostris heredibus imperpetuum possidenda; hoc adiecto, quod fratres iam dicti de eadem terra singulis annis nobis in festo sancti Remigii duodecim denarios Leodienses nomine census persolvent. Huic siquidem collationi interfuerunt testes ydonei quorum nomina subsequuntur; videlicet venerabilis vir avunculus noster dominus Otto, Aquensis et Traiectensis prepositus; Engelbertus frater noster, canonicus Traiectensis; et de hominibus

nostris, scilicet dominus Alardus de Hafkesdale et dominus Goswinus dictus Dukere, milites; et Henricus dictus de Birkelar noster advocatus et alii quamplures. In cuius facti robur et testimonium nos presentes litteras prefate domui de Juncis contulimus, sigilli nostri munimine roboratas. Nos vero Otto, Aquensis et Traiectensis prepositus, Engelbertus de Falkenborg canonicus Traiectensis, Alardus de Hafkesdale, Goswinus dictus Dukere, milites supranotati, ad petitionem fratrum domus memorare sigilla nostra presenti scripto apposuimus. Actum et datum anno domini M.CC. qnadragesimo sexto, mense marcio.

73. Cono genannt von Rulant und seine ehefrau übergeben dem schöffen Karl zu Trier [rechtsvorgänger des deutschen hauses] ihre erbgüter zu Wilre auf der höhe. 1246 april.

Cono dictus de Rulant et .. uxor eius. Notum facimus universis presens scriptum visuris quod nos allodium et bona nostra, si qua hereditario iure nos in villa Wilre supra montem contingant, Karolo scabino Treverensi et suis heredibus de bona voluntate nostra tradidimus sub testimonio scabinorum Treverensium libere ac pacifice perpetuo possidenda. Et ne quis in posterum prefatos Karolum et suos heredes supra premissa donatione ausu temerario indebita presumat molestare, litteras presentes ipsis tradidimus sigillo civitatis Treverensis roboratas. Datum anno domini M.CC.XLVI, mense aprili.

74. Die klostergemeinde der minoriten zu Coblenz beurkundet dass Reyner von Lützelcoblenz einen [später dem deutschen haus zu Coblenz gehörigen] dem kloster in Walkenried zu entrichtenden geldzins zum bau des minoritenklosters übergeben habe. Coblenz, 1246 august 11.

Universis Christi fidelibus presentem litteram inspecturis. Gardianus totusque conventus minorum fratrum in Confluentia salutem et orationes in Christo devotas. Notum vobis esse cumpimus quod Reynerus de Confluentia minori pecuniam quandam dedit ad edificia fratrum nostrorum in Confluentia tali modo, si abbas et conventus monachorum de Welkenrode quibus eandem pecuniam tenebatur tradere consentirent. Super quo ad predicti loci abbatem et conventum nuntium et litteras nostras

transmisimus, rogantes ut intuitu dei et nostrarum orationum prenominatam pecuniam nostris vellent edificiis assignare. Qui moti super nos visceribus pietatis petitionem nostram misericorditer admiserunt. Et dominus abbas per nuntium nostrum predicto Reynero rescripts litteram suo sigillo sigillatam quod preces nostre per omnia essent exaudite. Quam litteram idem Reynerus in ecclesia domine nostre in Confluentia publice coram multis astantibus legi sibi fecit et exponi. Igitur ne in posterum ex huius obliuione processus de prehabita pecunia sepedictus R. dampnum aliquod possit incurrire vel gravamen, ad ipsius petitionem presentem sedulam sibi tradidimus sigilli nostri munimine roboratam. Datum Confluentie, anno dominice incarnationis M.CC.XXXVI., III. idus Augusti.

75. Agnes gräfin von Bliescastel schenkt für ihr und ihres mannes seelenheil dem deutschen haus zu Trier dreihundert Metzer pfund, den iährlichen zins von dreissig pfund auf lebenszeit sich vorbehaltend, wovon ihr fünfzehn auf sankt Johann Baptist und fünfzehn auf weihnachten gezahlt werden müssen. 1246 sept. 9.

In nomine domini amen. Ne sicut labitur tempus ea que fiunt in tempore labantur cum tempore remedio subveniendum est competenti. Ego Agnes quondam comitissa de Castal notum facio universis presens scriptum inspecturis, quod ego pro remedio anime mee neonon et dilecti mariti mei H., quondam comitis de Castal, contuli fratribus domus Teutonicae in Treveri constitutis trecentas libras Meten. sub tali conditione, ut annuatim trincta libras Treveren. legalium duabus vicibus de bonis suis in Treveri sitis, videlicet de bonis, que frater Bartolomeus eis contulit ibidem, [in] confratrem receptus, et de bonis Ludewici dicti Puella et de bonis Arnoldi canonici sancti Symeonis, de bonis fratris Petri de ponte et matris sue Walburgis, et de dimidietate domus in platea sancti Symeonis site, quam frater Wilhelmus contulit eisdem, et de censu domus que fuit Jacobi, in platea pontis site, in festo sancti Johannis baptiste xv. libras et in nativitate domini xv. libras michi persolvant; et si qua bona in Treveri amplius dicti fratres comparaverint, secundum estimacionem domini Richardi de Palatio et domini Nicholai de Luzellenbach ad plenitudinem ditorum bonorum

cedere permittant. Si vero prefati fratres vel ipsorum successores conditionem talem infringere presumpserint, ego in prescriptis bonis trecentas libras recipiam vel iidem fratres de aliis bonis suis totidem libras assignare michi tenebuntur. Cum vero me viam universe carnis ingredi contigerit, absque vexatione et calumpnia omnium hominum fratres prenotatas libras xxx. quiete possidebunt. Ut autem huius conditionis factum in irritum a nemine valeat revocari, presens scriptum sigillo venerabilis domini mei archiepiscopi Treverensis necnon et civitatis Treverensis rogavi communiri. Acta sunt hec anno domini M.CC.XL.VI., in crastino nativitatis beate virginis; presentibus viris religiosis et discretis et fide dignis, fratribus predictoribus fratre Cunrado et Godescalco et item Godescalco, fratribus minoribus fratre Waltero de Petra et fratre Cunrado lectore, fratre Everardo... Lothoring., fratre Rudolfo de Grimberch, fratre Henrico de Confluent., fratre Bartholomeo de Treveri, fratre Johanne de Calra, Theoderico de ..., fratre Waltero; et militibus domino Richardo de Palatio et domino Nicholao de Luzellenbach, et plebano de Talvarich et aliis quam pluribus.

76. Mechthild gräfin von Sayn überträgt dem deutschen orden die erhebung der zweihundert mark renten die ihr verstorbener gemahl auf verschiedene güter angewiesen hat um davon seine gläubiger und dieienigen denen er schaden zugefügt hat zu bezahlen; und verordnet, dass nach bezahlung aller schulden die genannten güter dem orden als eigenthum verbleiben. Blankenberg, 1247 ianuar.

Megthildis comitissa Seynensis. Universis has litteras visuris notum esse volo, quod dominus meus et maritus Henricus comes Seynensis pie recordationis dum adhuc viveret ordinavit, quod creditoribus suis universis eisque quibus dampna aliqua aut iniurias irrogavit solveretur, statuens ad hoc de suis bonis annuatim redditus ducentarum marcarum. Quorum reddituum solutioni deputavit bona omnia que emit erga dominum de Doldendorp, item allodium suum quod iacet circa Seyne castrum meum, item bona que habuit apud Rimagen, item bona que habuit apud inferiorem Kassele; sic tamen quod ego eorundem bonorum redditus annuatim colligam dictis creditoribus persol-

vendos vel si voluero religiosis viris committam colligendos. Voluit eciam ut in vita mea disponam dicta bona apud aliquem pium locum in perpetuum permansura pro suorum et meorum peccaminum remissione, solutione tamen debitorum in quantum fieri potest prius facta. Ego igitur, super hiis habito consilio sapientum, commisi fratribus hospitalis sancte Marie Theotonice in Jherusalem dictorum bonorum annuatim redditus colligendos; ita scilicet, quod creditores a me et non ab ipsis sua debita requirent, fratres autem ad mandatum meum solvent creditoribus illis. Ego eciam elegi quatuor meos fideles, qui post mortem meam nomine meo creditoribus respondebunt eisque solvi facient a dictis fratribus mea vice, scilicet Gerardum et Arnoldum fratres et dominos de Rennenberg, Gobelignum de Blankenberg et Renardum dapiferum meum de Hilverode. Postquam vero in tantum facta fuerit solutio debitorum, quod iam nullus comparebit creditor quicquam requirens, volo ut predicta bona cum suis proventibus in perpetuum maneant apud fratres iam dicti hospitalis, pro meorum et dicti mei mariti remissione peccatorum et eorum quibus idem meus maritus debuit quicquam ex quacunque causa et non solvit. Ut autem super hac prefata mea et mariti mei ordinatione in posterum nulla questio ab aliquo oriatur, testes adhibui et rogavi, Aleydim de Spanheim et de Eberstein comitissam, Agnetim de Castris comitissam, quondam mei mariti sorores, Henricum burgravium Coloniensem, Engelbertum filium comitis de Marka, fratrem Gerardum abbatem de Heisterbag, A. dominam de Heinsberg, Gerardum, Arnoldum fratres de Rennenberg, Ludowicum Walpodonem de novo castro meo; item castrenses meos, Gobelignum, Gerlacum fratres de Oitgenbag, Ernestum de Virneburg, Roricum de Gevarzaen, Th. de Geislaer, Ricwinum de Vonfselden, Hermannum de Wintre, Theodericum de Porta, Arnoldum de Hane et ceteros quamplures. Ad maiorem eciam fidem hanc cartam exinde conscriptam sigillo meo et sigillis dictarum comitissarum feci communiri. Nos vero Aleidis de Eberstein et Agnes de Castris comitisse predice considerantes quod frater noster et sua uxor predicti communi manu et consensu de iure poterant facere et disponere sicut est in omnibus suprascriptum, tanquam testes huic carte sigilla nostra fecimus appendi. Acta sunt hec apud

Blankenberg, anno ab incarnatione domini M.CC.XL.VI., mense ianuario.

77. Otto edler von Horstmar und Adelheid seine gemahlin schenken den deutschordensbrüdern das im kirchspiel Senden gelegene gut Huksburg; wobei die brüder Gerhard Ledersack und Friedrich von Horst sie nebst ihrer tochter und ihrem oheim Bernhard von Horstmar aller gebete des ordens sowohl in deutschen landen als auch in Preussen und Livland theilhaftig erklären. 1247 märz 18.

Reverendis in Christo archiepiscopis episcopis abbatibus prelatis monachis et canonicis ac universis Christi fidelibus Otto nobilis vir et Aleydis uxor sua dicti de Horstmaria orationes in domino. Quoniam, ut liquet omnibus, vite presentis status cursu velocissimo transit et omnia luctuoso et fine miserabili terminabuntur, religiosas personas nobis gaudemus attollere, quarum orationibus speramus summi pastoris gratiam optinere. Proinde notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod dominus Wilhelmus dictus Ruthze domum Huckesburg et silvam adiacentem, sitam videlicet in parrochia Senden, a nobis tenebat in feodo; quam domum fratres uterini dicti Duminge sub eiusdem iuris nomine a prefato milite possederunt. Prefati vero Duminge ius, quod habebant in domo memorata, voluntarie in manus dicti militis resignarunt. At ipse miles, quid iuris sui in sepedicta domo fuerat, nobis rehabendum libere porrigebat. Nos igitur moti pietatis misericordia eandem domum cum suis attinentiis et silvam adiacentem dilectis in Christo fratribus domus Teutonicae iure proprietatis possidendam perpetuo contulinus et habendam, ut exinde salutem eterne beatitudinis in tempore opportuno completis omnibus consequamur. Gerardus enim dictus Ledersac cum confratre suo Friderico de Horst, ob tante largitionis nostre gratiam, nos una cum filia nostra et avunculo nostro domino Bernardo dicto de Horstmaria omnium orationum, que apud ipsos tam in hiis partibus fiunt cottidie quam transmarinis Prutie et Livonie, participes statuerunt. Ut autem premissa non infringantur in posterum, presentem paginam sigillorum nostrorum munimine volumus communiri.

Acta sunt hec coram domino L. Monasterensi episcopo, anno domini M.CC.XLVI., xv. kalendas aprilis. Testes fuerunt

domnus Wilhelmus maior prepositus, dominus Wigboldus nobilis de Holthe, Wilhelmus Ruze, Hermannus de Harstorp, Fredericus de Menhuvele, Albertus Dapifer, Henricus Rost, Hermannus de Senede, Floreco de Senede, Otto de Senede, Adam de Senede, Wilhelmus de Bullaren milites, Lubertus et fratres sui dicti de Duminge.

78. Agnes edelfräulein von Beek kanonissin in sankt Ursula zu Cöln und ihre schwester Sophie kanonissin zu Gersheim verzichten unter vorbehalt einer leibrente auf alles recht an den von ihrem vater herrührenden dem deutschen haus zu Biesen überlassenen güttern. 1247 sept. 11.

Omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis. Ego Agnes canonica conventus sanctorum virginum in Colonia dicta de Beke et ego Sophia canonica conventus qui dicitur in Garringsheim salutem in domino. Universitati vestre tenore presentium declaramus quod de voluntate et consensu abbatissarum nostrarum nostrorumque conventuum ob remedium animarum nostrarum ac nostrorum parentum omne ius, quod nos in omnibus bonis bone memorie domini Wilhelmi quondam advocati in Beke patris nostri et matris nostre domine G. necnon et fratribus nostrorum habebamus, fratribus domus sancte Marie Teuth. in Juncis in elemosinam contulimus; renunciantes precise et effestucantes ad opus fratrum dicte domus omni iuri quod nobis vel nostris heredibus hereditario vel si quo alio iure competit vel in futurum competere posset in premissis. Hoc excepto, quod de sex bonnariis vel circa terre arabilis super Glenam site que terra pro alladio habetur que eciam vulgariter mansus appellatur iidem fratres ad festum omnium sanctorum decem et sex solidos Colonenses annuatim quoad vixerimus ratione pacti nobis Colonie persolvent sub hac forma: si ego Agnes divina decernente voluntate viam universe carnis prior adivero, tunc media parte dicte summe denariorum fratribus antedictis cedente soror mea Sophia residuam quoad vixerit obtinebit; si vero ipsa S. predicta prior decesserit, tunc ego A. post mortem sororis mee dictam pensionem quoad annos vite mee integre obtinebo; et sic nobis duabus de medio vite ductis, predicta pensio ad fratres predictos cum omni iure integre redundabit.

Hanc collationem et ordinationem tam ego A. quam ego S. tam consensu quam assensu unanimiter approbabimus. In cuius facti robur et testimonium ego A. nostre abbatisse ac conventus de Colonia et ego S. nostre abbatisse ac conventus de Geringsheim sigillorum munimine presens scriptum fecimus roborari. Actum et datum anno domini M.CC.XL. septimo, feria quarta proxima post festum nativitatis beate Marie.

79. Ludolph bischof von Münster beurkundet dass die deutsch-ordensbrüder von ritter Hugo von Amelsbüren den zehnten von häusern in Witteler Brichtorp und Wick gekauft, dass ritter Sueder von Dingede auf seine ihm darüber zustehende lehnsberechtigung schenkweise verzichtet und dass nun auch er selbst sein oberlehnsherrnrecht aufgegeben nachdem die damals noch nicht nach Münster übergieselten brüder ihm einen andern zehnten überwiesen. Ferner beurkundet er dass er zur erbauung einer kirche in Münster den genannten brüdern ein grundstück bei der mühle auf dem Bischopinghof abgetreten habe. 1247.

In nomine domini amen. Ludolfus dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus omnibus in perpetuum. Ne memoriam eorum que geruntur in tempore lapsu temporis contingat evanescere, diligentissima provisum est solertia ut quicquid inter homines memoria dignum geritur vivaci litterarum testimonio roboretur. Sciant ergo presentes et posteri non ignorent, quod cum Hugo miles de Amelingbüren decimam quatuor domorum Witelere sitarum, unius domus Brictorpē cum campo ibidem sito, et unius domus prope Wich que vocatur Selebing, Suethero militi de Dingethe a quo tenebat eam in feudo de consensu et compromissione suorum heredum omnium libere resignasset et absolute: predictus Suetherus harum decimam domorum qua a nobis in-beneficiatus extitit in manibus nostris, heredibus suis assensum prebentibus, libere resignavit; pro qua fratres domus Theutonice infra muros Monasterii nunc manentes, qui eandem decimam a dicto Hugone consecuti fuerant emptionis titulo, devote supplicarunt nobis ut proprietatem huius decime ipsorum domui vellemus in perpetuum assignare. Nos vero, quia predicti fratres ob sinceritatem dilectionis quam gerebant nobis decimam quatuor solidorum, que fuit eorum in curti Wilbranding-

hove, nobis et ecclesie nostre liberam perpetuo dimiserunt et absolutam, ipsis et ipsorum domui sepedictam decimam iure proprietatis in evum contulimus possidendam. Acta sunt hec anno domini M.CC.XXXVIII. Eisdem etiam fratribus, locum non habentibus in quo infra muros civitatis Monasteriensis ponerent fundamentum ecclesie in laudem et honorem beate virginis favente domino consummande, nos ob reverentiam beate virginis in concambium dedimus ipsis partem fundi prope molandum nostrum Biscopinghove qui attinebat curti. Pro cuius concambio assignaverunt nobis agrum de manso suo Mikelenbeke iacentem prope Cumpe, in quo seminari possunt sex modii, nobis et successoribus nostris perpetuo proprietatis iure pertinentem. Igitur ut premissa semper permaneant inconvulsa, presentem paginam exinde conscribi voluimus, sigillo nostro communitam.

Acta sunt hec anno domini M.CC.XLVII.; cum presentes erant Wilhelmus maior prepositus, Godefridus decanus, Hermannus scolasticus, Franco de Horne et magister Fredericus, canonicus maioris ecclesie; nobiles vero comes Conradus de Redberge, dominus Otto de Marca, Wilhelmus Ruze; ministeriales Godefridus burgravius de Rechethe, Franco de Sconenbeke, Fredericus de Menhuvele, Fredericus advocatus de Warenthorpe, Albertus dapifer et Bernardus filius suus, Henricus et Lambertus de Vrekenorst, Arnoldus clericus, fratres Norendini, Gerhardus Brune gogravius de Telget et fratres sui, Florekinus de Specke, Otto de Sendene, Hugo de Walshem, Johannes de Gisenberge et alii quamplures fide digni.

80. Arnold graf von Looz und Chiny schenkt dem deutschen haus zu Biesen acht huben torfland mit vorbehalt eines zinses von zwanzig schilling. 1248 nov. 11.

Universis presentes litteras visuris Arnoldus comes de Los et de Chisni salutem et scire veritatem. Noverint universi quod nos dilectis amicis nostris viris religiosis fratribus militie hospitalis Theutonicorum in Junccis contulimus octo mansus mirice sitos iuxta terminos de Dipenbeke inter rivum qui dicitur Catsbeke et inter flumen qui dicitur Demere hereditario iure possidendos, tali adiecta conditione quod prenotatae fratres domus de

Juncis nobis et nostris successoribus singulis annis in festo  
beati Remigii viginti solidos Leodienses persolvere tenebuntur.  
Ut autem hec collatio nostra rata ac firma permaneat, presen-  
tes litteras sigilli mei munimine duximus roborandas. Actum et  
datum anno domini millesimo ducentesimo quadragesimo octavo,  
III. id. novembris.

81. Diederich herr von Milendunk beurkundet dass Ungramm  
von Budeke gewisse gütter gelegen bei Holte [Holz] un-  
weit Joghenden [Jüchen] dem deutschen orden abgetre-  
ten und dass er mit zustimmung Hadewig's seiner ge-  
mahlin dieselben aus dem lehnsverband entlassen habe.  
Milendunk, 1249 sept. 8.

Theodericus dominus de Milendunc omnibus presens scrip-  
tum intuentibus notum esse volumus, quod ex consensu nostro  
et uxoris nostre domine Hadewigis Ungrammus de Budeke et  
uxor sua bona quedam sita apud Holte prope Joghenden, que  
a nobis olim tenebant in feodo, in honorem dei et beate dei  
genitricis virginis Marie fratribus domus Theutonice in elemosinam  
contulerunt; et nos homagio predictorum bonorum renunciantes  
ea bona ipsis fratribus libere et absolute in perpetuum contu-  
limus habenda. Insuper omnes pueri nostri bonis iam dictis  
renunciaverunt et denarios testimoniales a prefatis fratribus ac-  
ceperunt de hiis bonis. Ut autem hoc ratum sit et firmum et ne  
imposterum ab aliquo possit infringi, presentem cartulam sigilli  
nostris munimine fecimus communiri. Acta sunt hec mediantibus  
domino Friderico preposito Xantensi, Herimanno et Henrico de  
Walda militibus, Henrico de Elveka, Theoderico de Underbruc-  
gen, Th. de Aldenbrugen, Wilhelmo scolteto de Kirsmig, militi-  
bus, Godefrido capellano, Henrico longo, Lambokino, famulo pre-  
positi Xantensis, et aliis quamplurimis; anno domini M.CC.XLIX.,  
in nativitate beate virginis Marie, in castro de Milendunc.

82. Pabst Innocenz IV. ermächtigt auf die von den deutsch-  
ordensbrüdern zu Marburg ihm vorgetragene bitte den  
erzbischof von Mainz, den grabesschrein der heiligen  
Elisabeth von dem ietzigen allzu beenigten platz an einen  
geeigneter übertragen zu lassen. Lyon, 1249 nov. 4.

Innocentius episcopus etc. venerabili fratri archiepiscopo  
Moguntinensi salutem etc. Dilectorum filiorum magistri et fratrum



hospitalis sancte Marie Teutonicorum Jerosolym. nobis oblata petitio continebat, quod cum sepulchrum in quo corpus beate Elisabeth in ecclesia sancti Francisci de Marpurch requiescit ipsius gloriose meritis miraculorum titulis refulgeat venerandissimis ac per hoc populorum fidelium frequentationibus dicta ecclesia cum laudibus oblatis redemptori omnium visitetur quem in suis sanctis humilium devotio mirabilem veneratur, nec ad ipsius sepulchrum propter loci angustias in quo eius tumba dicitur collocata pre multitudine nimia confluentium absque periculo valeat accessus haberi: dicti magister et fratres nobis humiliter supplicarunt ut super hoc fidelium devotioni providere paterna sollicitudine curaremus. Cum igitur ubi fuerit corpus sanctum illic aquile congregentur illi videlicet qui piis desideriis deum querunt ac devotorum dona prout eorum exigunt merita penitentibus viam preparent latiorem: fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus personaliter ad ecclesiam predic tam accedens et locelli eiusdem sancte, ubi sunt condite ipsius reliquie, circumstantiis universis diligenter inspectis ad locum oportunum ac idoneum easdem transferri facias si tibi videbitur expedire. Ut autem ex presenti collatione munerum firma maneat expectatio futurorum, illis vere penitentibus et confessis qui die translationis ipsius ad predictum locum cum debita veneratione accesserint prout tibi videbitur auctoritate tua optate indulgentie gratiam largiaris. Datum Lugduni, II. non. nov., pontificatus nostri anno septimo.

83. Conrad erzbischof von Cöln vertheilt die von den eheleuten Sibert und Gisela zu Neuss hinterlassenen besitzungen zwischen den verwandten derselben und dem deutschen orden. Cöln, 1250 april.

Conradus dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus sacri imperii per Italiam archicancellarius apostolice sedis legatus. Universis presentes litteras inspecturis salutem in domino. Cum super bonis Syberti et Gyssele civium Nussiensium ex legatione multiplici, prima videlicet quam fecerant parentibus et propinquis et in scriptis redactam deposuerant in archivo, et secunda quam fecerant hospitali in Nussia de novella plantatione propriis expensis constructo, ad cuius provisionem et tutelam elegerant fratres domus Theutonice, inter utrasque par-

tes dictos videlicet fratres ex una parte et parentes propinquos que predictorum ex altera post mortem Syberti in vita Gyssele et post mortem ipsius Gyssele diversa suborta fuissest questio et materia nociva questionis in futurum: nos qui ex debito nostri officii bono pacis et concordie tenemur intendere, nullius partis amicitiam attendendo, de iurisperitorum et de seniorum civium Nussiensium quibus processus Syberti et Gyssele plenius innotuit consilio partes ad nostram convocavimus presentiam, ut vel per iustitiam vel concordiam decideremus tantam materiam questionis. Unde partibus coram nobis existentibus quesivimus ab eisdem, an in forma iudicii vel in forma pacis vellent dictum negotium terminari, et super hoc deliberato consilio nobis plenius responderent. Que partes secedentes et super premissis deliberaentes redierunt ad nos, et quelibet per se nullo metu adhibito tacito vel expresso publice respondebant, quod super omnibus que dicti Sybertus et Gyssela in mobilibus et in immobilibus relinquebant in Nussia et extra, super quibus fuit vel fieri poterat questio inter ipsas, stare vellent ordinationi et compositioni nostre sub quacumque pena quam duceremus super arbitrio apponendam et sub periculo cause, et fide corporali prestita idem observare firmiter promiserunt, stipulatione sollempni interveniente. Nos igitur in hoc partes diligenter approbantes, quod tantam questionis materiam tam benivolo et unanimi consensu nostro arbitrio et de plano commiserunt, honestatemque nostram omnibus modis in hac parte eo diligentius cupientes conservare, tam instrumenta publica prime et secunde legationis quam testes, quos secreta cause scivimus non latere, assumptis tamen privatim peritis diligenter examinavimus, ne alicui partium fieret iniuria vel gravamen. Et quia bonum concordie plus expediebat utrisque partibus quam iusticie complementum, ideo nos deum pre oculis habentes et iustitiam arbitrando statuimus et pronunciando ordinavimus, ut parentes et propinqui domum que ad hospitale constructa fuerat cum tribus domibus coniunctis ante et retro in eadem area sitam Nussie pro sua parte habeant quiete libere et absolute. Fratribus vero predictis assignavimus pro se curiam que dicitur Berke sitam in parrochia Greverode cum universis suis attinentiis et iuribus eidem attinentibus, et quatuor marcarum redditus in civitate Nussensi de quibus parentes et pro-

pinqui inter se ordinabunt, in qua hereditate vel in quibus  
 fratribus perpetuo assignentur, et dimidiam marcam in Merke-  
 nich. Nos vero omnia alia que fuerunt Syberti et Gyssele sive  
 mobilia vel immobilia extra vel intra oppidum Nussiense sita,  
 in pensionibus sive in aliis quibuscumque iuribus, manui et po-  
 testati nostre reservavimus, conferenda alteri partium vel utrius-  
 secundum quod nobis super hoc ratione previa videretur expe-  
 dire. Et quia fratres sepediti in huiusmodi divisione lesi fuerant,  
 ideo eisdem in supplementum defectus necnon in remedium ani-  
 marum predictorum Syberti et Gyssele et ut propter augmentum  
 elemosine plus intendant infirmis et pauperibus providere, ipsis  
 addimus et assignamus curtem in Kassele cum suis attinentiis,  
 curtem in Grimbregtinhusen sitam in parrochia Quinhem cum  
 suis attinentiis, in campo Nussensi quadraginta quinque iugera  
 agrorum, decimam viginti quatuor agrorum ibidem, decimam in  
 Ophoven, dimidiam marcam redditus in Bilke, in Mierdunc tri-  
 ginta duorum denariorum redditus, et cetera omnia que dicti  
 Sybertus et Gyssela possidebant de iure vel possidere debue-  
 rant; solam curtem in Bruke ad nos devolutam cum novalibus  
 eidem attinentibus nobis reservantes. Domum quoque quam iam  
 dicti Sybertus et Gyssela inhabitabant, quia eisdem fratribus  
 legitime donatam et legatam comperimus, ipsis adiudicamus sine  
 gravamine vel impetitione cuiuslibet perpetuo possidendam. Ita  
 quod quelibet partium contenta sit parte sua, sibi per pronun-  
 ciatum nostrum assignata, et neutra partium in alteram deinceps  
 super predictis bonis moveat questionem. Si vero aliqua partium  
 quod absit contra statuta nostra veniendo alteram presumpserit  
 molestare in toto vel in parte dictorum bonorum, statuimus ut  
 bona sibi assignata cedent simpliciter parti volenti nostrum arbit-  
 rium observare; nichilominus arbitrio in suo robore permanente; et  
 insuper cadet a causa et incidet in sententiam excommunicationis a  
 nobis late. Pro hiis omnibus nos eisdem fratribus obligavimus tam nos  
 quam successores nostri eosdem defendere ac defensare contra quos-  
 libet ipsos in predictis bonis verbo vel facto molestantes; hoc adiecto,  
 quod coram nobis vel successoribus nostris, si super premissis  
 ab aliquibus impellantur, teneantur iustitiam exhibere, salvis in  
 aliis per omnia privilegiis eorundem. Insuper ne predicti fratres  
 ab aliquibus possint ad curam hospitalis in Nussia compelli,

maxime cum propter divisionem bonorum eidem hospitali legatorum non sufficient, indulsimus eisdem et liberaliter concessimus, ut apud sanctam Katerinam in Colonia de bonis que ipsis assignavimus ex arbitrio memorato infirmos uberius recipient et eisdem provideant nomine hospitalis Nussiensis; volentes hec omnia perpetuo inviolabiliter observari. In cuius rei testimonium nos pro nobis, capitulum Coloniense pro se et successoribus nostris sigilla nostra presentibus apposuimus. Actum Colonie, presentibus Henrico preposito, Conrado subdecano, Johanne scolastico, Philippo thesaurario, Godefrido preposito Monasteriensis Efflie, canonicis maioris ecclesie; magistro Andrea sancti Severini et magistro Godescalco sancte Marie ad gradus in Colonia scolasticis; Hermanno pincerna, Gerardo dapifero, Hermanno panetario et Ulrico Buc camerario ac aliis quampluribus; qui omnes rogati interfuerunt ad perhibendum testimonium super premissis. Anno domini M.CC. quinquagesimo, mense Aprili.

84. Rex genannt von Cotehusen bürger zu Neuss bekennt, von Walter deutschordenscomthur zu Coblenz und provisor des deutschen hauses zu Cöln das von Sibert und Gisela dem orden überlassene haus auf zehn iahre in pacht erhalten zu haben für den iährlichen zins von acht und einer halben mark. 1250 april 27.

In nomine domini. Notum sit tam presentibus quam futuris quod ego Rex civis Nussiensis dictus de Cotehusen recepi a fratre Walthero, commendatore domus Theut. in Confluencia et provisore domus eiusdem in Colonia, domum domini Siberti de Dulcene et uxoris sue domine Gyss. fratribus dicte domus Teuth. collatam, decem annis possidendam; tali condicione, quod ex ea singulis annis solvam octo marcas et VI. sol.; insuper si eandem domum edificare decreverint, prestabo ipsis fratribus viginti marcas in subsidium edificii, et deinceps solvam eis de dicta domo decem marcas; quas viginti marcas recipiam a domo retentis mihi pensionibus suis annis. In cuius rei testimonium presentem cedulam dictis fratribus confero, sigillo gardiani Nussiensis et sigillo ipsius commendatoris roboratam. Datum anno domini millesimo CCL., v. kal. maii.

85. Burkard herr zu Hackenbroich schenkt mit zustimmung seiner gemahlin Agnes seiner söhne Dieterich Burkard und Friedrich und seiner töchter Irmengard und Mechtild dem deutschen orden den zehnten zu Sinsteden. 1250 iuli 10.

In nomine sancte et individue trinitatis. Notum sit tam presentibus quam futuris, quod nos Borchardus vir nobilis, dominus de Bruce, accedente consensu unanimi uxoris nostre domine Agne neconon puerorum nostrorum Theoderici, Burchardi, Friderici, Ermegardis et Meyheldis, contulimus viris in Christo dilectis fratribus domus Theutonice decimam sitam in Sintzstede, Coloniensis dyocesis, pro remedio anime nostre ac antecessorum nostrorum; quam Ingrammus de Bodece, a nobis iure hominii tamquam a vero domino suspectam, in manus nostras libere resignavit; omne ius quod nos vel sequaces nostros in dicta decima posset contingere predictis fratribus assignantes. In cuius facti testimonium presentem cedulam sigilli nostri munimine roboramus; presentibus Ludewico plebano de Mulnheim, domino Gisone de Slichem, domino Rodolfo de Walehusen, domino Thelemano de Bozhem, domino Heinrico de Bulrode, Rotgero Sculere, Wickere, Conrado de Berce, Rotgero de Alen et Heinverdo ac Nicholao et aliis quampluribus. Datum et actum anno domini millesimo cc. quinquagesimo, sexto ydus iulii.

86. Mechthild die edelfrau, wittwe des grafen Heinrich von Sayn, wahrnehmend dass die deutschordensbrüder nicht blos ihre habe hingeben um die fremden und kranken bei sich aufzunehmen sondern auch freudig mit ihrer person einstehen um den ewigen könig zu verherrlichen den glauben auszubreiten und die feinde des kreuzes zu bekämpfen, schenkt ihnen alle güter zu Zeltingen und Rachtig die sie und ihr gemahl vom abt von Gladbach gekauft haben nebst dem zehnten dem patronat und allen sonstigen rechten, mit der bedingung vom ertrag des zehnten und der andern nicht zur pfarrei gehörigen güter die noch rückständigen schulden des grafen zu bezahlen. Neuerburg, 1250 nov. 18.

Universis presentibus et futuris, ad quorum notitiam huiusmodi scriptum pervenerit, nobilis mulier Methildis, relicta quondam nobilis viri Heinrici comitis Seynensis, salutem in domino

sempiternam. Quia inter alia opera pietatis illud apud deum acceptius creditur, immo potissimum reputatur, quod pauperibus, piis locis et creatori nostro per ipsos de pinguedine caritatis offertur: nos attendentes quod religiosi viri dilecti nobis in Christo .. magister et fratres hospitalis sancte Marie Theutonicorum Jerosolimitan. non solum sua pro hospitalitate servanda verum etiam exponunt iugiter pro eterni regis glorie semetipsos, negotium promovendo fidei et crucis inimicos totis viribus expugnando, eis dignum duximus. aperire beneficentie nostre manus. Quare pro nostre et bone memorie domini Heinrichi comitis Seynensis, viri nostri, animarum salute omnia bona in Ratich et Celtanc Treveren. diocesis, nunc ad nos pleno iure spectantia, que dictus comes una nobiscum ab .. abbe et conventu de Gladembach Coloniensis diocesis, reverendi patris domini .. archiepiscopi Coloniensis accidente consensu, emisse dinoscitur, cum decimis parochia et quolibet iure proprietatis donamus et irrevocabiliter concedimus in perpetuum magistro et fratribus supradictis, immo hospitali potius eorundem; tali conditione apposita, quod iidem magister et fratres plenarie debita comitis eiusdem persolvant de decimarum et aliorum predictorum bonorum fructibus, que ad parrochiam non pertinent memoratam, et hiis solutis, extunc ipsi predicta bona possideant libere et ab omni onere absoluta. Testes autem sunt nobilis vir dominus Heinricus de Arscheit, dominus Cunradus de Brisich dapifer, Lampertus de Novo castro, Heinricus de Hysin et alii quamplures. Et ut presentibus litteris adhibeatur imposterum plena fides, eas sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum apud Novum castrum, anno domini M.CC. quinquagesimo, in octavis sancti Martini.

87. Heinrich bischof von Utrecht und Gobert domprobst erlauben dem deutschen orden innerhalb der stadt Utrecht bei der Nicolaikirche ein haus zu bauen und übergeben ihm diese kirche mit allen einkünften und der berechtigung sie durch ihre ordenspriester bedienen zu lassen.  
1250 dec. 1.

Henricus dei gratia Traiectensis ecclesie episcopus et G. maior eiusdem ecclesie prepositus omnibus presentia visuris salutem in domino. Noverint universi quod nos preceptor et

fratribus domus Teutonice sancte Marie Traiecti liberam conces-  
simus facultatem edificandi infra muros Traiectenses iuxta eccl-  
esiā sancti Nicolai; ipsamque ecclesiam cum suis proventibus  
in subsidium terre sancte integraliter contulimus eisdem, iure  
perpetuo possidendam et per ipsorum fratres sacerdotes deservien-  
dam. De qua singulis annis VI. libras Traiectensi preposito  
maioris ecclesie, qui pro tempore fuerit, in perpetuum exhibe-  
bunt; salvis iuribus synodalibus que consueverunt eidem prepo-  
sito de ipsa ecclesia exhiberi. Et ne quis hanc nostram liberam  
donationem occasione quacumque valeat infringere, predictis  
preceptorī et fratribus presentem paginam sigillorum nostrorum  
munimine dedimus roboratam. Actum anno domini M.CC.L, in  
crastino beati Andree apostoli.

88. Pabst Innocenz IV. bestätigt dem deutschen orden die  
ihm von der gräfin Mathilde von Sayn gemachte schen-  
kung ihrer güter in Rachtig und Zeltingen. Lyon, 1251  
febr. 25.

Innocentius episcopus etc. Dilectis filiis . . magistro et  
fratribus hospitalis sancte Marie Theutonicorum Jerosolimitan.  
salutem etc. Cum a nobis petitur quod iustum est etc. Exhibita  
siquidem nobis vestra petitio continebat quod dilecta in Christo  
filia nobilis mulier M. comitissa quondam Seynensis omnia  
bona cum quolibet iure proprietatis, tunc ad ipsam in villis de  
Ratich et de Celtanc Treverensis diocesis pertinentia, pro sue  
et clare memorie quondam . . comitis Seynensis viri sui ani-  
marum salute vobis et per vos hospitali vestro pia liberalitate  
sub ea conditione donavit atque concessit in perpetuum, ut vos  
debita ipsius comitis de fructibus bonorum ipsorum plenarie per-  
solvatis, prout in patentibus litteris inde confectis et sigillo eius-  
dem comitis signatis plenarie continetur. Nos itaque vestris  
supplicationibus inclinati donationem et concessionem huiusmodi,  
sicut provide factum est et in alicuius preiudicium non redundat,  
ratam et firmam habentes, eam auctoritate apostolica con-  
firmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Tenorem  
autem litterarum ipsarum de verbo ad verbum presentibus feci-  
mus annotari, qui talis est.

Universis presentibus et futuris etc. nobilis mulier  
Methildis, relicta quondam nobilis viri Heinrici comitis

Seynensis etc.\*). Datum apud Novum castrum, anno domini M.CC. quinquagesimo, in octavis sancti Martini.  
Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere etc. Datum Lugduni v.kal. martii, pontificatus nostri anno octavo.

89. Walram herzog von Limburg verzichtet zu gunsten des deutschen ordens auf alle seine berechtigungen an den zwischen Limburg und der Maas gelegenen güttern des ritters Daniel von Furen. 1251 märz 10.

Nos Wal. dux Limburgensis notum facimus omnibus presentem paginam intuentibus, quod quicquid iuris in bonis Daniel. militis in Vurin, infra Lymb. et Masam sitis, habuimus, in remedio anime nostre et antecessorum nostrorum domui fratrum Teutonicorum libera nostra voluntate et arbitrio contulimus. Testes autem huius rei sunt Wido dapifer noster, Alexander marschalcus, Henricus dictus Cornut, Wilhelmus de Womis, preterea et dominus Hermannus de Wilre vir nobilis, quem primum posuisse debuimus. In cuius rei testimonium presentem paginam sigilli nostri munimine duximus roborandam. Datum anno domini M.CC.L., sexta feria ante dominicam Reminiscere.

90. Wipert der schultheiss und alle geschwornen von Saarburg beurkunden, dass Hadewig einen beim hof Gerard's von Rentingen gelegenen garten dem deutschen haus zu Saarburg geschenkt hat. Saarburg, 1251 mai 1.

Universis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis Wipertus scultetus omnesque iurati in Sarbure salutem in omnium salvatore. Ne ea que ab hominibus et inter homines geruntur in tempore, simul cum tempore elabantur, scripturarum perpetuitate memoriam hominum convenit adiuvari. Hinc est quod tenore presentium notum fieri cupimus universis ac singulis, quod Hadewigis de Sarbure ortum quendam, situm apud domum et curiam Gerardi dicti de Rentingen, continentem octo areolas, quas communiter lectos nominant, fratribus et hospitali sancte Marie Theutonicorum in Sarbure, ad dies vite sue usufructu sibi retento, coram nobis contulit; ita tamen quod si evidens et legitima ipsi predicte Hedewigi incumbat necessitas, preno-

\*) Wie in der urkunde nr. 86.

minatum ortum sibi distrahere ad vite sue necessaria sit permisum. In cuius rei testimonium presentem paginam conscribi fecimus, testium annotatione et sigilli nostri munimine communitam. Testes autem hii sunt: Hugo, Volmarus, Wiricus dictus Vogelhunt, Fridericus, Heinricus et quamplures alii. Acta sunt hec in Sarburc, anno gracie M.CC. quinquagesimo primo, kal. maii, inductionis none.

91. Bruder Hugo cardinalpriester von sancta Sabina päblicher legat ertheilt denen die an gewissen festtagen die deutschordenskirche zu Coblenz besuchen und ihre sünden wahrhaft bereuen vierzig tage ablass. Coblenz, 1251 iuli 30.

Frater Hugo miseratione divina tituli sancte Sabine presbiter cardinalis apostolice sedis legatus. Dilectis in Christo . . commendatori et fratribus domus sancte Marie Theutonicorum in Confluentia Treverensis diocesis salutem et sinceram in domino caritatem. Licet is de cuius munere venit, ut sibi a fidelibus suis digne ac laudabiliter serviatur, de abundantia pietatis sue, que merita supplicum excedit et vota, beneficentibus multo maiora retribuat quam valeant promereri: volentes tamen populum reddere domino acceptabilem, Christi fidelibus\*) ad complacendum ei quibusdam illectivis muneribus indulgentiis scilicet et remissionibus invitamus, ut exinde reddantur divine gratie aptiores. Cupientes igitur, ut capella vestra ibidem ad honorem beate Marie virginis et sancte Elizabeth dedicata congruis honoribus frequentetur, omnibus Christi fidelibus vere penitentibus et confessis, qui capellam ipsam in die dedicationis ipsius et in sollempnitatibus sancte Marie et Elizabet et infra octavas ipsarum annis singulis visitaverint reverenter, quadraginta dies de iniuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus. Datum Confluentie, III. kal. augusti, pontificatus domini Innocentii pape quarti anno nono.

92. Wesselin pfarrer zu Beek beurkundet und genehmigt dass der deutsche orden von Gerard von der Printhalgen den vierten theil und von Hermann von Stein den sechs-

\*) So steht im original; dativ statt accusativ. Der schreiber der urkunde hatte aufangs ein andres verbum im sinn.

ten theil des zehnten und des mit letzterm verbundenen patronats von Beek erworben hat. 1252 febr. 25.

Omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis Westselinus presbiter, investitus ecclesie de Beke, salutem in domino sempernam. Universitati vestre presencium tenore declaramus, quod frater Gerardus dictus de Prenthagen, ordinis hospitalis sancte Marie Teutonicorum, olim cum in seculari existeret habitu de voluntate nostra et consensu portionem suam scilicet quartam partem decimarum maiorum et minutarum infra terminos ecclesie nostre iacentium, cum iure patronatus eiusdem ecclesie eisdem annexo, fratribus hospitalis memorati in puram ac liberam elemosinam donavit. Insuper iidem fratres eciam de nostro consensu et ratihabitione plenaria a bone memorie nobili viro Hermanno quondam domino de Steine suam portionem videlicet sextam partem decimarum maiorum infra terminos prescriptos iacentium cum iure patronatus sepedicte ecclesie tanquam cum universitate consequente cum quadam pecunie summa redemerunt et eidem de redemptionis pretio satisfecerunt. Nos vero in omnium predictorum confirmationem simul et noticiam presentes litteras conscribi et sigillo nostro fecimus communiri. Actum et datum anno domini M.CC. quinquagesimo primo, in die sancti Mathie apostoli.

93. Heinrich erwählter bischof von Lüttich bestätigt dem deutschen orden den vierten theil des zehnten und des patronats zu Beek die ritter Gerard von Printhagen vom ritter Tillmann von Bremt zu lehen trug und beide dem orden geschenkt haben so wie den sechsten theil dieses zehnten und patronats den derselbe vom ritter Hermann von Stein gekauft hat. Lüttich, 1252 märz 12.

Henricus dei gratia ecclesie Leodiensis electus. Dilectis in Christo filiis .. preceptorि et fratribus hospitalis sancte Marie Theutonicorum in nostra dyocesi constitutis salutem et sinceram in domino karitatem. Dignum est eos speciali gratia prosequi, qui abiectis huius mundi vanitatibus se Christi obsequiis mancipantes, carnem suam pro eodem macerare et in defensione fidei christiane tamquam veri dei adlete animas suas ponere laudabiliter elegerunt. Eapropter dilecti in domino filii nos vestris petitionibus inclinati portionem talem, videlicet quartam



partem decimarum maiorum et minutarum infra terminos ecclesie de Beke nostre dyocesis iacentium et ius patronatus pro quarta parte eiusdem ecclesie, eisdem decimis annexa, que vester confrater Gerardus miles de Prenthagen olim cum in habitu existeret seculari a nobili viro Tilmanno de Breemt tenens in feodum ratione eorundem eidem T. in homagio obligatus tenebatur, que siquidem idem G. ad opus vestri in manus ipsius T. reportavit, que quoque memoratus T. cum omni iure libera donatione in perpetuam elemosinam vobis dedit et vos una cum ipso G. a dicto homagio absolvit et absolutos ab eodem effecit; super quibus fidem plenariam nobis factam esse recognoscimus; simul et talem, videlicet sextam partem decimarum maiorum infra terminos supra memoratos iacentium et ius patronatus pro sexta parte predicte ecclesie, eciam eisdem decimis annexum, que a nobili viro bone memorie Hermanno milite quandam domino de Steine tamquam de manu laicali redemistis; cum omni iuris integritate vobis confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, libere ac pacifice a vobis et vestris successoribus imperpetuum possidenda; inhibentes nichilominus sub interminatione anathematis ne quis hanc nostre confirmationis paginam decetero audeat infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem etc. noverit incursum. In huius igitur rei testimonium presentem paginam sigilli nostri munimine duximus roborandam. Datum Leodii, anno domini M.CC. quinquagesimo primo, quarto idus martis.

- X 94. Conrad erzbischof von Cöln beurkundet dass ritter Wi-nand Bollart von Honstaden zu gunsten des deutschen ordens auf gewisse renten verzichtet hat. 1252 april 24.

Conradus dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepi-copus, sacri ymperii per Ytaliam archicancellarius, universis tam presentibus quam futuris has litteras visuris. Notum esse volu-mus, quod cum Winandus miles dictus Bollart de Honstaden traxisset in causam fratres domus hospitalis sancte Marie Theuton. coram magistro Andrea scolastico sancti Severini, officiali nostro, super redditibus trium solidorum de curte in Grintbrechtinchus-en et super redditibus quinque solidorum, curie sue in Glene ut dicebat attinencium: tandem cum diucius inter ipsos coram

eodem officiali nostro litigatum esset, partibus coram nobis constitutis idem Winandus discretorum virorum inductus consilio pro se et pro heredibus suis renunciavit omni iuri si quod habebat in predictis redditibus spontanea voluntate; et promisit fide data in manus nostras sub pena viginti marcarum Colonensium quod super premissis memoratos fratres non inquietabit de cetero vel molestabit; fratres vero iam dicti pro bono pacis et pro expensis quas fecerat in lite, dederunt quinque marcas Colon. Winando sepius repetito. In cuius rei fidem ad peticionem partium sigillum nostrum appendi fecimus isti scripto. Acta sunt hec coram nobis, presentibus filio dicti Winandi, fratre Engelberto et fratre Martino guardiano minorum fratrum Nussiensium, Godefrido burgravio de Honstaden, Enffrido et Brunone militibus de Honstaden, Winando dicto de Kovoldeshoven et aliis quampluribus; anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, octavo kal. maii.

95. Mechtilde gräfin von Sayn schenkt dem deutschen orden das patronat der pfarrkirche zu Lösenich und der dazu gehörigen kapellen zu Rachtig Zeltingen und Erden. 1252 in der pfingstwoche (mai 19—25).

Universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, ad quos littore iste pervenerint, Mechtildis quondam comitissa Seynensis. Notum esse volumus, quod nos ius patronatus ecclesie in Lussenich cum capellis dicte ecclesie attinentibus, scilicet Radeke Celdanc et Erdenne Treverensis diocesis, quod ad nos mero iure spectare dinoscitur, libere conferimus et donamus eo iure quo nos possidemus, pro remedio anime pie recordationis domini Henrici quondam mariti nostri comitis Seynensis et animarum parentum nostrorum necnon et nostre, viris religiosis fratribus domus hospitalis sancti Marie Theuton. libere et quiete possidendum, consensu venerabilis domini archiepiscopi Treverensis accidente. In cuius rei fidem presentem cedulam eisdem conferimus sigilli nostri munime roboratam. Datum anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, infra octavas pentecostes.

96. Conrad erzbischof von Köln beurkundet, dass sein vetter und vasall Gerard von Arberg, sohn Heinrich's des burg-

grafen von Cöln, und die edelfrau Mechthild seine gemahlin, tochter des edlen mannes Adolph von Holte, den zehnten in der pfarrei Ostervelde, den sie von ihm zu lehen gehabt, dem deutschen orden geschenkt, ihm aber zur entschädigung die mühle und andre güter in Grimbechusen, die bisher ihr allod waren, zu lehen aufgetragen, und dass er nun ienen zehnten aus dem lehnsverband entlassen und dem deutschen orden als freien besitz übergeben. Cöln, 1252 dec. 11.

Conradus dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius. Notum facimus universis et tam posteris quam modernis cupimus declarari, quod constituti in nostra presentia noster consanguineus et fidelis vir nobilis Gerardus de Arberg, natus Henrici burgravii Coloniensis, et nobilis mulier Mechtildis ipsius Gerardi uxor, nata viri nobilis Adolphi de Holte, decimam sitam in parrochia Ostervelde, quam a nobis et ab ecclesia nostra tenebant in feodo, ad opus dilectorum in Christo . . preceptoris et fratrum militie domus Teuthonice Jerosolimitan. libere resignarunt; ipsam quoque ad nostras manus cum renuntiatione seu effestuatione sollempni ab ipsis communiter reportando, eam memoratis donari preceptorи et fratribus cum instantia postulantes, in ipso instanti compensationem feodi ad valorem ipsius decime nobis et nostre fecerunt ecclesie in aliis bonis suis, molendino videlicet apud Grinbechusen et aliis ipsorum bonis ibidem sitis, que ipsorum allodium usque ad tempus illud exstiterant, et a nobis ea in feodo receperunt; inde nobis, qui illa compensatione contenti fuimus, homagium sicut debetur de feodis faciendo. Nos itaque huiusmodi resignatione bonorum pariter et recompensatione feodi rite factis de nostrorum consilio fidelium, accedente capituli nostri conniventia et assensu, memoratam decimam ita ab onere feodi ac homagii liberam prefatis preceptorи et fratribus duximus conferendam libere ac donandam, ut eam perpetuo obtineant pleno iure. In predictorum testimonium presens littera est exinde conscripta et nostro [ac] nostri capituli antedicti sigillis una cum supradicti Gerardi sigillo munita. Actum Colonie, III. idus decembr., anno domini M.CC. quinquagesimo secundo.

97. Hugo cardinalpriester von sancta Sabina ermahnt die gläubigen, den deutschordensbrüdern zu Saarburg, deren

mittel nicht hinreichen in dem von ihnen erbauten spital die vielen dahin strömenden armen und kranken zu erhalten, beiträge zu spenden und verleiht dafür einen ablass. Trier, 1253 iuli 14.

Universis Christi fidelibus per regnum Alamannie constitutis, presentes litteras inspecturis, frater Hugo, miseratione divina tit. sancte Sabine presbiter cardinalis apostolice sedis legatus, salutem in domino. Quoniam ut ait apostolus omnes stabimus ante tribunal Christi recepturi prout in corpore gessimus sive bonum fuerit sive malum oportet nos etc. de benedictionibus et metet vitam eternam. Quum igitur sicut dilecti in Christo . . preceptor et fratres hospitalis sancte Marie Theutonicorum in Sarburg Metensis diocesis nobis intimare curarunt, iidem hospitale ibidem ad opus pauperum et infirmorum ad illud confluentium edificaverint opere sumptuoso et ad sustentacionem eorundem pauperum ac infirmorum proprie sibi non suppetant facultates: universitatem vestram rogamus monemus et hortamur in domino, in remissionem vobis peccaminum iniungentes, quatinus de bonis vobis a deo collatis pias elemosinas et grata eis ad hoc caritatis subsidia erogetis, ut per subventionem vestram ipsorum indigentie valeat provideri et vos per hec et alia bona que domino inspirante feceritis ad eterne possitis felicitatis gaudia pervenire. Nos enim de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi omnibus vere penitentibus et confessis qui ad hoc manum porrexerint adiutricem, quadraginta dies de iniuncta sibi penitencia misericorditer relaxamus. Quas mitti per questuarios districtius inhibemus, eas si secus actum fuerit carere iuribus decernentes. Datum Treveri, II. idus iulii, pontificatus domini Innocentii pape IIII. anno undecimo.

98. Philipp der abt und der klosterconvent zu Hamborn verkaufen dem deutschen orden das ihnen sehr entlegene allod zu Neuenrath, aus einer hofstätte und dreissig morgen bestehend. 1253 aug. 4.

Philippus dei gratia abbas et conventus Hamburnen. notum facimus universis presentem paginam inspecturis, quod nos tam utilitatem nostram considerantes quam commodum, bona nostra que longe a nobis sita fuerint vendere et alia que vicinoria nobis fuerint comparare, nostrum allodium apud Nuenrode, longe a nobis situm, videlicet aream unam et triginta tres iurnales arabi-

les prout in campis site sunt, cum suis attinentiis universis, religiosis viris fratribus domus Theutonice pro certo precio vendidimus; eis super dicto allodio warandiam plenam anno et die prout iuris fuerit prestituri, absolvendo eos ab impetione cuiuslibet qui infra prescriptum terminum ipsis super dicto allodio moverit questionem. In cuius rei testimonium presentem conscribi paginam et nostris sigillis communiri. Actum et datum in die beati Dominici, anno domini M.CC.L tercio.

99. Hugo cardinalpriester päpstlicher legat ermahnt die gläubigen, den deutschordensbrüdern zu Einsiedel, die eine kirche ein haus und räume für die armen kranken zu bauen beabsichtigen, hülfreiche hand zu leisten und verleiht denen die solches thun und zugleich eine reumüthige beichte ablegen, hundert tage ablass. Metz, 1253 aug. 11.

Universis Christi fidelibus per regnum Alemannie constitutis presentes litteras inspecturis frater Hugo, miseratione divinitat. sancte Sabine presbiter cardinalis, apostolice sedis legatus, salutem in domino. Cum ut ait apostolus omnes stabimus ante tribunal Christi etc. metet vitam eternam. Cum igitur, sicut dilecti in Christo . . preceptor et fratres hospitalis sancte Marie Theutonicorum in Heremo, Warmatiensis diocesis, nobis exponere curaverunt, iidem ecclesiam, domum et officinas suis et pauperum usibus oportunas edificare cupiant opere sumptuosu et ad edificationem huiusmodi ac sustentationem pauperum fideium suffragia noscantur plurimum oportuna: universitatem vestram monemus rogamus et hortamur in domino, in remissionem vobis peccatum iniungentes, quatinus de bonis vobis a deo collatis pias ad id elemosinas et grata eis caritatis subsidia erogetis, ut per subventionem vestram dictum opus valeat consummari ac alias eorundem pauperum indigentie provideri et vos per hec et alia bona que domino inspirante feceritis ad eterne possitis felicitatis gaudia pervenire. Nos enim de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi omnibus vere penitentibus et confessis qui eis ad id manum porrexerint adiutricem, centum dies de iuncta sibi penitencia misericorditer relaxamus. Presentes mitti

per questuarios districtius inhibemus, eas si secus actum fuerit carere viribus decernentes. Datum Met., III. idus Augusti, pontificatus domini Innocencii pape III. anno undecimo.

100. Hugo cardinalpriester verleiht der deutschordenskirche zu Luxemburg einen ablass. Remiremont, 1253 aug. 21.

Frater Hugo miseracione divina ecclesie sancte Sabine presbiter cardinalis apostolice sedis legatus. Dilectis in Christo preceptor et fratribus hospitalis sancte Marie Theotonicorum in Lucellenborg Treverensis diocesis salutem in domino. Licet is de cuius munere venit ut sibi a fidelibus suis digne et laudabiliter serviatur, de habundantia pietatis sue que merita supplicum excedit et vota, bene servientibus multa maiora retribuat quam valeant promereri, nichilominus tamen desiderantes reddere domino populum acceptabilem, fideles Christi ad complacendum ei quasi quibusdam illectivis muneribus indulgentiis scilicet et remissionibus invitamus, ut exinde reddantur divine gratie aptiores. Cupientes igitur ut ecclesia vestra congruis honoribus frequentetur, omnibus Christi fidelibus vere penitentibus et confessis qui ad ecclesiam ipsam in diebus dominicis et festivis causa devotionis accesserint, centum dies de iniuncta sibi penitencia misericorditer relaxamus. Datum Romariemont., XII. kal. septembris, pontificatus domini Innocentii pape III. anno undecimo.

101. Conrad erzbischof von Köln beurkundet dass Adolph Hase vormals erzbischöflicher schultheiss zu Bonn dem deutschen haus [zu Köln] ein haus zu Bonn und drei weingärten, bei Bonn und Poppelsdorf gelegen, verkauft hat. 1254 ianuar 2.

Conradus dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, Ytalie archicancellarius, universis ad quos littere presentes pervenerint. Notum esse volumus quod Adolphus dictus Hase, quondam noster sculthetus in Bunna, de bona nostra voluntate et consensu vendidit dilectis nobis in Christo fratribus domus Theutonice domum suam in Bunna, quam olim ab ipsis fratribus pro annuo censu duarum marcarum tenebat, eo iure et situ quo ipsam domum tenuit ab eisdem; et tam ipse quam

sui heredes renunciaverunt coram Cristiano de Wadenheim, nunc sculthetō nostro in Bunna, et coram scabinis Bunnensibus omni iuri quod habuerunt vel habere possent in futurum in domo iam dicta. Insuper vendidit fratribus memoratis tres iurnales vinee, videlicet in vineis que dicuntur Scyrvekin unum iurnalem et unam quartam iurnalies que fuerant Heinrici de sancto Gyngolpho, item ibidem unum iurnalem qui quondam fuerat Ekorni dicti Meyer, item apud Popelstorph tres quartas iurnalies que fuerant Spices de Pinstorph. Dictos vero tres iurnales recepit ab ipsis fratribus pro pensione quatuor karratarum vini Bunnensis mensure, annis singulis in perpetuum solvendarum et in vasa ipsorum fratrum tempore vindemie presentandarum, de vino videlicet quod creverit in vineis quas eisdem apud Scyrvekin assignavit. Si vero in crescentiis dictarum vinearum defectus fuerit, de vino equipollenti aliunde supplebitur. Est etiam premissis talis adhibita condicio, quod si predictus Adolphus aut sui heredes qui pro tempore fuerint in tempore vindemie dictas quatuor carratas vini non solverint fratribus memoratis, extunc dicti tres iurnales vinee cedent integraliter dictis fratribus; et ipsi fratres de eisdem iurnalibus poterunt facere et libere ordinare quod ipsis placuerit et visum fuerit expedire; nec ipse Adolphus aut sui heredes in prefatis iurnalibus aliquod ius de cetero vendicabunt. Huius vero vendicionis emptionis et pactionis testes sunt: Theodericus de Rindorp decanus Bunnensis, Fridericus dominus de Sleda, qui pecuniam quam dicti fratres pro ipsis bonis dederunt recepit, Gerardus de Bernsowe dapifer noster, Cristianus sculthetus Bunnensis, Heinricus de Sacco et Reinoldus frater suus, Godefridus Bunneko-were, Abele filius Brudermannii, Conradus advocatus, Albertus molendinarius, scabini Bunnenses, et alii quamplures. Nos quoque in testimonium predictorum huic scripto sigillum nostrum una cum sigillo capitulo Bunnensis duximus apponendum. Actum et datum anno domini M.CC.L.III., III. nonas ianuarii.

102. Pabst Innocenz IV. ertheilt der deutschordenskirche zu Saarburg einen ablass. Im Lateran, 1254 febr. 10.

Innocentius episcopus servus servorum dei. Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem et apostolicam

benedictionem. Vite perennis gloria qua mira benignitas conditoris omnium beatam coronat aciem civium supernorum, a redemptis precio sanguinis, fusi de pretioso corpore redemptoris, meritorum debet acquiri virtute, inter que illud esse pregrande dinoscitur quod ubique sed precipue in sanctorum ecclesiis maiestas altissimi collaudetur. Rogamus itaque universitatem vestram et hortamur in domino in remissionem vobis peccaminum iniungentes, quatinus ad ecclesiam dilectorum filiorum . . preceptoris et fratrum hospitalis sancte Marie Theutonicorum de Sarburch, Metensis diocesis, imploraturi a domino veniam delictorum in humilitate spiritus accedatis. Nos enim ut Christi fideles quasi per premia salubriter ad merita invitemus, de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus vere penitentibus et confessis qui ad ecclesiam ipsam in festo beate Helysabeth causa devotionis accesserint annuatim, quadraginta dies de iniuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus. Datum Lateran., III. id. Februar., pontificatus nostri anno undecimo.

103. Pabst Innocenz IV. verleiht der deutschordenskirche zu Trier einen ablass. Im Lateran, 1254 febr. 10.

Innocentius episcopus etc. Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem etc. Vite perennis gloria etc. in sanctorum ecclesiis maiestas altissimi collaudetur. Rogamus itaque universitatem vestram et hortamur in domino, in remissionem vobis peccaminum iniungentes, quatinus ad ecclesiam dilectorum filiorum . . preceptoris et fratrum hospitalis sancte Marie Theutonicorum Treverensis imploraturi a domino veniam delictorum in humilitate spiritus accedatis. Nos enim ut Christi fideles quasi per premia salubriter ad merita invitemus, de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus vere penitentibus et confessis qui ad ecclesiam ipsam in festo beate Helisabeth causa devotionis accesserint annuatim, quadraginta dies de iniuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus. Datum Lateran. III. id. februar., pontificatus nostri anno undecimo.

104. Pabst Innocenz IV. verleiht der deutschordenskirche zu Metz einen ablass. Im Lateran, 1254 febr. 10.

Innocentius etc. Universis Christi fidelibus etc. Vite perennis gloria etc. Rogamus itaque universitatem vestram et hortamur in domino etc., quatinus ad ecclesiam dilectorum filiorum.. preceptoris et fratrum hospitalis sancte Marie Theutonicorum Metensium, imploraturi a domino veniam delictorum in humilitate spiritus accedatis. Nos enim ut Christi fideles etc. omnibus vere penitentibus et confessis qui ad ecclesiam ipsam in festo beate Helisabeth causa devotionis accesserint annuatim, quadraginta dies de iniuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus. Datum Lateran., III. id. februar., pontificatus nostri anno undecimo.

105. Heinrich erwählter bischof von Lüttich erlaubt dem deutschen haus zu Biesen, das ordenshaus zu Bernsheim unweit St. Trond, da es ungünstig gelegen und ungeschützt gegen kriegsgefahren, mit kapelle kirchhof und klostergebäuden in die genannte stadt zu verlegen. Lüttich, 1254 märz 12.

Henricus dei gracia ecclesie Leodiensis electus. Dilectis in Christo filiis .. preceptor et fratribus hospitalis sancte Marie Teuthonicorum in Juncis salutem et sinceram in domino karitatem. Quociens a nobis postulatur quod ad pacem religiosorum locorum respicit et profectum, votis potentium rationi consitaneis libenter assensum impertimur. Cum igitur dilecti in domino filii domum iuxta oppidum nostrum sancti Trudonis in loco qui Bernechem dicitur habeatis, et eadem domus, prout nobis humiliter intimastis, in dicto loco tam propter eiusdem inaptitudinem quam propter rapine pericula eidem imminentia, si quod absit per dicti loci territorium exercitum quempiam transire continget, cum ipse locus campester et immunitus et pervius quasi omnibus sit, vobis minus tute et minus apte iacere dinoscatur: licentiam vobis concedimus et facultatem, ut dictam domum cum suis pertinenciis, prout vobis et vestro ordini expedire videritis, infra muros dicti oppidi transferatis, et eandem in eodem, ubicunque aream ad hoc vobis congruam conquirere potueritis, cum capella cymiterio atque aliis congruis officinis construatis. Cum autem iuxta nostram concessionem predictam in dicto oppido cymiterium vestrum limitatum fuerit et consecratum, tunc ossibus mortuorum de priori cymiterio exhumatis

a vobis et in novo predicto vel in alio consecrato tumulatis . . sacerdoti superioris domus vestre de Juncis vel de Leodio , si conventum dicti loci illuc transferri contingat, auctoritatem concedimus specialem destruendi capellam atque cymiterium loci de Bernechem sepedicti; ita tamen ut ligna atque lapides capelle predice in edificia honesta convertantur, et locus tam capelle ipsius quam cymiterii solitarius imperpetuum maneat et ab humanis usibus signis notabilibus sequestratus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere etc. noverit incursum. In cuius rei testimonium presentes litteras sigilli nostri munimine duximus roborandas. Actum et datum Leodii, IIII. idus martii, anno domini M.CC. quinquagesimo tertio.

106. Conrad landcomthur von Lothringen Friedrich von Dille und andre deutschordensbrüder machen mit den lehnleuten der ehemals Gladbachischen güter zu Rachtig einen vertrag, in der art dass diesen von den achtundzwanzig ohm wein die sie jährlich als pacht zu geben haben die hälften nachgelassen wird, wogegen sie auf die zweiundvierzig malter weizen und hafer verzichten die ihnen bisher das deutsche haus [zu Trier] zu liefern hatte. 1254 aug. 6.

Notum' sit universis presentibus et futuris quod frater Conradus preceptor domus Teutonice in Lotoringia cum fratre Frederico de Dille et aliis fratribus eiusdem ordinis concordiam fecerunt cum hominibus feodatis apud Ratiche bonorum et possessionum quondam pertinentium ad monasterium de Gladebach super XLII. maldris siliginis et avene in quibus domus Teutonica dictis feodatis tenebatur annuatim, et XXVIII. amis. vini in quibus dicti feodati annuatim domui Teutonice tenebantur, in hunc modum pacem fecerunt dicte domus ordinis fratres, quod ipsi feodati perpetuo renunciaverunt predictis XLII. maldris siliginis et avene, nullam actionem in posterum habituri super dicta annona contra domum Teutonicam vel fratres eiusdem ordinis. Et cum feodati de Ratiche tenerentur annuatim fratribus domus Teutonice in XXVIII. amis vini, in compensationem annone supradicte dicti feodati de ipso XIII. amas retinebunt, daturi in perpetuum domui annuatim per omnia XIII. amas; et sic omnia iura que debebantur fratribus a feodatis et feodatis a

fratribus domus Teutonice hinc inde cessabunt; nec aliqua inter partes decetero questio orietur. Item feodati convenient in festo beati Johannis baptiste in curte apud Ratiche et accusabunt negligentias culture vinearum; et negligentes subiacebunt satisfactioni solite; et fratres dabunt feodatis sicutlam vini et vi. denariatas panis. Et ut hoc firmum permaneat, presens scriptum inde confectum sigillatum est domine abbatisse de Macra et domus Teutonice munimine sigillorum. Actum anno domini M.CC.LIII, in die beati Syxti.

107. Gottfried abt von Siegburg übergibt dem deutschen orden zu handen des comthurs Werner von Ramersdorf güter zu Birgel und Muffendorf, mit derselben verpflichtung wie sie bisher ritter Diederich von Muffendorf zu lehen gehabt. 1254 oct. 18.

Omnibus presens scriptum inspecturis. Godefridus dei gratia humilis Sibergensis abbas fidem subsequentibus adhibere. Pro eternitatis intentione militantibus in domibus religiosis, ut assequi valeant in hiis que temporaliter humanitati competit rationabile promotionis incrementum, a diligentibus deum favoris plenitudo debetur et gratia copiosa. Inde est quod nos feodalia bona sita in Birgele et in Muffendorf, que a nobis tenuit Theodericus miles dictus de Muffendorf villa predicta, concessimus domui Theutonice in manus directi in Christo fratris Werner, qui predictam domum Theutonicam apud Rumirsdorp nunc optinet commendatam, cum omni iure quo ipse Theodericus miles iam dictus ea bona prius a nobis tenebat et ab eo receperimus nomine iuris quod vulgo hergewede dicitur, quod semper ad novi heredis institutionem nobis et successoribus nostris in perpetuum debetur; cum distinctione tali, ut hoc a domo non peccatur, nisi eo qui bona recepit moriente. Nos vero loco fratris defuncti sepedicta bona alteri fratrū porrígēmus, cuicunque petierit ille qui tunc pro tempore iam dictam domum suscepit commendatam, qui et nobis et successoribus nostris qui pro tempore fuerint, ut salvum sit per omnia monasterio nostro ius suum homagii, iure fidelitatis faciet iuramentum; quod nunc etiam receperimus ab eodem. Acta sunt hec presentibus iudicibus Sibergensibus, Henrico dicto de Lomere advocate et Richwino sculteto, et scabinis ibidem Richwino, Gerardo quondam villico,

Sibodone, Werner, Henrico quondam advocato, Richwino, Ottone, Valcone et aliis scabinis universis, et ceteris quampluribus fide dignis. Ut autem hec nostre donationis pagina debite firmitatis robur optineat, presens scriptum nostro et dicte domus Theutonicae sigillis fecimus communiri. Datum apud Siberg sub predictorum testimonio, quia hominum nostrorum copiam habere non potuimus. Anno domini M.CC. quinquagesimo quarto, xv. kal. novembr.; regnante rege Wilhelmo et venerabili patre domino Conrado archiepiscopo Coloniensi.

108. Heinrich erwählter bischof von Lüttich bestätigt eine übereinkunft zwischen dem deutschen haus zu Biesen und dem kapitel zu Martinsfuren wegen des zehnten von den wiesen und höfen der commende Petersfuren. Mastricht, 1254 nov. 24.

Henricus dei gratia ecclesie Leodiensis electus. Universitatem presentibus quam futuris presentes litteras inspecturis salutem et rei subscripte cognoscere veritatem. Universitati vestre notum facimus, quod cum inter dilectos nobis in domino . . . commendatorem et fratres hospitalis sancte Marie Theutonicorum in Juncis ex una parte et . . . canonicos ecclesie de Forum sancti Martini nostre dyocesis ex altera super decem garbis quinque siliginis et quinque avene, quas dicti fratres et eorum antecessores ex consuetudine antiqua de decimis dictorum canoniconum in villa de Forum sancti Petri iacentibus recipere consueverant, et super decimatione pratorum et duarum mansionum que dicti fratres in prefata villa de Forum sancti Petri habere noscuntur, questio verteretur: dicte partes propter bonum pacis etc. de nostro eciam assensu et auctoritate amicabiliter de premissis composuerunt; in hunc modum, quod dicti commendator et fratres dictas garbas dictis canoniciis dimiserunt de cetero imperpetuum percipiendas, et pro decimatione pratorum et mansionum predictorum censem annum trium solidorum Leodienium in festo sancti Remigii persolvendum dictis canoniciis et eorum successoribus imperpetuum persolvere repromiserunt, et ita pro huiusmodi censu prata [et] mansiones fratrum predicta cum hortis pomerii atque aliis suis pertinentiis ab omni decimarum specie libera erunt dictis fratribus et eorum successoribus.

bus imperpetuum et exempta; et sic partes predicte ab omni iniuria, si qua super premissis ab alteris alteris hactenus facta, se mutuo omnino absolverunt. Nos igitur dictam compositionem rite factam reputantes, eam approbamus confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat etc. se noverit incursum. In cuius rei testimonium presentem paginam sigilli nostri munimine duximus roboram. Actum presentibus magistro Godefrido arch. Leod., nostro in spiritualibus provisore, magistro Goherto canonico Leod., notario nostro, Thoma canonico Leod., capellano nostro, et aliis quam pluribus. Datum anno incarnationis dominice millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto, VIII. kal. decembris, Traiecti.

109. Heinrich herzog von Lothringen und Brabant beurkundet, dass das deutsche haus zu Beckevoirt ihm weiden zu Nettelsiep und Wanrode überlassen und er dagegen alles was er innerhalb des äussern und innern burggrabens von Beckevoirt besessen nebst dem dortigen hofe und andern besitzungen demselben in tausch übertragen habe. Furen, 1255 ianuar 20.

Henricus dei gracia dux Lotharingie et Brabancie. Universis presentes litteras inspecturis salutem. Universitatem vestram scire volumus, quod cum fratres hospitalis sancte Marie Theutonicorum de Beckenvort nobis pascua apud Netelsiep et herbensem, qui locus Bruel vulgariter nuncupatur, et eciam pascua in territorio de Wanrode iacentia nobis reliquerint tali condicione, ut de ipsis nostram faciamus per omnia voluntatem: nos commutationis titulo quicquid habuimus infra fossata munitionis exterioris et inferioris de Beckenvort cum fossatis utriusque, curte eciam et vivario ibidem, neconon et omnia predia que vulgo nominantur vronde sive utfangh ad ipsos pertinentia, sita in parochia de Beckenvort, reliquimus fratribus prenotatis; volentes ut ipsi suam deinde imperpetuum faciant voluntatem. Insuper sub eodem modo commutationis titulo predia illa que utfangh vocantur, sita in parochia de Kisechem, que quondam fuerunt domine Ide de Hauthugard. bone memorie, ad dictos fratres de Beckenvort volumus pertinere; decernentes ut ipsi de eisdem sicut de prediis suis apud Beckenvort iacentibus ammodo suam per omnia faciant voluntatem. Huic ordinationi, cum fieret,

interfuerunt fideles nostri Henricus de Filvorden dapifer noster, Henricus de Sterkede, milites, Dirkinus et Willelmus de Biverde, villici nostri, Wautelinus de Beckenvort et alii quam plures. Ut autem prelibata a nobis nostrisque successoribus imperpetuum obseruentur inviolabiliter, sigillum nostrum in testimonium et firmitudinem presentibus apposuimus. Datum apud Furam, mense ianuarii, die mercurii ante conversionem sancti Pauli, anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto.

110. Heinrich erwählter bischof von Lüttich nimmt das mit seiner erlaubniss auf einem allod des grafen von Looz errichtete [später vom deutschen haus zu Bernsheim erworbene] spital nebst der kapelle zu Hellensvort in seinen schutz und erlaubt darin gottesdienst zu halten. 1255 iuli 4.

Henricus dei gratia Leodiensis electus. Universis presentes litteras inspecturis in domino salutem cum agnitione veritatis Universitati vestre notum facimus, quod nos hospitale de Hellensvort et oratorium ibidem de licentia nostra constructum in allodio dilecti et fidelis nostri comitis de Los ex donatione viri nobilis fratris eiusdem comitis, G. militis, et ipsius dicti comitis consensu, prout in kartis super hoc confectis vidimus contineri, sub omnipotentis dei, beate Marie virginis, beati Lamberti glorirosi martiris, omnium sociorum et nostram protectionem recipimus, et personas in dicto hospitali commandantes cum omnibus bonis, que in presente possident et in futuro largiente deo licite fuerint adepturi. Damus etiam plenam indulgentiam, ut in dicti hospitalis oratorio divina possint officia cum missarum sollempniis celebrari; inhibentes districtius, ne quis indebita preter nostram auctoritatem predictum hospitale sive personas audeat molestare. Omnibus etiam vere penitentibus et confessis, qui ad hospitale predictum manum porrexerint karitatis, XL. dies de iniunctis sibi penitentiis, vota fracta si ad eadem redierint, offensas patrum et matrum sine iniectione manuum violenta misericorditer relaxamus. Datum in dominica infra octavas beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto.

111. Jacob de Cheles ritter schenkt dem deutschen haus bei Lüttich sein haus genannt de Cheles gelegen zu Lüttich

an der inselbrücke mit allen berechtigungen namentlich  
dem patronat der sankt Andreaskirche daselbst. 1255  
iuli 6.

Universis presentes litteras inspecturis Jacobus miles de Cheles salutem et subscriptam cognoscere veritatem. Universitati omnium et singulorum tenore presentium litterarum protestamur, quod nos in presencia prioris religiosi viri et discreti totiusque capituli beati Egidii iuxta Leod. in honore beate virginis Marie et ob salutem anime nostre predecessorumque nostrorum fratribus hospitalis domus Theutonicorum apud Leodium coram antedicto priore ipsiusque capitulo domum dictam de Cheles sitam in Leodio super Mosam iuxta pontem de yle cum omnibus suis appendentiis, iure videlicet patronatus ecclesie beati Andree in Leod. ac aliis quibusunque appendentiis spiritualibus et secularibus ad nos et ad dictam domum de Cheles de iure prout nobis competit spectantibus, libere et absolute in elemosinam contulimus. Ut autem premissa firma permaneant et rata et inconclusa presentem paginam sigillo antedicti capituli nostro proprio necnon sigillo fratrum antedictorum fecimus communiri. Datum in octava apostolorum Petri et Pauli, II. nonas iulii, anno domini M.CC.L. quinto.

112. Heinrich graf von Salm und Laureta seine gemahlin erben der gräfin Agnes von Bliescastel erklären ihre zustimmung zu der dem deutschen orden gemachten schenkung des patronats von Lössenich. 1255 iuli 15.

Nos Henricus comes et Laureta uxor eius comitissa de Salmis, Metensis diocesis, heredes domine Agnetis comitisse de Castris. Notum facimus universis quod nos donationem iuris patronatus ecclesie de Lussenich cum capellis attimentibus scilicet Ratiche Celtanc et Erdene, Treverensis diocesis, factam per dictam dominam Agnetem comitissam de Castris viris religiosis fratribus domus hospitalis sancte Marie Theuton. ratam habemus et gratam. In cuius rei memoriam sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno domini M.CC.LV., in divisione apostolorum.

113. Agnes gräfin von Bliescastel schwester des verstorbenen grafen Heinrich von Sayn willigt ein in die [von der

gräfin Mathilde von Sayn] dem deutschen orden gemachte schenkung des patronats von Lössenich und der dazu gehörigen kapellen. Trier, 1255 iuli.

Universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, ad quos presentes litere p̄venerint, Agnes comitissa de Castris. Notum esse volumus quod nos ius patronatus ecclesie de Lussenich cum capellis dicte ecclesie attinentibus, scilicet Ratiche Zeltanc et Erdine, Treverensis diocesis, cuius ius patronatus ratione successionis domini Heinrici, fratris nostri quondam comitis Seynensis, ad nos spectare dinoscitur, pro remedio anime pie recordationis predicti domini Heinrici, quondam fratris nostri comitis Seynensis, et animarum parentum nostrorum necnon et nostre libere conferimus et donamus viris religiosis fratribus domus hospitalis sancte Marie Theoth. libere et quiete possidendum. In cuius rei fidem presentem cedulam eisdem conferimus sigilli nostri munimine roboratam. Datum Treveri, anno domini M.CC.LV., mense iulio.

114. Eberhard graf von Eberstein und Adelheid seine gemahlin schwester des verstorbenen grafen Heinrich von Sayn verzichten zu gunsten des deutschen ordens auf das patronat von Lössenich und der dazu gehörigen kapellen.  
1255 aug. 9.

Universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, ad quos presentes litere p̄venerint, Eberhardus comes de Eberstein et Aleydis uxor sua. Notum esse volumus quod nos ius patronatus ecclesie de Lussenich cum capellis eidem attinentibus videlicet Ratiche Celtanc et Erdene, Treverensis diocesis, quod donationi nostre post mortem illustris quondam comitis Henrici Seynensis pie recordationis dinoscitur successisse, pro remedio anime eiusdem comitis pro animabus nostris et parentum nostrorum conferimus libere et donamus viris religiosis fratribus domus hospitalis sancte Marie Theuton. possidendum libere et quiete, consensu ad hoc venerabilis patris domini Ar. Treverensis archiepiscopi accidente. In cuius rei fidem presentem cedulam eisdem conferimus sigillorum nostrorum munimine roboratam. Datum anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto, in vigilia beati Laurentii.

115. Simon graf von Sponheim und Margaretha seine gemahlin geben dem deutschen orden das patronat von Lösenich. 1255 aug. 12.

Universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris,  
ad quos presentes litere pervenerint, Symon comes de Spanheim  
et Margaretha uxor sua. Notum esse volumus quod nos ius pa-  
tronatus ecclesie de Lussenich cum capellis eidem attinentibus  
videlicet Ratiche Celtanc et Erdene Treverensis diocesis, quod  
donationi nostre etc. \*) Datum anno domini M.CC. quinquagesimo  
quinto, pridie idus augusti.

116. Wicker ritter von Weiler und Agnes seine ehwirthin  
verkaufen dem deutschen haus zu Cölm für achtzig mark  
zehn morgen ackerland nebst einer rente von einund-  
vierzig schilling und zwei malter weizen die auf vier und  
einem halben mansus bei Erp haftet und von genannten  
zinspflichtigen einzuliefern ist. 1255 dec.

Nos Wickerus de Wilre miles et Agnes uxor eius legitima.  
Universis presentes litteras inspecturis imperpetuum. Universa  
negotia que perhennem desiderant habere memoriam, litterarum  
debent apicibus ac testimonio communiri. Ad noticiam omnium  
volumus pervenire, quod nos utilitate nostra considerata delibe-  
rato consilio et unaniyi voluntate cum consensu heredum nos-  
trorum videlicet Wickeri Katerine et Ide vendidimus fratribus  
domus Theutonice in Colonia pro octuaginta marcis pecunie  
numerate decem iurnales proprios terre arabilis, item censem  
quadraginta et unius solid. Colon. den. et duorum maldrorum  
tritici mensure Tulpetensis de quatuor mansibus et dimidio sitis  
in campo de Erlepe in festo sancti Martini hiemalis annis sin-  
gulis persolvendis tali modo de hominibus infrascriptis. Theo-  
dericus de Leghenigh miles solvit sex sol. et duos den. et sex  
sumbernos tritici mensure Tulpetensis de sexaginta et quatuor  
iurnalibus domo et area; Henricus dictus Hanegreve sex sol. minus  
den. de triginta iurnalibus domo et area; Arnoldus opilio de Beren-  
rode sex sol. minus den. de xx. et quatuor iurnalibus; Richmudis re-  
licta Hermanni militis de Brucge septem sol. minus ii. den. et qua-  
tuor sumbernos tritici mensure Tulpetensis de quadraginta iur-  
nalibus et area; conventus dominarum de Bottenbrugh quatuor

\*) Wie in der urkunde nr. 114.

sol. de triginta et uno iurnali; Hermannus dictus Schuresac filius Henrici de Disternich dicti Paffe tres sol. et sex den. de viginti octo iurnalibus; Reinerus dictus Beheimere viginti den. de sexdecim iurnalibus et area; Henricus dictus Karitas de Wilre duodecim den. de undecim iurnalibus; Hermannus dictus Genepe de Rumerskirchen sex sol. minus den. de viginti et sex iurnalibus domo et area; ita tamen quod quandocunque aliquis predictorum decesserit vel bona sua de licentia fratrum alienaverit, eorundem successor dabit ius fratribus quod kurmede vulgariter appellatur, et ipsa bona de fratribus recipiet supradictis. Item vendidimus eisdem fratribus ius omagii in subscriptis, videlicet Theoderico milite de Bulenheim qui habet quadraginta tres iurnales domum et aream titulo feodi, Wolbretto dicto Poiz milite qui habet sexdecim iurnales eodem iure, et Reinero dicto Beheimere qui habet sexdecim iurnales consimili iure, qui etiam bona predicta titulo omagii a fratribus recipient memoratis. Preterea vendidimus eisdem quicquid iuris habemus vel habere possumus in pascuis pratis rivulis nemoribus sitis in campo parrochie de Erlepe et in mancipiis ministerialibus feodatariis manentibus in Erlepe vel extra, eo iure quo nos obtinuimus eosdem. Renunciantes tam nos quam heredes nostri prescripti omnibus supradictis in presencia testium subscriptorum, et pretium profitemur predictorum bonorum nobis esse totaliter persolutum et in utilitatem nostram conversum. Ne vero versucia vel calumpnia perversorum hominum ausu temerario infringere audeat supradicta, presentem cedulam domini Conradi archiepiscopi, Gerardi de Wivelenchoven militis fratris predicte Agnetis ac nostro sigillis in perpetuam rei memoriam fecimus communiri. Actum presentibus Henrico de Vrisheim, Gerardo dicto Kerne, Arnoldo de Polle, Gerardo de Dramenstorp, Reinardo de Gerstorp, Wolbretto dicto Poiz, Wolbretto de Grimbergh, militibus; Henrico Hanegreve, Gerardo de Wuensheim, Reinero boemo, Hermanno dicto Genepe de Rumerskirchen et aliis quampluribus. Anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto, mense decembr.

117. Heinrich bischof von Lüttich verordnet, dass dem meister und den brüdern des deutschen ordens aus der von

ihm genehmigten verlegung ihres convents, welcher früher in Biesen bestanden hat, in die stadt Lüttich kein nachtheil entstehen soll, und verfügt über das rechtsverhältniss der in Biesen wohnenden personen. Lüttich, 1256 jan. 25.

Henricus dei gracia Leodiensis electus. Dilectis in Christo magistro et fratribus hospitalis sancte Marie Theotonicorum Jerosolimit. salutem et sinceram in domino charitatem. Cum vos de nostra licentia et assensu conventum vestri ordinis, in Juncis olim constitutum, propter eiusdem ordinis vestri commoda et utilitates in Leodium civitatem nostram transtuleritis, nos nolentes vobis ex huiusmodi translatione preiudicium aliquod generari, vobis auctoritate presentium indulgemus, ut omnibus preventibus atque libertatibus, in dicta domo et loco de Juncis atque capella earumque appenditiis hactenus a vobis possessis, de cetero in perpetum libere ac pacifice gaudеatis; statuentes ut qualescumque persone infra septa dicti loci vestri de Juncis ex parte vestra constiterint, dum tamen honeste sint et religiose, vobis et vestris capellani in dicta capella vestra de Juncis consistentibus tam in spiritualibus quam in temporalibus subsint pleno iure. In cuius rei testimonium presentes litteras sigilli nostri munimine duximus roborandas. Datum Leodii, in conversione beati Pauli apostoli, anno domini M.CC.LV.

118. Heinrich von Gerstorp ritter verzichtet auf die dem deutschen orden zugetheilten güter der eheleute Sibert und Gisela von Neuss. Im dom zu Cöln, 1256 april 6.

Ego Henricus de Gerstorp miles universis presentes litteras inspecturis notum facio, quod ego renunciavi pro me et meis heredibus simpliciter et absolute omnibus bonis que Sibertus et uxor eius Gisela cives Nuxienses fratribus domus Theutonice pro animarum suarum remedio contulerant liberaliter possidenda; hiis videlicet, curti que dicitur Birke site in parrochia Greverode cum suis attinenciis et iuribus attinentibus, item redditibus quatuor marcarum solvendis in civitate Nuxien., item dimidie marce in Merkenigh persolvende, item curti in Kassele cum suis attinenciis, item curti in Grimbretzhusen site in parochia Quinheim, item quadraginta quinque iugeribus agrorum sitis in campo Nuxien., item decime viginti quatuor iugerum ibidem,

item decime in Uphoven, item redditibus sex solid. in Bilke, item redditibus triginta duorum den. in Merdunc solvendorum, item domui quam iidem S. et G. inhabitabant ante et retro sicut sita est cum pomerio, et ceteris bonis omnibus que sepedicti Sibertus et Gisela possidebant de iure vel debuerant possidere. Renunciavi etiam omni actioni seu iuri, que vel quod michi vel meis competit vel competere posset in bonis superius prenotatis, ad manus fratrum domus Theutonice supradicte; et iidem fratres versa vice renunciaverunt omni rancori et iniurie sibi facte. Ne vero super hiis aliqua dubitacionis vel questionis materia posset in posterum suboriri, tam ad preces meas quam fratrum domus predice domini . . archiepiscopi Coloniensis, Walarami fratris . . comitis Juliacensis et Ottonis de Wickerode virorum nobilium sigillis est presens cedula communita. Actum et datum Colonie in maiori ecclesia; presentibus predictis Wal. et Ot., Theoderico de Brakele, Henrico burgravio de Hoinstaden, Rutgero de Baren, Godefrido et fratre suo de Huhelhoven, Enffrido de Kurmen, Reinardo fratre meo, Gerardo de Wivellenchoven, Winemaro de Gerstorp, Gerardo Longo de Colonia, Hermanno dicto Scherfgin, Petro teloneario de Grue, militibus; item fratre Richolfo sacerdote, Waltero commendatore de Confluencia, Henrico commendatore de Colonia, Ortwino, Winrico et Pagino, fratribus domus Theutonice, et aliis quampluribus; anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto, feria quinta ante palmas.

119. Arnold erzbischof von Trier, in betracht dass die deutschordensbrüder alles was sie haben dem dienst des herrn widmen, ihn in seinen gliedern, den armen nämlich, aufnehmen pflegen und trösten, dabei noch sorgen für den unterhalt ihrer brüder über meer, und dass sie zu so viel werken der liebe viel bedürfen, bestätigt ihnen das patronat der kirche zu Lössenich und der kapellen zu Rachtig Zeltingen und Erden, in der weise dass die ein künfte derselben nach abzug der ausgaben für den dabei fungirenden priester ihnen gehören, mit der ermahnung iedoch dass die seelsorge in keinerlei weise vernachlässigt werde. Trier, 1256 iuli 29.

Arnoldus dei gracia Trevirorum archiepiscopus viris religiosis in Christo karissimis magistro et fratribus hospitalis sancte Marie domus Thetonice salutem in domino. Quoniam ea

que possidentur a vobis deputata sunt servicio crucifixi, quem et in membris suis videlicet pauperibus hospitalitatis gracia infirmorum cura et multipli consolatione misericorditer recipitis ac foveatis, nichilominus fratribus vestris transmarinis necessaria ministrando, considerantes quod ad tanta pietatis opera pluribus indigetis, ecclesiam parochialem nostre diocesis in Lussenich cum capellis attinentibus eidem videlicet Rathiche Celtanch et Erdine, cuius patronatus benigna devocione patronorum vobis dinoscitur esse collatum, de consensu capituli nostri et archydyaconi loci domui vestre conferimus et donamus; ita videlicet, ut cum obmiserit se facultas et qui loco pastoris habetur eam desierit possidere, fructus eiusdem qui super necessitatem deservientis persone proveniunt vestris usibus applicentur; nichilominus districte provideri volentes, ne cura animarum in ea aliquatenus negligatur, et tanta deservienti porcio assignetur ut de iure suo archiepiscopis et archydyaconis sufficienter valeat responderi. In cuius rei testimonium et perpetuam firmitatem presens instrumentum nostro sigillo et capituli Trevirensis necnon archydiaconi loci vobis tradimus communitum. Datum Treveri, anno domini M.CC.L.VI., quarto kal. augusti.

120. Johann graf von Sponheim neffe des verstorbenen grafen Heinrich von Sayn schenkt seiner seits dem deutschen orden das patronat von Lössenich. 1256 iuli 29.

Universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, ad quos presentes litere pervenerint, Johannes comes de Sponheim. Notum esse volumus quod nos ius patronatus ecclesie de Lussenich cum capellis eidem attinentibus videlicet Ratiche Celtanch et Erdene Treverensis diocesis, quod ad donationem nostram per mortem illustris quandam comitis Henrici Seynensis avunculi nostri pie recordationis ex causa successionis dinoscitur pertinere, pro remedio anime eiusdem comitis pro anima nostra et parentum nostrorum conferimus libere et donamus viris religiosis fratribus hospitalis sancte Marie Theutonice possidendum libere et quiete, consensu venerabilis patris domini A. Treverensis archiepiscopi ad hoc accedente. In cuius rei fidem presentem cedulam eisdem conferimus sigilli nostri munimine roboratam. Datum anno domini millesimo ducentesimo CC.LVI., III. kal. augusti.

121. Gerlach von Limburg und Imagina seine gemahlin genehmigen die von der gräfin von Bliescastel dem deutschen orden gemachte schenkung des patronats von Lössenich. 1256 aug.

Noverint universi presentium inspectores tam presentes quam futuri quod nos Gerlacus et Imagina uxor nostra de Lympurg concessionem seu donationem ecclesie de Lussenich et capellarum eidem ecclesie attinentium scilicet Ratiche Celtanc et Erdene Treverensis diocesis, quas Agnes comitissa de Castris domina nostra viris religiosis fratribus domus hospitalis sancte Marie Theuton. libere contulit et donavit, ratam habemus nec ipsam donationem ullo tempore postfuturo contendimus revocare, sensu libero renuntiantes in communi donationi prefate. In cuius rei robur perpetuum presentes litteras fratribus predictis conferimus sigilli nostri munimine roboratas. Actum anno domini M.CC.LVI., mense augusto.

122. Conrad erzbischof von Cöln beurkundet dass das deutsche haus zu Cöln in tausch gegen einen hof zu Erp und die baare summe von zweihundertvierzig mark vom ritter Diederich zu Richemülheim seinen dortigen hof nebst der gerichtsbarkeit dem patronat dem zehnten etc. erworben habe. 1256.

X

Conradus dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus Italie archicancellarius. Omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis cognoscere veritatem. Ut futuris obvietur calumpniis et scripture testimonio veritas elucescat, notum esse volumus tam futuris quam presentibus, quod inter dilectos in Christo Henricum commendatorem et fratres domus Theutonice ad sanctam Caterinam in Colonia commorantes, accedente voluntate et licentia fratris Walteri commendatoris de Confluentia superioris predictorum fratrum, ex parte una ac Theodericum filium quondam Willelmi militis de Richemulnheim fidelem nostrum ex altera spontaneum concambium seu bonorum commutatio huiusmodi intervenit; quod videlicet antedicti commendator et fratres bona sua curiam scilicet cum edificiis in villa Erlepe et trecenta et quinque iugera terre arabilis et trium marcarum et dimidie redditus et ad hec ducentas et quadraginta marcas prompte pecunie superadditas memorato Th. dererunt, super hiis bonis ad manus eiusdem Th. renunciantes

et penitus effestucantes. Sepefatus vero Th. omnia bona sua quecunque habuit in sua proprietate seu possessione tam in predicta villa Richemulnheim quam in campus ibidem, curiam videlicet cum edificiis, decimam cum ecclesia, quatuor marcarum et dimidie redditus, et homines, trecenta iugera terre arabilis minus viginti et novem iugeribus, quinquaginta iugera nemoris, quatuor iugera vinee, piscinam prata iura iudicia, cum omnibus attinentiis sicut sui tenuerant progenitores et ipse ex successione suorum progenitorum in sua proprietate vel possessione tenebat, tradidit econverso et remisit cum uxore sua Sigewige ac aliis subnotatis, qui similiter se ius habere dicebant, commendatori et fratribus supradictis. Super hiis etiam bonis idem Th. cum predicta uxore sua et cum filiabus fratris sui Hermanni defuncti, scilicet Hildegunde et marito suo Luf de Bozheim, Guda et marito suo Reymero de Vlizstede, Christina et marito suo Adam loci eiusdem, et ad hoc cum duobus fratribus suis scilicet Johanne monacho de Siberg et Willelmo canonico de Martiribus ac aliis coheredibus suis, ad manus sepedictorum commendatoris et fratum renunciavit penitus et effestucavit. Nos autem dictum concambium seu commutationem predictorum bonorum, considerantes a predictis hinc inde rite atque spontanee esse factam, ad utriusque partis instantiam gratam et ratam tenentes et approbantes confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et nostram se noverit incursum. Testes facti huius sunt Embrico abbas sancti Pantaleonis, Henricus sancti Severini et Henricus sanctorum apostolorum in Colonia prepositi, Philippus maioris ecclesie et Willelmus ss. apostolorum thesaurarii, Johannes de Lovenich ss. apostolorum et Theodericus Scherfgin sancti Georgii canonici; item Hermannus Scherfgin senior et Hermannus filius suus, Wericus scolthetus de Legnich, Arnoldus de Wizzirsheim, Reynerus Grin, Loth. de Trevenztorp, Hermannus de Lovenich, Gerardus de Belle, Hermannus et Gobelinus fratres de Dorne, Ricolfus de Stozheim, Godefridus camerarius, Ludewicus filius H. pincerne de Are, milites, Antonius de Bachem, Henricus de

Hurthe, Nicolaus de Vrisheim et quamplures alii nostri fideles. In predictorum itaque testimonium et firmitatem perpetuam supradicti abbas et prepositi ac thesaurarius maioris ecclesie ab utrisque rogati partibus sigilla sua una cum nostro sigillo presenti page appenderunt. Actum anno domini millesimo CCL. sexto.

123. Pabst Alexander IV. bestätigt dem deutschen orden das ihm von herzog Heinrich von Brabant [am 3. februar 1225] geschenkte patronat der kirchen zu Montenake und Wilre. Im Lateran, 1257 märz 8.

Alexander episcopus etc. Dilectis filiis . . magistro et fratribus hospitalis sancte Marie Theutonicorum Jerusalemitan. Cum a nobis petitur quod iustum est etc. Exhibita quidem nobis vestra petitio continebat, quod clare memorie H. dux Brabantie ius patronatus, quod ad eum in de Montenake et de Wilre ecclesiis, Leodiensis diocesis, tunc spectabat, de consensu . . diocesani loci vobis et hospitali vestro pia et provida liberalitate concessit, prout in litteris eius confectis exinde plenus dicitur contineri. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati, quod ab eodem duce super hoc pie ac provide factum est, ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocino communimus. Nulli ergo omnino hominum etc. se noverit incursum. Datum Lateran., VIII. id. martii, pontificatus nostri anno tertio.

124. Pabst Alexander IV. bestätigt dem deutschen orden das ihm vom grafen Arnold von Looz geschenkte patronat der kirche zu Repen. Im Lateran, 1257 märz 12.

Alexander episcopus etc. Dilectis filiis . . magistro et fratribus hospitalis sancte Marie Theutonicorum Jerusalemitan. Cum a nobis petitur etc. Exhibita siquidem nobis vestra petitio continebat, quod quondam Arnulfus comes de Los ius patronatus ecclesie de Ripen Leodiensis diocesis, quod tunc spectabat ad eum, de consensu diocesani loci vobis et hospitali vestro pia et provida liberalitate concessit prout in litteris eius confectis exinde plenus dinoscitur contineri. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati, quod ab eodem comite super hoc pie ac

provide factum est etc. confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino etc. Datum Lateran., III. id. martii, pontificatus nostri anno tertio.

125. Gerard dechant zu Jülich und Gottfried pfarrer zu Aldenhoven beurkunden, dass Winmar von Buslar dem deutschen haus zu Siersdorf für zwölf mark neun morgen land zu Wolfhagen gelegen verkauft und dieselben für den iährlichen zns von sechs malter weizen in erb-pacht zurückerhalten habe. 1257 aug. 15.

Universis sancte matris ecclesie filiis presentem litteram inspecturis. Gerardus dei gratia Juliacensis capituli decanus et Godefridus plebanus in Aldenhoven perpetuum valorem presentium scripturarum. Ad inprimendam memoriam presentium futuri temporis hominibus rescripta que ipsorum contineant acta debent conficere, ne si gesta eorum scriptis committere neglexerint negligentiam ipsorum incuset ignorantia futurorum. Noverit igitur tam presentium quam futurorum discretio quod Winmarus de Buslar vendidit fratribus domus Theutonice in Seyrsdorp sine alicuius contradictione novem iurnales ab omni debito liberos et solutos, sitos apud locum qui dicitur Wolfhagene, pro duodecim marcis Colon. denariorum tribus solidis minus; quos idem W. ab ipsis recepit fratribus in annua pensione, videlicet pro sex maldris siliginis, ipsa siligo probata in uno denario, prout melior in dicta villa venalis poterit reperiri, quam dictus W. fratribus predictis annis singulis scilicet in vigilia beati Remigii sine difficultate qualibet presentabit; tali tamen apposita cautione, quod si prenotatus W. de iam dicto termino usque ad octav. dictam pensionem integraliter non persolverit, nequaquam ipsum ulterior excusat dilatio, sed dicti iurnales ab illa die inantea in sepredictorum fratrum erunt libera potestate, cum ipsis integraliter facientes quecumque ipsorum videtur competere voluntati. Et ne postmodum sepredictis fratribus grandis possit oriri calumpnia, petierunt ea a nobis ad maiorem certitudinem et in testimonium sigillorum nostrorum appendicio roborari. Affuerunt cum ista fieret venditio, Cuno capellanus supradicti plebani de Aldenhoven, Makarius miles de Buslar, Wilhelmus de Sleiden, Harpernus de Sleiden, Wilhelmus dictus Sevinvart, Wilhelmus carnifex, Tilmannus textor, Henricus Huf,

Anselmus sutor, Henricus de Aquis; quorum nomina sunt in presenti littera subarrata. Datum anno gratie M.CC. quinquagesimo septimo, ipsa die assumptionis Marie virginis.

126. Gerard genannt der kleine, ritter von Moresberc, verspricht mit zustimmung seiner gemahlin Adelheid, seine dem deutschen haus [zu Saarbrücken] verkauften güter in Engelwilre Brulingen und Guntermingen binnen iahresfrist, von weihnachten an gerechnet, von den Templern denen er sie für zwanzig Metzer pfund verpfändet einzulösen und stellt zu grösserer sicherheit seine güter zu Nuswilre und Hundelingen zum unterpfand. 1257 nov. 1.

Ego Gerardus dictus parvus miles de Moresberc notum facio universis presentes litteras inspecturis quod ego de bona voluntate et assensu Adeleydis uxoris mee a nativitate domini proxima ventura in annum bona ad me spectancia in Engeswilre, Brulingon et Guntermingon, que fratribus de domo Theotunica vendidi, liberare et absolvere teneor a Templariis quibus dicta bona sunt pro viginti libris Meten. obligata et ab aliis quibuscunque. Et quantum de iure teneor dictis fratribus Theotunicis dicta bona garantizare promisi. Et ut de hoc faciendo dictos fratres Theotunicos faciam certiores, ego bona mea in Nuswilre et in Hundelingon universaliter in silvis hominibus et omnibus aliis ad me spectancia protinus in eorum pono sasitiam, tali modo quod si bona supradicta de Engelwilre, Brulingon et Guntermingon non liberavero sicut teneor infra terminum supradictum, ego dicta bona in Nuswilre et in Hundelingon de assensu Adeleydis uxoris mee supradicte libere et absolute in elemosinam integraliter eisdem fratribus Theotunicis confero ab eis perpetuo possidenda. Verum si dicta bona de Engelwilre, Brulingon et Guntermingon liberavero sicut teneor infra terminum supradictum, dicta bona de Nuswilre et Hundelingon ad me et ad Adeleydim uxorem meam supradictam libere et integraliter revertentur. Que tamen, quicquid acciderit de predictis, ego post meum et Adeleydis uxoris mee obitum de voluntate eiusdem uxoris mee sepedictis fratribus Theotunicis in elemosinam confero pro nostrarum salute et remedio animarum. In cuius rei testimonium sigillum nobilis domine Lorate comitis Sarepontensis una cum sigillo venerabilis viri Stephani,

Nuhuzen. prepositi, ad petitionem meam et Adeleydis uxoris mee  
predicte presentibus litteris est appensum. Actum anno domini  
M.CC.L. septimo, in festo omnium sanctorum.

127. Johann von Apia custos und archidiaconus von Lüttich  
beurkundet dass ritter Johann von Merbeke sich mit  
dem deutschen haus zu Beckenvort in der weise ver-  
gleicht dass er seinen antheil am novalzehnten in Becke-  
voirt auf lebenszeit behält auf alles aber was er innerhalb  
der burggräben daselbst besitzt und auf die mühle zu  
Mitsbeke verzichtet wogegen ihm sieben morgen wald im  
Niederbusch abgetreten werden. 1258 april 28.

Johannes de Apia dei gratia archidyaconus et custos ecc-  
lesie Leodiensis. Universis presentes litteras visuris salutem in  
domino sempiternam. Vestre universitati notum facimus et pre-  
sentibus protestamur, quod constituti coram nobis tamquam  
ordinario loci commendator et fratres hospitalis sancte Marie  
Theutonicorum in Beckenvort ex una parte et Johannes miles  
dictus de Merbeke ex altera nobis humiliter supplicarunt, qua-  
tinus compositionem quandam factam inter eos, videlicet anno  
domini M.CC.XLIII. in festo sancti Mathie, super parte decima-  
rum novalium ipsum Johannem ut dicitur contingente infra par-  
rochiam suam de Beckenvort iacentium, ac permutationem quan-  
dam inter eosdem super rebus quibusdam inferius contentis  
celebratam, in scripturam hanc publicam ab ipsis redactas sigillo  
nostro publicare et sigillare curaremus. Cuiusmodi compositio  
talis est, quod dicti fratres dicto Johanni dictas novalium deci-  
mas quamdiu ipse solum vixerit voluntarie dimiserunt et con-  
cesserunt, ita quod eodem decime statim post mortem ipsius  
Johannis ad ipsos fratres et ad eorum ecclesiam supradictam  
integraliter revertantur. Pro quo ipse Johannes eisdem fratribus  
quoad vixerit dimidium modium siliginis et dimidium avene bladi  
pagabilis quale crescit in Beckenvort singulis annis in festo sancti An-  
dere per mensuram de Disth apud Beckenvort solvere et dare tenebitur.  
Post mortem vero ipsius Johannis nullus heredum vel successo-  
rum eius imperpetuum in dictis decimis aliquid iuris sibi vendicabit,  
sed ipsi fratres in quieta possessione perpetuo manebunt. Permutatio  
autem hec est, quod dictus Johannes omne ius sive dominium  
quod ipse in curia de Beckenvort infra fossatum munitionis

exterioris vel interioris de Beckenvort et in ipsis fossatis et vivario quod dictam curiam munit et in parte circumcingit, itemque ius omne quod in molendino et vivario de Mitsbeke ac in pertinentiis premissorum omnium habebat vel habere videbatur, de voluntate et consensu Elizabet uxoris sue pro septem iurinalibus silve allodialis nuncupate Nederbosgh iacentis inter locum qui dicitur Helebochen et Sconerboken, que dicti fratres ad voluntatem suam eidem assignarunt, permutavit eisdem fratribus et donavit. Et ut iidem fratres hiis rebus per contractum huiusmodi ad ipsos devolutis securi omnino existerent, cavit eis dictus Johannes de evictione et hoc de voluntate uxoris sue et consensu, cautione scilicet trium bonniorum terre arabilis et allodialis in territorio et districtu ville de Warsbeke iacentis; ita quidem quod quoadusque dictus Johannes predictis fratribus de bonis suprascriptis apud dominos a quibus predicta bona dependent et a quibus ea quocunque titulo tenet satisfecerit et in eisdem ipsos investierit competenter, predicta tria bonnaria remanebunt predictis fratribus obligata, nec aliquis heredum vel successorum ipsius Johannis de eadem terra quicquam sibi iuris vendicabit; ita etiam quod nec dictus Johannes nec aliquis heredum ipsius ab hac die inantea dictam terram vendere donare obligare seu alio quocunque modo vel contractu medio tempore alienare poterunt nec debebunt. Cum autem sepedictus Johannes fratribus antedictis super premissis satisfecerit sicut superiorius est expressum, dicta tria bonnaria terre ad ipsum et suos heredes libere revertentur. Nos igitur precibus ipsorum humiliter inclinati presens instrumentum sigilli nostri robore duximus muniendum. Datum anno domini M.CC.LVIII., dominica qua cantatur Vocem iucunditatis.

128. Pabst Alexander IV. gestattet den deutschordensbrüdern, den diözesanbischöfen brüder ihres ordens und geeignete weltgeistliche die bei ihnen ihren tisch haben und bei ihnen wohnen für ihre kirchen zu präsentiren. Viterbo, 1258 iuni 9.\*)

Alexander episcopus etc. Dilectis filiis . . magistro et fratribus hospitalis sancte Marie Theutonicorum Jerosolimitan.

\*) Vergl. Alexander's schreiben an die bischöfe bd. 1 s. 165.

salutem etc. Justis petentium desideriis etc. Ex parte siquidem vestra fuit propositum coram nobis, quod cum vos ad ecclesias ad vos spectantes cum eas vacare contingit interdum fratres vestri ordinis plerumque vero idoneos clericos seculares, qui vobiscum in vestris domibus commorantes in mensa vestra comedant et dormiant in vestro dormitorio, diocesanis episcopis prout ad vos pertinet presentetis, quidam ipsorum eos admittere prosue voluntatis arbitrio contradicunt, nisi tantum eis de ipsorum proventibus assignetis quod sibi et suis extra domus vestras morantibus plene sufficiat, hospitalitatem observent et de iuriis episcopalibus diocesanis episcopis integre studeant respondere; quanquam vos hospitalitatem servetis ac illis de ipsis iuriis sitis respondere parati. Quare pro vobis fuit nobis humiliter supplicatum, ut cum propter hoc eadem ecclesie debitum obsequiis defraudentur et vobis magnum immineat detrimentum, providere super hiis misericorditer dignaremur. Vestris igitur supplicationibus benignum impertientes assensum, presentium vobis auctoritate concedimus ut huiusmodi personas idoneas prefatis diocesanis ad easdem ecclesias vobis liceat presentare, dummodo dicte ecclesie nullum defectum in divinis officiis patientur et de premissis iuribus faciatis locorum episcopis plenarie responderi. Nulli ergo etc. Datum Viterpii, v. id. iunii, pontificatus nostri anno quarto.

129. Gottfried graf von Arnsberg und Adelheid seine gemahlin, Engelbert graf von der Mark und Kunegunde seine gemahlin verzichten zu gunsten des deutschen ordens auf das patronat von Lössenich. 1258 iuni.

Universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris ad quos presentes littere pervenerint. Nos Godefridus comes in Arnesberg cum uxore nostra Alheydi et nos Engelbertus comes de Marcha cum uxore nostra Cunegundi. Notum esse volumus quod nos ius patronatus ecclesie de Lussenich cum capellis eidem attinentibus videlicet Rateche Celtanch et Erdene Treverensis diocesis, quod ad donationem nostram post mortem illustris viri quondam comitis Heynrici Seynensis pie recordationis ex causa successionis dinoscitur pertinere, pro remedio anime eius comitis pro anima nostra et parentum nostrorum conferimus et

donamus libere et quiete viris religiosis fratibus domus hospitalis sancte Marie Theotonicorum possidendum. In cuius rei fidem presentem cedulam eisdem fratibus conferimus sigilli nostri munimine roboratam. Datum anno domini M.CC.LVIII., mense iunii.

130. Friedrich herr zu Blankenheim und Mechtild seine gemahlin erben der gräfin Agnes von Bliescastel genehmigen die dem deutschen orden gemachte schenkung des patronats von Lössenich. 1258 iuni.

Nos Fr. dominus de Blankenheym et Meitildis uxor eius heredes domine Agnetis comitis de Castris. Notum facimus universis quod nos donationem iuris patronatus ecclesie de Lussenich cum capellis attinentibus scilicet Rateche Celtanch et Erdene Treverensis diocesis, factam per dictam dominam Agnetem comitissam de Castris viris religiosis fratibus domus hospitalis sancte Marie Theot. ratam habemus et gratam. In cuius rei memoriam sigilla nostra literis presentibus sunt appensa. Datum anno domini M.CC.LVIII., mense iunii.

131. Balduin official von Lüttich beurkundet dass Sophie edelfräulein von Beek canonissin zu Gerresheim unter vorbehalt einer leibrente von dreissig schilling, haftend auf sechs bonnaren land am fluss Glene gelegen, zu gunsten des deutschen hauses zu Lüttich auf alles recht an den güttern ihrer eltern und geschwister verzichtet hat. 1258 aug. 30.

Balduinus canonicus et officialis Leodiensis universis tam presentibus quam futuris presentes litteras inspecturis rei subscripte cognoscere veritatem. Noverit universitas vestra, quod constitutis in nostra presentia . . fratibus hospitalis sancte Marie Theutonicorum in Leodio ex una parte et Sophya dicta de Beke filia nobilis viri Wilhelmi olim advocati de Beke canonica ecclesie de Geringheim ex altera, ipsa S. omne ius quod eam contingebat vel contingere poterat, quod ad eam spectabat et spectare poterat et in futurum spectare posset, in bonis omnibus mobilibus et immobilibus presentibus et futuris ex parte parentum suorum fratrum quam et sororum suarum provenientibus et proventuris ob remedium anime sue ac suorum predecessorum obtulit et donavit donatione sollempni inter vivos

pure et simpliciter in elemosinam puram et perpetuam ordini et domui dictorum fratrum, et ipsa bona in manus fratribus Henrici de Here presbiteri, ex parte ipsorum fratrum ad hoc deputati, ad opus dicti et eorundem fratrum coram nobis reportavit. Hoc tamen salvo, quod dicti fratres eidem S. de sex bonuariis terre arabilis bonorum immobilium supradictorum iuxta Gleve fluvium iacentibus, que terra allodialis dicitur et que vulgariter mansus nuncupatur, annuatim quoad vixerit triginta solidos Colonien. denariorum nomine pensionis exhibebunt; quos singulis annis in festo omnium sanctorum suis propriis expensis ad domum suam in Colonia eidem transmittent et illos ibidem ei persolvant. A cuius pensionis solutione post mortem ipsius S. ipsi fratres erunt penitus absoluti, et terra ipsa domui sue libera et absoluta remanebit ex collatione predicta. Acta sunt hec presentibus venerabilibus viris magistro Willelmo decano ecclesie sancti Martini et magistro Godefrido decano ecclesie sancte crucis Leodien., Otthelino tabellione curie Leodiensis, fratre Paulo presbitero, fratre Henrico de Here presbitero et fratre Waltero dicto Scoupe, fratribus dicte domus. In cuius rei testimonium presentibus litteris per manum Petri dicti Pica tabellionis iurati dicte curie Leod. conscriptis ad petitionem dicti S. sigillum officialic. Leodien. duximus apponendum. Datum III. kal. septembris, anno domini M.CC.L octavo.

132. Pabst Alexander IV. bestätigt dem deutschen orden das ihm von ritter Sifrid von Hoheneck und Heinrich dessen neffen geschenkte patronat der kirche zu Ramstein und der dazu gehörigen kapellen zu Weilerbach und Spesbach. Anagni, 1258 oct. 31.

Alexander episcopus etc. Dilectis filiis . . magistro et fratribus hospitalis sancte Marie Theutonicorum Jerosolimitan. salutem etc. Justis petentium desideriis etc. Exhibita siquidem nobis vestra petitio continebat, quod dilecti filii nobiles viri Sifridus dominus de Hoyneke et Henricus nepos eius, Warmatiensis diocesis, ius patronatus ecclesie de Ramesten et de Wilrebach ac Spesbach capellarum ad eam spectantium, Maguntini diocesis, quod tunc pertinebat ad eos, liberalitate pia et provida contulerunt, venerabili fratre nostro archiepiscopo Maguntino loci diocesano postmodum ad hoc suum adhibente assensum;

prout in patentibus litteris confectis exinde plenius dicitur contineri. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati, quod super premissis provide factum est, ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus etc. Nulli ergo omnino etc. Datum Anagnie, II. kal. novembr., pontificatus nostri anno quarto.

133. Gertrud abtissin von Gerresheim genehmigt die verzichtleistung des edelfräuleins Sophie von Beek zu gunsten des deutschen hauses zu Lüttich. 1258 nov. 2.

Gertrudis dei gratia abbatissa totusque conventus monasterii de Gerdingsheim universis tam presentibus quam futuris presens scriptum visuris salutem in vero salutari. Noverint universi ac singuli, quod cum Sophia de Beke filia nobilis viri Willelmi advocati olim de Beke concanonica nostra . . commendatori et fratribus hospitalis sancte Marie Teuth. in Leodio omnia bona mobilia et immobilia successione hereditaria eam contingentia contulit secundum quod in litteris domini . . officialis Leod. de hoc confectis vidimus contineri; quarum litterarum tenor talis est.

B. canonicus et officialis Leod universis etc. Noverit universitas vestra, quod constitutis in nostra presentia etc. \*) Datum III. kal. septembbris, anno domini M.CC.LVIII.

Nos presentibus litteris nostris confitemur expresse, quod ipsa Sophia hoc fecit licentia a nobis prius petita et optenta, dictamque collationem assensu unanimi approbamus et ratificamus. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillorum nostrorum munimine duximus roborandas. Datum in crastino omnium sanctorum, anno domini M.CC. quinquagesimo octavo.

134. Pabst Alexander IV. bestätigt die von den gräfinnen von Bliescastel und von Eberstein dem deutschen orden gemachte schenkung des patronats der kirche zu Lössenich und der kapellen zu Rachtig Zeltingen und Erden. Anagni, 1258 nov. 8.

Alexander episcopus etc. Dilectis filiis . . magistro et fratribus hospitalis sancte Marie Theuton. Jerosolimitan. salutem etc. Cum a nobis petitur etc. Sane petitio vestra nobis exhibita continebat, quod dilecte in Christo filie nobiles mulieres, . . de

\*) Wie in der urkunde nr. 131.

Castele et . . de Ebersten comitisse et heredes quondam . . comitis Seynensis, ius patronatus ecclesie de Lussenich et de Rateche de Celthanc et de Erdene capellarum ab illa dependentium Treverensis diocesis, quod tunc communiter spectabat ad eas, vobis et hospitali vestro de assensu diocesani et archidiaconi loci pia et provida liberalitate donarunt, prout in patentibus litteris earum confectis exinde plenius dicitur contineri. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati, quod ab eis in hac parte pie ac provide factum est, ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus etc. Datum Anagnie, vi. id. novembr., pontificatus nostri anno quarto.

135. Pabst Alexander IV. verleiht der deutschordenskirche zu Luxemburg einen ablass. Anagni, 1258 nov. 9.

Alexander episcopus etc. Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem etc. Vite perennis gloria etc. Rogamus itaque universitatem vestram et hortamur in domino, in remissionem vobis peccaminum iniungentes, quatinus ad ecclesiam hospitalis sancte Marie Theotonicorum in Lucelburch Treverensis diocesis, que in honorem beate Elysabeth constructa esse dinoscitur, imploraturi a domino delictorum veniam in humilitate spiritus accedatis. Nos enim etc. omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad ecclesiam ipsam in festis ipsius sancte ac in anniversario die dedicationis eiusdem ecclesie causa devotionis accesserint annuatim, centum dies de iniuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus. Datum Anagnie, v. idus novembr., pontificatus nostri anno quarto.

136. Bartholomäus der erzpriester Hezel der schultheiss und die bürger von Saarburg insgesamt beurkunden, dass Bertram von Hanewilre dem deutschen haus zu Saarburg zwölf lehen zu Irgesingen nebst andern besitzungen und zinsen zu Helmeringen Lörechingen und Irgesingen verkauft hat. 1258 nov. 16.

Bartholomeus archipresbiter de Sarburch, Hezel scultetus et universitas burgensium eiusdem loci omnibus hoc scriptum intuentibus salutem in domino. Noverint universi quod Berthrammus de Hanewilre vendidit fratribus hospitalis sancte Marie domus

Theutonicorum de Sarburch duodecim feoda que in materna lingua lehen appellamus, sita apud Irgesingen, de quorum quolibet feodo tenentur dare dictis fratribus hospitalis annuatim dimidium summerinum avene duos denarios et unum pullum. Item vendidit duos solidos denariorum, qui debent dari annuatim de quibusdam nemoribus apud Irgesingen noviter extirpatis; item quandam ortum situm in villa Helmeringen. Insuper vendidit eisdem fratribus tres denariatas pratorum que sunt sita penes molendinum infra villam Helmeringen et Lorechingen, de quibus tenentur dare dicti fratres singulis annis cenobio de Alta silva solidum denariorum in remedio animarum. Predicta bona vendidit memoratus Berthrammus de Hanewilre fratribus antedictis quiete pacifice et sine contradictione omnium hereditario iure ac proprietario, prout ipse dicta bona possedit, habenda fruenda in perpetuum et possidenda. Huic vendicioni affuerunt B. archipresbiter de Sarburch antedictus, dominus Petrus decanus, dominus Hugo dictus Bozschart, dominus Henricus Stanga, canonici ecclesie beati Stephani in Sarburch, dominus Johannes miles dictus Roufestecho, Wiricus Vogelhunt et filius eius Johannes, Folmarus Blenschart, Godefridus rufus, Godefridus Pruesin, Folmarus dictus Cluz, Hugo de ultra Saram et alii quamplures discreti et fide digni. Et ut hec rata permaneant et inconvulsa, presentem cedulam in dicte rei testimonium et evidenciam sigillorum nostrorum munimine duximus confirmandam. Actum sexto decimo kalendas decembbris, anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo octavo.

137. Prior und convent des klosters Hauteseille beurkunden dass Bertram von Hanewilre für einen jährlichen zins von zwölf denaren dem deutschen haus zu Saarburg eine bei Lorehingen gelegene wiese verkauft hat. (s.l. et a.)

Universis presentem cedulam inspecturis prior et totus conventus Alte silve, Cisterciensis ordinis, salutem et orationes in domino fidemque subscriptis adhibere. Quum memoria hominum labilis est et caduca et que in tempore fiunt cum tempore defluunt nisi scripti fulcimine roborentur, merito universitati vestre dignum duximus significandum, quod cum Bertramus de Hanewilre, consanguineus domini Cononis quondam militis de

Helmeringen pie memorie, vendiderit fratribus domus Theutonicorum in Sarbure commorantibus pratum situm in banno de Lorehingen iuxta molendinum dictum de Mettingen in Bucche, sub hac forma et conditione vendidit eisdem, quod sepedicti fratres domus Theutonicorum in Sarbure vel quicunque prefati prati fuerit possessor exinde conferet annuatim censualiter viris religiosis et honestis conventui Alte silve duodecim denarios Sarb., in festo beati Bartholomei apostoli omni occasione postposita integraliter persolvendos. In cuius rei testimonium presentem cedulam fecimus sigilli nostri munimine roborari.

138. Pabst Alexander IV. verleiht der deutschordenskirche zu Saarburg einen ablass. Anagni, 1258 nov. 25.

Alexander episcopus etc. Universis Christi fidelibus etc. Vite perennis gloria etc.\*<sup>)</sup> Rogamus itaque universitatem vestram etc., quatinus ad ecclesiam hospitalis sancte Marie Theutonicorum in Sarburch Metens. dioc. imploraturi a domino delectorum veniam etc. Nos enim etc.\*<sup>)</sup> qui ad ecclesiam ipsam in festivitatibus beate Elisabeth ac in anniversario die dedicacionis eiusdem ecclesie causa devotionis accesserint annuatim, quadraginta dies etc. relaxamus. Datum Anagnie, VII. kal. decembr. pontificatus nostri anno quarto.

139. Der vogt und das gericht zu Aachēn beurkunden, dass nachdem ritter Hildebold vom Berge seine gueter unter seine drei söhne Hildebold Conrad und Alexander getheilt, Conrad in den deutschen orden getreten und demselben die ihm bei der theilung zugefallenen gueter übergeben namentlich mehrere auf häusern in Aachen hafende grundzinse und einige bei der stadt gelegene ländereien und wiesen. 1258 dec. 22.

Quidquid agitur inter homines, ne a memoria recedat hominum, expedit et est utile, ut litterarum testimonio commendetur. Notum sit igitur omnibus tam presentibus quam futuris, quod Hildeboldus miles dictus de Monte, dum adhuc esset in seculo et plene compos mentis corporis et bonorum suorum, cum pueris suis de parentum et amicorum consilio, Hildeboldo Conrado et Alexandro, de eorum bona voluntate taliter convenit, quod ipse

\*<sup>)</sup> Wie in der urkunde nr. 103.

Hildegoldus, pater predictorum fratrum, omnibus bonis suis effestucando renuntiavit et possessionem eorundem exivit in usus predictorum puerorum suorum. Quo facto predicti pueri de parentum suorum et amicorum consilio dicta bona, ut fratres facere debebant, equaliter diviserunt. Et quia prefatus Alexander, dum predicta facta fuit divisio, ad annos non pervenerat discretionis, elegit Hildegoldus frater suus predictus super omnia bona sua, que ad ipsum in divisione devenerunt, quod fratrem suum Alexandrum prescriptum, dum annos haberet discretionis, talem habere deberet, quod dictam divisionem gratam et acceptam observare deberet. Facta autem divisone predictus Cunradus, sano ductus per omnia consilio, se cum omnibus bonis suis, que ipsum in divisione contingebant, transtulit ad domum hospitalem sancte Marie domus Theutonicorum; et predictis bonis effestucando renuntiavit et possessionem eorum exivit in usus predice domus et fratrum. Hec sunt autem bona, que dictum Cunradum in divisione prescripta contingebant: due marce anni censu in domo sita in foro, que aquila dicitur; in Coloniensi platea apud Johannem fabrum octo solidi; apud Edelonem in Punt quinque solidi; apud Evam in Punt quinque solidi et quatuor capones; apud Franchonem de Monte duodecim denarii et duo capones; apud Winandum de Monte viginti denarii; apud Henricum de sancto Adelberto triginta denarii et tres galline; apud Arnoldum de sancto Petro decem et octo denarii et unus capo; apud Nicholaum Flethonem sex denarii et unus capo; apud Cunzonem sellarium in Coloniensi vico decem et octo denarii; apud Gerardum carnificem quadraginta duo denarii et unus capo; iuxta montem decem iurnales terre arabilis; iuxta mollendinum advocati duo iurnales pratorum; iuxta Fresmunt quatuor iurnales terre arabilis; tertia pars de quadam domo fullonia; tercia pars de quarta parte cuiusdam mollendini, quod fuit domini Heldeboldi; de dimidietate cuiusdam cambe site super ripam in Punt tertia pars. Acta sunt hec sub testimonio domini Wilhelmi advocati, Symonis villici iudicium Aquensium, Bonefacii de Monte, Anselmi et Harlivi militum, et etiam sub testimonio Reinardi de Stochem, Wilhelmi de Wals, Ywani, Gysonis, Bauwari, Wilhelmi, Lovechini, Arnoldi rufi, Gerardi de Lugene, Gerardi prepositi et Heriberti de Ponte, Aquensium scabinorum. Et ad

maiores predictorum certitudinem testes sunt adhibiti, qui dicuntur dingmanni, utrumque rogati; quorum nomina sunt hec: Gerardus filius Harule, Nicholaus de Ougene, Henricus de Ougene, Wilhelmus Vrens, Heribertus Palma, Wilhelmus albus, Henricus de Sleida, Henricus Nulechin, Wilhelmus Munt, Henricus Munt, Macharius, Reinoldus de Urselden et alii quam plures cives Aquenses. In cuius rei testimonium petiverunt utrumque, presentem litteram conscribi et sigillo civitatis Aquensis communiri. Datum anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo octavo, in crastino Thome apostoli.

140. C. dechant zu sankt Arnual und sein bruder Kebelo verkaufen mit zustimmung der gräfin Loreta von Saarbrücken für vierzehn Metzer pfund dem deutschen haus zu Saarbrücken eine an die Saar anstossende zwischen Malstatt und Breitenbach gelegene wiese. 1259 jan. 7.

Noverint universi, quod ego C. decanus sancti Arnualis, Metensis dyocesis, et frater meus Kebelo dictus de Spichere de bona voluntate et assensu et per manum venerabilis domine L. comitis Sarepont. ac heredum Keb. vendidimus fratribus domus Theutonicorum apud Sarepontem pratum quoddam, situm inter Malestat et Breithenbach, vicinum albo lapidi modico terre spatio interposito, et attingens ex parte altera Sare, pro qua quatuor decim libris Meten. nobis persolutis, perpetuo habendum et libere possidendum. Huic vendicioni intererant testes ydonei, videlicet Benninc, Henricus Tichelare, Reinerus de Libdorf, milites in Sareponte residentes, et quamplures alii fidedigni. Ut autem hec rata permaneant et ne dicti fratres in possessione ipsius prati ab aliquo valeant molestari, sigillum predicte illustris domine L. comitis Sarepont., in cuius presencia et per cuius manum facta est venditio memorata, ad preces nostras presentibus est appensum. Actum apud Sarepont., in crastino epiphanie, anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo VIII.

141. Conrad landcomthur in Lothringen gibt dem Trierer bürger Conrad einen weingarten am runden berg bei Trier in erbpacht. 1259 febr.

Ego frater Conradus preceptor domus Teutonice in Loto ringia. Notum esse volo universis hoc scriptum visuris, quod

ego vineam domus Teutonice Treverensis prope rotundum mon-  
tem sic dictum concessi et tradidi Conrado civi Treverensi,  
filio quondam Godefridi fabricatoris cutellorum, iure hereditario  
sub hoc pacto. Dabit enim de ipsa vinea domui Treverensi an-  
nuatim in autumpno duas amas vini de eodem vino quod in  
ipsa vinea crescit, nec ipsam vineam colligit nisi nuntio domus  
vocato; cui etiam tempore vindemiarum expensas procurabit et  
vinum suo periculo et expensis in domum Teutonicam repre-  
sentabit. Si vero due ame tantum crescunt in ipsa vinea propter  
generalem defectum vini, easdem duas amas dabit domui.  
Si autem minus quam due ame crescant in ipsa vinea, solvet  
dictus Conradus duodecim solidos Treverensium denariorum in  
die beati Martini domui Teutonice Treverensi, obligatus extunc  
sub gratia ad satisfactionem et emendam v. solidorum domui  
prenotate. Et si dictus Conradus nec XII. solidos predictos nec  
quinque solidos pro emenda domui persolvere curaverit usque  
ad purificationem beate Marie, cadet dictus Conradus a cultura  
dicte vinee extunc; obligata domo ipsius Conradi sita retro pa-  
latium titulo pignoris cum suis attinencis domui Teutonice pro  
quinque libris Trev. denariorum. Hiis itaque tractatis et ordi-  
natis interfuerunt Henricus de Gewilre et Henricus frater Bau-  
wari scabini Treverensis. In cuius rei testimonium presentibus  
litteris sigillum curie domini Arnoldi maioris archidiaconi Tre-  
verensis cum sigillo domus Teutonice Treverensis apponi rogavi.  
Actum anno domini M.CC.L. octavo, mense februario.

142. Heinrich erwählter bischof von Lüttich gestattet dem  
deutschen orden, das ordenshaus zu Bernsheim nach Saint  
Trond zu verlegen, dort kapelle kirchhof refektorium  
dormitorium zu erbauen altäre zu errichten glocken auf-  
zuhängen gottesdienst zu halten opfer anzunehmen zur  
gemeindeweide und allem andern mitberechtigt zu sein  
wie die bürger der stadt. 1259 iuli 13.

Henricus dei gratia Leodiensis electus. Dilectis in Christo ..  
magistro et fratribus hospitalis sancte Marie Theuton. Jerosoli-  
mitan. salutem et sinceram in domino caritatem. Quociens a  
nobis postulatur quod ad pacem religiosorum pertinet et pro-  
fectum, votis poscentium rationi consentaneis libenter assensum  
impertimur. Hinc est quod nos dilecti filii, vestri ordinis super

hoc commodis et utilitatibus perpensatis, licentiam vobis auctoritate presentium concedimus et facultatem, ut collegium fratrum domus vestre de Bernecheym in oppidum nostrum quod sancti Trudonis dicitur cum omnibus pertinentiis temporalibus ac spiritualibus dicte domus transferatis, ut in fundo nostro infra dictum oppidum constituto capellam cymyterium refectorium dormitorium cum aliis officinis necessariis construatis, ut in ipsa capella altaria erigatis, campanas tot et tales quot et quales volueritis appendatis, ut divina ibidem publice et sollempniter celebretis, ut oblationes vobis in eadem a fidelibus devotionis obtentu ad vos accendentibus et accessuris offerendas percipiatis et habeatis; item ut pascuis aquis stratis atque aliis rebus omnibus quarum usus oppidanis dicti oppidi est communis una cum eisdem libere utamini et fruamini. Et quum ex dicta translatione conditionem vestram in aliquo minorari seu peiorari non voluimus, statuimus ut omnibus proventibus ac libertatibus a fratribus vestris apud dictum locum de Bernecheim habitis hactenus a temporibus antiquis pacifice et possessis de cetero imperpetuum libere gaudeatis. In cuius rei testimonium atque robur presentibus litteris sigillum nostrum de nostro mandato est appensum. Actum et datum in festo beate Margerete virginis, anno domini M.CC. quinquagesimo nono.

143. Bruder H. bischof von Jadwingen [Jatwagen] verleiht allen die reumüthig gebeichtet und für die lichter oder die ausschmückung eines gewissen altars in der deutschordenskirche zu Saarburg einen beitrag geleistet einen ablass. 1259 iuli 30.

Frater H. dei gratia Jatwesie episcopus, ordinis Cistercensis, universis Christi fidelibus etc. Quoniam ut ait apostolus omnes stabimus ante tribunal etc. vitam eternam. Cum igitur, sicut dilecti in Christo . . . preceptor et fratres hospitalis sancte Marie Theutonicorum in Sarburch Metensis dyocesis nobis intimare curarunt, quod ad altare quod in ecclesia eorundem ob reverenciam beate virginis Marie et beatorum Philippi et Jacobi maioris apostolorum beati Johannis evangeliste et baptiste Stephani protomartyris Laurencii martyris Fabiani et Sebastiani martyrum Martini Francisci confessoris Anthonii Leonis pape

Marie Magdalene Elyzabeth Agnetis virginis Barbare virginis  
Margarethe virginis Nicholai Katharine Lucie et Helene regine  
consecravimus, tam in lumine quam in aliis deo placentibus pro-  
videri sibi proprie non suppetant facultates: eis volentes facere  
gratiam specialem ac domino nos reddere promptiorem, de om-  
nipotentis dei misericordia ac domini pape auctoritate confisi  
omnibus vere penitentibus et confessis qui ad lumen dictum  
cetera quoque ornamenta altaris vel ecclesie predicte manum  
porrexerint adiutricem, annum karrinam et quadraginta dies  
singulis mensibus de iniuncta sibi penitencia misericorditer rela-  
xamus. Datum tercio kalendas augusti, anno domini M.CC. quin-  
quagesimo nono.

144. Balduin probst von Halmale genehmigt dass Adelheid  
wittwe Wilhelm's von Bechoven acht bonnare ackerland  
und eine hofwohnung die von dem seinem kloster gehöri-  
gen abtshof dependiren dem deutschen haus zu Biesen  
geschenkt hat. 1259 aug. 2.

Baldewinus prepositus de Halmale universis Christi fideli-  
bus presentes litteras inspecturis salutem et rei subscripte cog-  
noscere veritatem. Vestre universitati notum esse facimus, quod  
cum Aleidis relicita quondam Willelmi de Bechoven olim octo  
bonnaria vel circa terre arabilis ac mansionem quandam, a curia  
nostra de Absoven descendentia, . . . commendatori et fratribus  
hospitalis sancte Marie Teuth. in Juncis in elemosinam contulit  
et ipse commendator et fratres de eisdem bonis per dominum  
Henricum militem de Danegge nostrum in dicta curia tunc tem-  
poris officiarium ac scultetum investiti legitime fuerunt: nos  
super premissis collatione et investitione nostrum assensum pre-  
dictis fratribus liberaliter impendentes, eas tenore presentium  
ratificamus ac ratas reputamus; volentes ac decernentes ut dicti  
fratres de bonis predictis tamquam de legitima elemosina sua  
possessione libera ac pacifica gaudeant imperpetuum. In cuius  
rei robur et noticiam presentibus litteris nostrum duxi-  
mus apponendum. Datum sabbato post festum sancti Petri ad  
vincula, anno domini M.CC.L. nono.

145. Heinrich probst zu sankt aposteln in Cöln überlässt dem  
deutschen haus daselbst den zehnten von einem mansus

in Richzemülheim, den Heinrich von Hurte vom orden zu lehen trug. 1259 aug

Henricus dei gratia prepositus sanctorum apostolorum in Colonia universis presens scriptum inspecturis. Notum esse volumus, quod cum decima unius mansi siti in Richzemulenheim, quem Henricus de Hurte tenebat a fratribus domus Theutonice in Colonia, ad nos pertineat iure hereditario, ipsam decimam predictis fratribus libere et absolute remittimus, ut quiete in perpetuum percipient sine omni contradictione eandem. In cuius rei fidem presentem litteram sigillo nostro duximus muniendam. Datum anno domini M.CC.L.IX., mense Augosti.

146. Der comthur und die brüder des deutschen hauses zu Köln machen den Conrad genannt Efflarius bürger zu Köln und Hadewig seine eheliche hausfrau aller guten werke ihres ordens theilhaftig und verpflichten sich ihnen eine iährliche rente von acht mark zu zahlen für die von ihnen dem orden geschenkten in der nähe der pfarrkirche zu sankt Johann baptist gelegenen häuser. 1259 nov.

Commendator ceterique fratres domus Theutonice sancte Katerine Coloniensis. Universis presentes litteras inspecturis cognoscere veritatem. Universitati vestre notum esse volumus quod nos Conradum dictum Efflarium et Hadewigem uxorem eius cives Colonienses in nostrarum communionem recepimus oracionum, ipsos omnium bonorum nostri ordinis participes facientes. Iidem vero Conr. et Had. uxor eius, sue mortalitatis memores existentes, fratribus nostris domus sancte Katerine Coloniensis predicte domum ipsorum sitam in platea textorum ex opposito domus . Sporchin, item camenatam lapideam contiguam versus sanctum Johannem, item medietatem domus, que pistrinum est contigue sursum, cum areis suis sicuti ibidem site sunt, item domum rufam cum area, sitam iuxta cimiterium sancti Johannis retro chorum, in elemosinam contulerunt libere et solute. Et nos eisdem dare promisimus in subsidium sustentationis singulis annis quamdiu vixerint octo marcas Colon. den., quarum medietatem videlicet quatuor marcas dabimus eisdem in nativitate beati Johannis baptiste et aliam medietatem videlicet quatuor marcas in nativitate domini; ita quod altero ipsorum mortuo medietatis dictarum octo marcarum solucio con-

quiescat, et corpus ipsius, si requisierit, apud nos trademus ecclesiastice sepulture, plebani ipsorum per omnia iure salvo; et id ipsum superstite mortuo faciemus et extunc tota solucio conquiescat. In cuius rei testimonium presentes litteras eisdem sigillo domus nostre tradidimus communitas. Actum et datum presentibus Theoderico commendatore, Richolfo sacerdote, Henrico Birkelin, Pagino, Gerardo et Michahele, fratribus domus, et aliis quam pluribus, de ipsorum ac aliorum omnium consensu. Anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo nono, mense novembr.

147. Gervalk schuster zu Langenberg schenkt all seine habe dem [später dem deutschen haus zu Saarburg gehörigen] hospital zu Miderswald. 1259 nov.

Quod disponit humana fragilitas labitur a memoria nisi litterarum testimonio confirmetur. Noverint universi tam presentes quam posteri quod ego Gervalcus sutor de Longomonte pro amore dei et in remissionem omnium peccatorum meorum de bona voluntate mea ac omnium heredum meorum legavi et contuli omnia bona mea tam mobilia quam immobilia ad hospitale sancti Nicolai in Miderswalt libere et absolute in perpetuum post mortem meam et post mortem Sybilie uxoris mee pacifice et quiete et sine aliqua repetitione possidenda habenda et fruenda. Huius elemosine legationi interfuit dominus Nicholaus presbiter qui tunc temporis in predicta parrochia divina celebravit. In cuius rei testimonium prenotatus dominus Nicholaus presbiter ad nostras preces sigillum suum presenti cartule apposuit. Datum anno domini M.CC.L. nono, mense novembri.

148. Balduin der prior und sämmtliche schulbrüder bei Löwen beurkunden dass Giselbert Vos bürger zu Löwen vier bonnare land theils bei Alst theils bei Bovelingen gelegen dem deutschen haus zu Bernsheim zu dem beabsichtigten bau einer kapelle und eines klosters in Saint Trond und drei vom herrn von Parweis und dem hof Musin dependirende bonnare dem kloster zu Beek dem hospital zu Löwen und dem almosenkasten daselbst unter vorbehalt der nutzniessung auf lebenszeit geschenkt hat. 1260 jan. 30.

Universis tam presentibus quam futuris presentes litteras inspecturis frater Baldewinus prior totusque conventus ordinis fratrum scolarium apud Lewis commorantes salutem etc. Universitati vestre notum facimus etc., quod constitutus in nostra presentia Giselbertus dictus Vos oppidanus Lewensis etc. legavit sollempniter et donavit in puram et perpetuam elemosinam ordini et domui hospitalis sancte Marie Teuth. in Bernisheim ad opus fabrice capelle et monasterii, quod in oppido sancti Trudonis fabricare disponitur, quatuor bonnaria terre arabilis una zilla minus, iacentis sub duabus particulis, quarum prima particula que duo bonnaria una zilla minus continet iuxta villam de Alst prope viam qua itur de sancto Trudone ad dictam villam versus sinistram iuxta arborem quandam scilicet septimam albam sita est, quam particulam idem G. a comite Losen. et a domino de Altena tenebat et de qua cuilibet eorum in festo sancti Remigii tres den. Leodien. pro censu annuo debebat; secunda vero particula que duo bonnaria continet iuxta villam de Bovelingen iacet, quam dictus G. ab Hermanno de domo lapidea tenebat et de qua eidem in festo sancti Remigii octo den. Leodien. pro anno censu solvebat. Item idem G. contulit etiam coram nobis in elemosinam puram et perpetuam terram suam, quam tenebat a domino de Parweis et de curia de Musin, et de qua XXII. den. Leodien. pro censu annuo solvebat, que in tribus particulis tria bonnaria una zilla minus continet, tribus locis subnotatis videlicet abbatisse et conventui monasterii de Beke Cysterciensis ordinis ac hospitali Lewensi necnon et ad communem elemosinam pauperum Lewen.; et hoc pro equalibus portionibus ipsa terra cum suo iure ac onere census inter premissa tria loca equaliter dividenda. Predicta igitur omnia, id est quatuor bonnaria superius nominata fratribus domus Teuth. de Bernsheim ab ipso G. collata ut dictum est, ac alia tria bonnaria aliis tribus locis predictis deputata, tali discretione ac conditione contulit locis ipsis iam prefatis, quod sibi totaliter ac integraliter de omnibus illis atque singulis reservavit ac retinuit quamdiu viveret usumfructum; volens nichilominus atque statuens ut quandocunque divina decernente voluntate ipsum de medio huius vite contingenter evocari, quod extunc dicta bona omnia ad eos quibus ea superius liberaliter

contulit, libere transeant cum omni iure. In horum igitur omnium evidentiam pleniorum nos prior ac conventus superscripti presentibus litteris sigillum nostri conventus una cum sigillo . . commendatoris domus Teuth. predicte ad preces sepedicti G. duximus apponenda. Actum et datum anno domini M.CCL. nono, III. kal. februarii.

149. Heinrich herzog von Lothringen und Brabant befiehlt seinem schultheiss Arnold und seinem schöffen Gilbert zu Mastricht, das deutsche haus zu Lüttich welches zwölf von seinem hof Lenkuhl dependirende bonnare ackerland gekauft hat im ruhigen besitz und in dem bisher davon gezahlten zins zu erhalten. Furen, 1260 april 22.

Henricus dei gratia dux Lotharingie et Brabantie Ar. scul-  
teto suo Traiectensi et Gilberto campsori scabino suo dicti loci  
salutem et dilectionem. Ad procurationem et petitionem fratris  
Liberti domus Theuton., latoris presentium, quem multum dili-  
gimus, mandamus vobis et volumus, quod commendatorem et  
fratres domus Theuton. in Leodio duodecim bonuaria terre ara-  
bilis dependentia a curia nostra de Lencul, que emerunt erga  
civem Leodiensem, quorum decem solent solvere v. solidos, et  
unum v. den., et aliud tertiam partem de XL. vasis tam tritici  
quam ordei, eo iure tenere faciatis quo alii mansionarii dicte  
curie tenere solent; ita quod ad opus eorum laicus institua-  
tur, qui nobis respondeat de censu et de iure nostro de dicta  
terra, cuius usumfructum dicti commendator et fratres semper  
percipient et habebunt per laici institutionem ut est dictum, et  
tam in hiis quam in aliis dictos commendatorem et fratres pro-  
moveatis ex parte nostra. Datum apud Furam, die Jovis ante  
dominicam Jubilate, anno domini M.CC. sexagesimo.

150. Gerlach von Nuenkirchen und Elisabeth seine ehewirth hin  
geben dem deutschen haus zu Siersdorf fünfzehn morgen  
land bei Freialdenhoven die ihr eigengut sind. 1260 iuni.

Noverint universi tam presentes quam futuri, quod nos Ger-  
lacus de Nuenkyrchen una cum uxore nostra Elyzabeth de con-  
sensu heredum nostrorum contulimus libere et absolute fratri-

bus domus Theutonice in Seyrstorpe xv. iurnales, qui fuerunt nostrum allodium, sitos apud Vridenaldenhoven cum omni iure sine omni vexatione, quod in eisdem habuimus, in perpetuum possidendos. Et ut hec rata et inconvulsa permaneant, presentem cedulam sigilli nostri munimine ipsis tradidimus roboratam. Anno domini M.CCLX., mense iunio. Presentibus domino Rutgero nobili viro de Beckendorp, domino Arnoldo de Gymmenig et domino Arnoldo filio suo.

151. Bruder Salomon pfleger des armenspitals zu Diest verkauft mit bewilligung des edlen herrn Arnold von Diest und der dortigen schöffen dem deutschen haus zu Beckenvort den pfarrzehnten daselbst. Diest, 1260 sept. 30.

Universis presentes litteras visuris. Ego frater Salomon procurator hospitalis pauperum in Dist notum facio, quod ego de consensu et voluntate viri nobilis Arnoldi domini de Dist et de consilio scabinorum eiusdem ville, utilitate dicti hospitalis inspecta, vendidi nomine dicti hospitalis omnem decimam dicti hospitalis cum omni iure, quam habuit et possedit in parrochia de Beckenvort, fratribus de domo sancte Marie Theutonicorum in Beckenvort, ab ipsis perpetuo possidendam, pro triginta quatuor libris Lovanien. denariorum. Et ut hoc sicut rite gestum est predictis fratribus domus de Beckenvort in posterum inviolabiliter et sine calumpnia qualibet observetur, presentem litteram dicti hospitalis sigillo tribui roboratam. Nos vero . . . scolhetus et scabini de Dist prenotati, quia predicto contractui interfuiimus et operam adhibuimus, ad maiorem firmitatem sigilla nostra presentibus litteris duximus appendenda. Datum apud Dist, in crastino Mychaelis, anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo.

152. Conrad erzbischof von Cöln schreibt den schöffen und bürgern zu Neuss, mit erstaunen habe er von den deutschordensbrüdern vernommen, dass sie sich geweigert, über die beim neuen spital liegende hausstätte ein zeugenverhör abzuhalten, und befiehlt ihnen, künftig zu ieder zeit auf verlangen des ordens nach schöffengewohnheit auf rechtliches verfahren einzugehen. Cöln, 1260 oct. 21.

Conradus dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, Ytalie archicancellarius, dilectis suis fidelibus scabinis et

civibus Nusiensibus gratiam suam et omne bonum. Ex insinuatione commendatoris et fratrum domus Theutonice in Colonia accepimus, quod vos super area, que adiacet novo hospitali in opido vestro, ferre testimonium denegatis. Super quo miramur non modicum, cum iam dudum vobis constiterit, quod nos discordiam que fuit inter dictos fratres et heredes Syberti de Dulkene et Gissele uxoris sue taliter decidimus, quod quicquid fratribus assignavimus, etsi ad nos pertineret, tanquam suum allodium possiderent; sicut in litteris super hoc confectis sigillo nostro et capituli Coloniensis sigillatis evidenter continetur, et quidam etiam vestrum huic decisioni personaliter interfuerint. Nos igitur volentes quod nostra ordinatio in suo robore permaneat et vigore, vobis mandamus et constanter volumus, quantumus quando a dictis fratribus fueritis requisiti, testimonium recipiatis secundum consuetudinem scabinalem; facientes dictis fratribus in premissis, quod de iure fuerit faciendum. Datum Colonie, anno domini M.CC.LX., in die XI. milium virginum.

153. Heinrich von Hoheneck schenkt dem deutschen haus zu Einsiedel das patronat der kirche zu Ramstein und der kapellen zu Weilerbach und Spesbach. 1260 nov. 18.

Noverint universi tam presentes quam posteri presens scriptum inspecturi, quod ego Heinricus de Honecken ius patronatus ecclesie de Ramestein et filiarum eius, videlicet de Wilrebach et de Spesbach capellarum ad ipsam ecclesiam spectantium, cum omni iure et pertinentiis earundem dedi contuli et assignavi beate Marie perpetue virginis et fratribus ordinis domus Theutonicorum apud Heremum commorantibus in veram et puram elemosinam, pro remedio anime mee uxoris mee patris et matris mee necnon pro remedio animarum omnium antecessorum et successorum meorum, quiete et pacifice eodem iure quo iam dicta bona habui et possedi habenda possidenda perpetuo et inviolabilis in perpetuum, dedi dicte domui de Heremo et fratribus ibidem deo servientibus presentem paginam in dicte rei testimonium sigilli mei munimine roboratam. Testes interfuerunt dominus Sifridus de Honecken et filius eius dominus Reinhardus, dominus Merboto de Breitenburnen et Theodericus de Wil-

rebach. Acta sunt hec anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo, in octava beati Martini episcopi et confessoris.

154. Die abtissin von Bilsen und Diederich von Eyneberg kanonikus zu Mastricht eines und das deutsche haus zu Lüttich andern theils compromittiren in ihrer streitsache wegen des patronats zu Over-Repen auf Elbert probst von sankt Johann zu Lüttich meister Gilbert von Golopia und Reiner scholaster von Tongern. Lüttich, 1260 dec. 22.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis abatissa et conventus de Blisia et Theodericus de Eyneberghe canonicus sancti Servatii Traiectensis ex parte una, commendantor et conventus domus Theutonice in Leodio et specialiter frater Walterus eiusdem domus ex altera salutem in domino. Noveritis quod nos pro bono pacis et concordie super iure patronatus ecclesie de Reppes et iure presentationis nobis Theoderico ex una parte et fratri Waltero ex altera predictis competente, necnon discordia que inter nos movebatur super iure eodem coram venerabili viro magistro Marchuardo archidiacono Leodiensi tamquam coram iudice ordinario in viros discretos compromisimus, scilicet magistrum Elbertum prepositum sancti Joannis in Leodio, magistrum Gilbertum de Golopia et magistrum Renerum scolasticum Tungensem tanquam in tertium superiore, in hunc modum, quod quicquid dicti arbitri seu arbitratores seu amicabiles compositores nostri arbitrando componendo et ordinando in premissis omnibus et singulis arbitratii fuerint dixerint vel fecerint, nos partes predite inviolabiliter promittimus observare sub pena sexaginta marcarum Leodiensium, parti servantis dictum dictorum virorum discretorum vel illius arbitri cum quo magister R. arbiter superior concordabit a parte non observante solvendarum, quam penam nos sumus adinvicem stipulati. Debet autem durare potestas dictorum arbitrorum usque ad pascha proximo venturum, nisi de consensu partium terminus fuerit prorogatus; alioquin controversia predicta erit in eodem statu in quo fuit coram archidiacono predicto in crastino beati Thome apostoli coram eodem. Negotium eciam examinari et terminari debet in civitate Leodiensi, nisi locus de consensu partium alibi fuerit assignatus. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillorum nostrorum munimine duximus ro-

borandas. Nos etiam predicti arbitri onus predictum in nos recipientes ad maiorem securitatem sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Actum et datum Leodii, in crastino beati Thome apostoli, anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo.

155. Burchard herr von Hackenbroich entlässt den von ritter Diederich von Botzdorf dem deutchen haus zu Gierath verkaufeten zehnten zu Sinsteden aus dem lehnsverband.  
1261 märz 29. *Gierath*

Nos Burchardus dominus de Bruke, . . . uxor nostra et heredes nostri. Universis presentes litteras inspecturis notum facimus, quod cum Theodericus de Bozheim miles et sui heredes vendidissent commendatori et fratribus domus Teutonice de Judenrothe decimam de quatuor mansis et undecim iurnalibus terre arabilis in parrochia Rumerskyrken apud Synzsteden et alias iacentem pro quadam certa summa pecunie, centum videlicet marcis quatuor marcis minus, liberam et absolutam ab omni impetitione cum dictis iurnalibus a predictis fratribus perpetuo possidendam; et predicti Th. miles et sui heredes dictam decimam a nobis ratione et nomine homagii tenuissent et ipse Th. supradictus confiteatur, predictam se pecuniam a predictis fratribus assignatam per omnia plenarie recepisse: nos dictam venditionem factam pro favore domus et dilectione fratrum ratam tenentes et gratam, predictam decimam liberam fecimus et absolutam a ratione homagii, quod idem Th. miles nobis servire cum suis heredibus tenebatur etc. Idem etiam Th. etc. de suis propriis hereditariis bonis mansum unum terre in parrochia Nettinsheim et in agris Bozheim pro restauro vendite decime nobis et nostris heredibus contulit et in manus nostras libere resignavit etc. Presentem paginam super eo confectam sigilli nostri testimonio fecimus ad petitionem dilectorum fratrum firmiter communiri; testibus etiam, quorum hec sunt nomina, diligentius innotatis: Johannes sacerdos frater domus Teutonice tunc ecclesie pastor in Nuwenroth, frater Th. domus eiusdem Coloniae commendator, frater Christianus domus in Judenroth commendator, Wilhelmus de Ikendorp miles, Gunterus de Vrekene miles, Gotscalcus de Duttelesdorp miles, et ipse Th. de Bozheim qui dictam decimam vendidit miles, et alii quidam, Luf

de Bozheim et Gerhardus frater suus, et Wichardus de Alensheim et Henricus Iseldunk et quamplures alii boni testimonii viri prudentes ac discreti. Datum feria tertia post dominicam qua cantatur oculi mei, anno domini M.CC.LXI.

156. Christian der abt und die gesammte klostergemeinde zu Heisterbach verkaufen dem deutschen haus zu Cöln ein allod in Rösberg. 1261 märz.

Christianus abbas totusque conventus monasterii in Heysterbach. Universis presentem litteram visuris salutem in domino. Noverit universitas vestra quod nos attendentes utilitatem monasterii nostri de consensu fratrum nostri conventus vendidimus fratribus domus Theutonice in Colonia ad sanctam Katerinam quoddam allodium nostrum situm in Rodensberig, quod olim fuerat Hermanni fratris Gerhardi militis de Vernich, in cuius pacifica possessione existimus, pro triginta marcis Colon. denar., pro qualibet marca duodecim sol., pecunie numerate, quos denarios vel quam pecuniam in usus nostri monasterii convertisse profitemur; renunciantes omni iuris beneficio quod nobis in posterum competere posset ad predictum contractum eludendum. In cuius rei fidem presentem litteram sigillo venerabilis patris domini Conradi Coloniensis archiepiscopi ac nostri cum consensu capituli nostri fecimus communiri. Acta sunt hec presentibus fratre Gerhardo de Derlebach, fratre Henrico de Sentzike, monachis, fratre Emelrico de Mophendorpe, fratre Gerhardo de Humpaz et fratre Henrico, convers. Anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, mense martio.

157. Priorin und klostergemeinde von Marienkrone verkaufen mit einwilligung der abtissin von Marienwiese und des abts von Altenberg dem Conrad genannt Eifeler [rechtsvorgänger des deutschen hauses zu Cöln] die hälften des beim chor der kirche saint Johann Baptist gelegenen rothen hauses. 1261 april.

Viris discretis ac honestis iudicibus scabinis ac officialibus de Oversbergh, in Colonia, soror . . priorissa et moniales de corona sancte Marie ord. Cisterc. in domino salutem cum orationibus devotis. Significamus vobis et tenore presencium pro-

testamur, quod nos cum sorore . . moniali nostra vendidimus  
mediatatem rufe domus, site in Colonia iuxta chorum ecclesie  
parochialis sancti Johannis baptiste etc., que nobis cum predicta . .  
moniali nostra in elemosinam fuerat erogata, Conrado dicto Eff-  
lario civi Coloniensi et . . uxori eius et renunciavimus eidem,  
de consensu domine . . abbatis de prato et visitatoris nostri  
domini . . abbatis de Veteri Monte; et ipsam pecuniam esse  
conversam in nostre utilitatem ecclesie presentibus profitemur.  
In cuius rei fidem presentem cedulam dicti domini . . abbatis,  
. . abbatis et nostro sigillis fecimus communiri. Datum anno  
domini M.CC.LX, primo, mense aprilii.

158. Walram herzog von Limburg gibt seine zustimmung dass  
sein vasall ritter Heinrich von Busce dem deutschen haus  
zu Siersdorf siebzehn morgen land bei Bettendorf ver-  
kauft hat und verzichtet auf seine lehnsberechtigung.  
1261 iuni 2.

Nos Waleram. dux Lymburgensis. Omnibus ad quos pre-  
sens scriptum pervenerit cupimus esse notum, nos consentire  
et pro bono habere quod Henricus dictus de Busce miles fide-  
lis noster dilectis fratribus de Sersdorp vendidit nostri allodii  
decem et septem iurnales terre sitos apud Bettendorf quos  
idem Henricus a nobis hactenus in feodo tenuit. Nos quoque  
dictos fratres de omni acclamazione quam in ipsos de dictis  
agris facere possemus quitos clamamus pariter et solutos. In  
cuius rei testimonium presens scriptum predictis fratribus con-  
tulimus sigilli nostri munimine roboratum. Datum anno domini  
M.CC. sexagesimo primo, in ascensione domini.

159. Hermann ritter von Dorne verkauft für achtunddreissig  
mark dem deutschen haus zu Cöln dreissig morgen acker-  
land bei Hermülheim, die er vom ritter Reyner Grin zu  
lehen hat; wozu letzterer seine zustimmung gibt, auf  
seine lehnsberechtigung verzichtend. Cöln, 1261.

Universis ad quos presentes littere pervenerint. Hermannus  
de Dorne miles. Notum esse volo et presenti scripto protestor  
quod accedente unanimi consensu uxoris mee et meorum libe-  
rorum vendidi xxx. iurnales agri arabilis sitos apud Molnheim,  
qui unum len dicuntur, quos etiam tenui in feodo a Reynero

dicto Grin milite, pro xxx. et octo marcis numerate pecunie, duodecim solidis pro marca qualibet computatis, viris religiosis fratri Theoderico commendatori et aliis fratribus domus Theuton. apud sanctam Katerinam in Colonia perpetuo possidendos. Pro- testor etiam dictam pecuniam me recepissem et in usus meorum heredum conversam esse. Quare tam dicta uxor mea quam mei liberi prenotati omni iuri quod habuimus vel habere potuimus in futurum simpliciter renuntiavimus et effestucavimus in manus dictorum commendatoris et fratrum et in usus eorum et suc- cessorum imperpetuum; et quia eosdem iurnales ipsis commen- datori et fratribus prenotatis tanquam merum allodium vendidi, optimi a dicto R. milite quod tam ipse et uxor sua quam he- redes renunciaverunt et effestucaverunt omne ius allodiale quod in dictis bonis habebant vel habere poterant in futurum. Et ego Reynerus dictus Grin ad petitionem dicti Hermanni militis ob favorem fratrum predictorum effestuco et renuncio una cum uxore mea et meis heredibus omni iuri quod michi vel eis de dictis iurnalibus debebatur. In cuius rei testimonium et muni- men nos H. et R. milites presenti scripto rogavimus apponi sigillum reverendi patris domini Engelberti sancte Coloniensis ecclesie electi una cum sigillo venerabilis viri domini Philippi thesaurarii Coloniensis. Et ego Reynerus quia sigillo proprio careo, sigillum domini Gobelini plebani in Lechnike una cum sigillo mei H. predicti rogavimus apponi. Actum Colonie, anno domini M.CC.LX primo.

160. Gerard von Prenthagen praeceptor des deutschen hauses zu Saint Trond beurkundet dass des ordens bruder Elias von Straten und seine ehefrau eine wiese zwischen Be- vingen und Straten, wovon dem Wilhelm von Borlo eine leibrente von drei müdden roggen zu entrichten, dem Heinrich von Borlo verkauft hat, in der weise dass nicht der ankäufer sondern das genannte ehepaar oder der orden für dasselbe die rente zu zahlen hat. 1262  
april 16.

Universis tam presentibus quam futuris presentem cartu- lam inspecturis G. preceptor de Prenthagen totusque conuentus domus Theutonice de sancto Trudone salutem et rei geste cog- noscere veritatem. Cum rerum negotia fluant a memoria tempo-

rum etc., propterea presentem paginam iudicamus oportunum esse consribendam. Universitati igitur omnium notum esse volumus, quod cum frater noster Elyas et uxor sua dicti de Straten de consensu et voluntate nostra quoddam pratum iuxta rivum inter Bevingen et Straten situm, quod vero pratum Willelmo clero dicto de Borlo pro tribus modiis seliginis sub annua pensione persolvendis coad vixerit tamen exstat obligatum, Henrico dicto de Borlo et suis heredibus vendiderunt et ad opus eiusdem emptoris effestucaverunt et renuntiaverunt coram mancionariis et iudice competente hereditarie possidendum; ita tamen quod dictus Elyas et uxor sua pencionem prelibatam prefato W. clero singulis annis vel nos pro eis sine contradictione solvere teneamur, et ipse Henricus et sui heredes ad prescriptam pencionem occasione prati prenotati persolvere minime teneantur. Unde propter removendas erroneas calumpnias universas contra sepefatum Henricum et suos heredes de solutione predicte pencionis si contingat postmodum emergendas nominatus Elyas confrater noster et uxor sua Henrico antedicto et suis heredibus unum bonarium et dimidium terre arabilis situm iuxta Straten in pignus obligaverunt et ex superhabundanti investiri fecerunt coram mancionariis et iudice competente. Testes vero huius rei sunt Marcilius de Straten et Ar. filius eiusdem et frater suus W., H. de Mere, Ar. de Hecge. In predictorum vero testimonium et munimen presentem cartulam adversus omnem calumpnię sigillo nostro duximus roborandam. Actum et datum anno domini M.CC.LX. secundo, dominica Quasimodogeniti.

161. Manfred könig von Sicilien befreit den deutschen orden von steuern und abgaben. Palermo, 1262 iuli 18.

Manfredus dei gratia rex Sicilie Pandulfo de Petruro iustitario Sicilie citra flumen salsum socio et fideli suo gratiam suam et bonam voluntatem. Cum venerabiles preceptorem et fratres sacre domus hospitalis sancte Marie Theutonicorum in Sicilia fideles nostros a generalibus exactionibus et collectis duxerimus de speciali gratia eximendos: fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus occasione presentis generalis gubernationis ab eisdem preceptore et fratribus nihil exigas vel ab aliis exigi

patiaris. Datum per Joannem de Procida apud Panormum, octavodecimo iulii, quinte indictionis.

162. Hedenrich der dechant und das kapitel von sankt Severin in Köln geben dem deutschen haus daselbst einen morgen land bei Altstätten in erbpacht. 1262.

Hedenricus dei gratia decanus totumque capitulum ecclesie sancti Severini in Colonia. Universis has litteras visuris notum facimus quod nos commendatori et fratribus domus Theuton. Coloniensis sub annua pensione iurnalem unum iacentem in villa que dicitur Alstedten iuxta viam, apud vineam que olim fuerat Thilemanni de Melnheim et suorum successorum, quem iurnalem ecclesia nostra hactenus obtinuit pro allodio suo, imperpetuum concessimus possidendum; ita quod non poterimus ullenatus revocare dummodo dicti fratres debitam nobis solvant pensionem. Pensio autem que solvenda est sunt triginta denarii Colonensis monete, qui denarii singulis annis in die beati Remigii sine aliqua excusatione persolventur. In huius rei testimonium presentem litteram de communi nostra voluntate conscriptam et sigillo ecclesie nostre sigillatam memoratis fratribus tradidimus communitam. Datum anno domini millesimo cc. sexagesimo secundo.

163. Gertrud abtissin von Otheren verkauft dem deutschen haus zu Saint Trond sechs bonnare ackerland bei Saint Trond unweit Gummerslant und anderthalb bonnare wiesen im bezirk von Bernsheim gelegen. 1263 ian. 13.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis Gertrudis dicta abbatissa de Otheren ordinis Cysterciensis totusque conventus eiusdem loci rei geste memoriam cum salute. Noverit universitas vestra quod nos communicato consilio consensuque unanimi necnon et de consensu domini Arnoldi abbatis Vallis dei visitatoris nostri, perpensatis utilitatibus domus nostre predice de Otheren, vendidimus . . commendatori et fratribus domus sancte Marie Theuton. in oppido sancti Trudonis commorantibus sex bonaria terre arabilis vel circiter parum plus aut minus iacentis in territorio predicti oppidi sancti Trudonis iuxta infirmos in loco qui dicitur Gummerslant ac unum

et dimidium bonnarium prati vel circiter parum plus aut minus iacentis in territorio de Bernescheym, singulum bonnarium tam terre quam prati pro undecim march. Leodien., iure hereditario possidenda. De predictis autem sex bonnariis terre tria bonnaria descendunt de domino . . episcopo Leodiensi et tenentur ab eodem pro quindecim denar. Leodien. eidem singulis annis in festo beati Remigii persolvendis; reliqua vero tria bonnaria terre vel circiter cum memorato bonnario uno et dimidio prati vel circiter descendunt de pueris quondam Henrici dicti Bolthe et tenentur ab eisdem pro decem denar. Leodien. ipsis pueris singulis annis in festo predicto persolvendis. Nos etiam abbatissa et conventus prefati loci de Otheren promisimus dictis . . commendatori et fratribus de antedictis bonis warandiam prestare per annum et diem sicut habet usus terre. Huic quoque venditioni interfuerunt dominus Willelmus dictus de Nicheymer illius, Egidius de Zerkingen, Johannes dictus puer, Henricus de Speculo, Hugo dictus Coman, scabini supranotati oppidi sancti Trudonis; frater Winandus monachus Vallis dei, Margareta monialis et frater Gerardus conversus de Otheren et frater Reynerus conversus de Beke ordinis Cysterciensis. Nos quoque Johannes dictus puer et Henricus de Speculo scabini supradicti in signum et testimonium premissorum sigilla nostra ad petitionem partium appendimus. In cuius rei noticiam et munimenta perpetuum nos abbatissa memorata presentes litteras sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum et datum anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, feria sexta post festum epyphanie domini.

164. Cono sohn Wirich Vogelhun's schenkt auf seinen todesfall dem deutschen haus zu Saarburg zwei häuser daselbst, weinberge in Westoben, einen fruchtzins in Ginebethen, seine rechte am zehnten und patronat zu Mutirchingen und acht morgen ackerland. 1263 jan 21.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Notum sit universis presentes litteras inspecturis quod ego Cono filius quondam Wirici dicti Vogelhun civis Sarburgensis bene compos mee mentis talem feci ordinationem de rebus meis tam mobilibus quam immobilibus. Inprimis volo quod omnia debita mea persolvantur et quecunque de iniusto habui vel aliquem defraudavi,

plenarie restituantur. Et ad hec facienda constituo dominum Bossardum presbiterum et Fridericum fratrem meum executores. Insuper confero pro remedio anime mee et uxoris mee et antecessorum meorum domui fratrum Alemannorum in Sarburch duas domus quarum una sita est iuxta Buleburnen altera ultra Saram, et vineas meas in Westoben, quartale et dimidium annone quod mihi debetur annuatim in Ginebethen, et quicquid iuris habeo seu habere me contigerit in decima de Mutirchingen et in iure patronatus ecclesie eiusdem ville, et octo iugera terre arabilis quorum duo sita sunt ante portam que vocatur Hoverringedor et quatuor iuxta fossam que theotunice vocatur leimgruba et duo sita sunt iuxta tileam de Welteringen. Hanc autem collationem seu donationem factam inter vivos debent fratres dicte domus quiete et inconcusse et sine reclamatione aliqua imperpetuum possidere; hoc addito, quod si mobilia mea non sufficerent ad solutionem faciendam, dicti fratres pro iugeribus supradictis executoribus prenotatis in XII. libr. Sarburgen. ad restitutionem plenariam faciendam satisfacere tenebuntur. Omnia autem alia bona mea immobilia que nunc possideo exceptis supradictis et quicquid ad me post obitum matris mee vel aliunde iure hereditario devolvi contigerit, predictis pueris libere confero et resigno in hunc modum, quod si alterum puerorum meorum ante annos discretionis mori contigerit pars eius integraliter ad superstitem devolvi contigerit; si vero ante annos discretionis ambos mori contigerit, omnia bona ipsorum ad fratres domus Theoton. prenotate integraliter devolventur; et si sic evenerit, fratres dicte domus de eisdem bonis in subsidio infirmorum in eadem domo iacentium X. libr. Sarburgen. tenebuntur ministrare. Pueros autem meos sive filias et tutelam earundem fratri meo Friderico et socrui mee Sibelia de Marsal commisi; ita tamen quod dicta Sibelia omnes proventus puerorum debet percipere et inde eis providere et prebere alimenta, et si quid residuum fuerit ad eorum usus diligenter conservare. Ut autem predicta rata et inconcussa permaneant P. decanus et H. custos ecclesie in Sarburch capitulumque eiusdem ecclesie ad humilem petitionem meam presentem cedulam sigillis suis signaverunt. Actum et datum anno domini M.CC.LX. secundo, in festo Agnetis.

165. Ludolf der probst und der gesammte convent von Neuwerk bei Neuss übertragen dem deutschen haus zu Gierath das ihnen früher vom edlen herrn Diederich von Milendunk abgetretene patronat der kirche zu Elsen. 1263 märz 19.

Nos Ludolfus dei gratia prepositus totusque conventus ecclesie regularis sancte Marie novi operis extra Nussiam. Universis presentes litteras inspecturis notum facimus et tenore presencium protestamur, quod nos communi consensu et consilio deliberato resignavimus et resignamus ad manus et utilitatem . . . fratrum domus sancte Marie Theuton. de Judenrode patronati ecclesie de Else, et quicquid iuris in patronatu eiusdem ecclesie habemus vel habere possumus ex collatione nobis vel ecclesie nostre ipsius patronatus facta a nobili viro domino Theod. quondam de Milendunc; et in ipsius resignacionis testimonium instrumentum nobis a dicto domino Theod. de Milendunc super collacione patronatus ipsius ecclesie collatum fratribus tradimus memoratis. In cuius rei testimonium atque fidem presentes litteras eisdem fratribus sigilli nostri munimine tradidimus insignitas. Actum et datum anno domini M.CC.LX. tercio, feria secunda post dominicam qua cantatur iudica.

166. Rütger edler von Bremt und Sophie seine tochter verkaufen für sechshundertzehn mark denare dem deutschen haus zu Gierath ihr allod Elsen mit der weltlichen gerichtsbarkeit den zehnten mühlen häusern äckern dem patronat den mannen und vasallen. 1263 märz.

Rutgerus nobilis vir de Bremit et Sophia filia eius. Universis presentes litteras inspecturis in perpetuum. Ne rerum gestarum noticia lapsu temporis a memoria hominum elabatur, solet eam vivax scripturarum memoria et vox testium perhennare. Ad noticiam igitur omnium volumus pervenire, quod nos cum communi consensu et expressa voluntate fratrum sororum et consanguineorum nostrorum vendidimus . . . commendatori et fratribus domus Theutonice de Judenrode allodium et villam nostram de Else, cum iudicio seculari, decimis, molendinis, domibus, possessionibus, agris, iure patronatus, hominibus, vasallis et aliis omnibus attinenciis et iuribus suis, sicut ea tenuimus habuimus et possedimus, pro sexcentis marcis Aquensium de-

nariorum et decem marcis Coloniensium den. nobis numeratis, perpetuo et libere possidenda; et eisdem renunciamus et renunciamus ad manus fratrum predictorum in presentia virorum nobilium subscriptorum. In cuius rei testimonium atque fidem presentem cedulam Theoderici domini de Bremit et Giselberti de Bremit fratrum meorum, item Theoderici domini de Milendunc, Ludolfi domini de Dicka, Theoderici de Erperode, Wilhelmi de Schidreke et Bertrammii de Aldenhoven, virorum nobilium, sigillis una cum nostro predictis commendatori et fratribus domus Theutonice tradidimus communitam. Nos Theodericus dominus de Milendunc, Ludolfus dominus de Dicka, Theodericus de Erperode, Wilhelmus de Schidreke, Theodericus dominus de Bremit et Giselbertus de Bremit fratres, et Bertramus de Aldenhoven dictorum fratrum sororius, predicte vendicioni et renunciationi nos interfuisse et consensum adhibuisse presentibus profitemur et in ipsorum testimonium et firmitatem sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Actum et datum anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo sexagesimo tertio, mense marci.

167. Diederich herr zu Milendunk und Hedwig seine ehegemaehlin verzichten mit zustimmung ihres sohnes Diederich und ihrer andern kinder zu gunsten des deutschen hauses zu Gierath auf ihre ansprüche an den güttern zu Elsen die ihr verwandter Rütger edler von Bremt in besitz gehabt. 1263 märz.

Nos Theodericus dominus de Milendunc et Hadewig uxor eius. Universis presentes litteras inspecturis notum facimus et tenore presencium profitemur, quod nos renunciamus et renuntiamus libere et solute cum consensu et expressa voluntate Theoderici filii nostri ac aliorum liberorum et heredum nostrorum ad manus . . . commendatoris et fratrum domus Theuton. de Jendenrode, quicquid iuris habuimus et habemus in bonis et allodium de Else, que Rutgerus nobilis vir de Bremit noster consanguineus tenuit et possedit; promittentes quod eisdem fratribus super bonis et allodium predictis et eorum attinenciis nullum unquam prestabimus molestiam seu gravamen. In cuius rei testimonium atque fidem presentem cedulam predictis fratribus meo sigillo pro me . . . uxore mea, liberis et heredibus nostris tra-

• didimus communitas. Actum et datum anno domini M.CC.LX.  
tercio, mense marci.

168. Lorata gräfin von Saarbrücken bestätigt dem deutschen orden die ihm von ihrem vater geschenkte schlosskapelle zu Saarbrücken so wie alle andern schenkungen und käufe in ihrem gebiet. 1263 april.

Nos Lorata comitissa Saraponten. omnibus presentes litteras inspecturis notum esse volumus, quod cum felicis recordationis Symon comes Saraponten., pater noster, fratribus domus Theutonice pro remedio anime sue capellam castri Saraponten. et quedam alia bona tam apud Keyvelberch quam alibi in elemosinam contulisset, et ipsi fratres postmodum in nostro districtu quedam bona emissent necnon ab aliis intuitu pietatis quedam eis sint collata, in quorum bonorum possessione dicti fratres sunt et hucusque fuerunt: nos eorundem fratrum precibus inclinata consensum nostrum premissis adhibendo, dictas collationes et emptionem ratas et gratas habendo ipsas eisdem confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. In cuius rei testimonium presentes litteras eisdem tradidimus, sigilli nostri et sigilli domini E. comitis de Lingen munimine roboratas. Datum anno domini M.CC.LX. tercio, mense aprilii.

169. Diederich bischof von Wirland verleiht der deutschordenskirche zu Saarburg einen ablass. Hagenau, 1263 oct. 10.

Bonitate divina Theodericus episcopus Vironensis. Notum esse cupimus Christi fidelibus universis presentes litteras inspecturis quod nos dilectorum nobis in Christo fratrum hospitalis sancte Marie Theutonicorum favorabilibus precibus annuentes omnibus vere penitentibus et confessis qui locum eorundem in Sarburg Metensis diocesis cum cordis contritione et humilitate in anniversario dedicationis eiusdem venerabiliter visitaverint annuatim, de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius ac ea quam nobis licet indignis deus consultlit auctoritate confisi, quadraginta dierum uniusque carene indulgentiam, in beate vero et gloriose semper virginis dei genitricis Marie sanctique Johannis ewangeliste et beatarum Katerine

virginis et Elyzabeth festivitatibus et qui manum ipsis porrexerint adiutricem XL. dies, accidente consensu venerabilis domini Metensis episcopi, in nomine domini misericorditer elargimur. Datum Hagenowie, in crastino beati Dionisii, anno domini M.CCLXIII., pontificatus nostri anno XVII.

170. Pabst Urban IV. verleiht der deutschordenskirche zu Trier einen ablass. Orvieto, 1263 oct. 20.

Urbanus episcopus etc. Universis Christi fidelibus etc. Vite perennis gloria etc. Cum itaque dilecti filii . . preceptor et fratres hospitalis sancte Marie Theotonicorum in Alamania, sicut ipsi nobis significare curarunt, ecclesiam eiusdem hospitalis civitatis Treverensis, que in honore gloriose Marie virginis et sancte Elisabeth constructa esse dinoscitur, cupiant in proximo facere dedicari: universitatem vestram rogamus et hortamur in domino in remissionem vobis peccaminum iniungentes, quatinus ad dictam ecclesiam imploraturi a domino veniam delictorum in humilitate spiritus accedatis. Nos enim ut Christi fideles quasi per premia salubriter ad merita inviternus etc. omnibus vere penitentibus et confessis qui ad ecclesiam ipsam in die dedicationis huiusmodi causa devotionis accesserint unum annum et quadraginta dies, accendentibus vero illuc per octavas dedicationis ipsius totidem dies hac prima vice de iniuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus. Datum apud Urbem veterem, XIII. kal. novembr., pontificatus nostri anno tertio.

171. Loreta gräfin von Saarbrücken, Gottfrid dechant Almarich cantor und Bezelip custos von sankt Arnual, testamentsvollstrecker des verstorbenen probst Stephan von Nuhusen, beurkunden dass das deutsche haus zu Saarbrücken die hälften von den hundert Metzer pfund gezahlt hat, die es ihnen schuldig war für die vom probst Stephan ihm überlassene hälften des hofes zu Budersdorf. 1263 dec. 30.

Nos Loreta comitissa Sareponten., Godefridus decanus Almaricus cantor Becelinus custos ecclesie sancti Arnualis, Metensis dyocesis, executores testamenti bone memorie domini Stephani quondam Nuhuzen. prepositi et canonici sancti Arnualis, notum facimus universis presens scriptum inspecturis, quod . . commendator et fratres de domo Theotunica in Sareponte per-

solverunt nobis quinquaginta libras Meten. de illis centum libris, in quibus ipsi tenebantur nobis pro elemosina, quam supradic-tus Stephanus prepositus eis pro remedio anime sue contulit, videlicet dimidiam partem curie de Budersdorf cum suis appen-diciis universis. In cuius rei testimonium sigilla predictorum quatuor executorum presentibus sunt appensa. Actum anno do-mini M.CC.LX. tercio, dominica infra octavam nativitatis domini.

172. Friedrich graf von Rietberg verzichtet bei der einkleidung seines vaters mit dem gewand der deutschordensritter zu gunsten des ordens auf seine lehnberichtigung an dem hof zu Herdensell. Rietberg, 1264 märz 25.

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod nos Frethericus comes de Rettberege et uxor nostra Beatrix et filius noster Ottho, ad petitionem dilecti patris nostri et fratris Bernhardi neonon et aliorum fratrum domus Theuthonicorum, contulimus proprietatem domus Luberti de Herdensele cum om-nibus suis pertinentiis, que [ad] nos ratione dominii de Horst-marie pertinebat, domui Theuth. in perpetuum libere possiden-dam. Ne vero factum nostrum per nos vel per posteros nostros possit infringi, presentem literam sigillo nostro fecimus commu-niri. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M.CC.LX.III., in annunciatione beate Marie semper virginis, in castro Rettberig; cum vestiretur pater noster. Presentes fuerunt frater Conradus de Rettberich, frater Simon filius suus, frater Theodericus sa-cerdos, frater Bernhardus Schotthe, frater Hinricus de Hopingen, frater Aspelanus et alii quamplures.

173. Elisabeth wittwe des ritters Bock von Herchen [Herthen?] verzichtet auf ihre rechte an den von ihrem bruder Gis-bert von Ungershusen dem deutschen haus zu Siersdorf verkauften gütern zu Ungershausen. Cörrenzig, 1264 märz 27.

Universis presentibus et futuris presens scriptum visuris Johannes de Winda miles, illustris viri domini W. comitis Ju-liacensis dapifer, salutem et subscriptam cognoscere veritatem. Ad ammovenda tocius questionis et calumpnie falsitatem notum esse volumus, quod Elizabetha relicta Bok militis de Herchene soror Gisberti de Ungershusen, professa est manifeste coram

Silmanno de Ulenbusg scultheto domini comitis memorati, et coram aliis quorum nomina subscribuntur, quod postquam pervenit ad maturos etatis et discretionis annos scilicet ultra quindecimum annum, priusquam aliquem mundibordum haberet, tempore quo debite potuit, abrenuntiavit voluntarie et sine contradictione omnibus bonis in Uengershusen prout ibidem sita esse noscuntur. Dictam vero professionem fecit eadem E. anno domini M.CC.LXIII., dominica qua cantatur Oculi mei, circa horam nonam. Huiusmodi vero professioni testes interfuerunt subscripti; scilicet Willelmus de Glinbach, Gerardus de Korencig, Nicholaus de Aldenhoven, Winmarus de Boslar, Gosmarus de Palenbach, Gozwinus de Wilre, milites; item Franco de Coslar, quondam scultetus, Willelmus de Brakele, Giselbertus de Uengershusen, Henricus dictus advocatus de Korencig, Jacobus de Korencig, Macharius de Loverche, Godescalcus clericus et alii quam plures. Et facta est dicta professio apud Korencig in cimiterio. In huius itaque professionis facto a predicta E. testimonium ad petitionem fratrum domus Theutonice in Sersdorp, qui predicta bona allodialia a Giselberto predicto emerunt, et ad petitionem Silmanni scultheti predicti, qui tanquam iudex eidem professioni interfuit, presentem litteram sigilli nostri munimine duximus roborandam. Datum anno domini supradicto, quinta feria cum cantatur Salus populi ego sum.

174. Ludwig herr zu Randerath verzichtet [zu gunsten des deutschen hauses zu Siersdorf] auf seine rechte an den Gütern zu Uengershusen. Prümberg, 1264 april 3.

Universis presentes literas inspecturis Lodewicus dominus de Randenrode salutem in domino. Notum esse volumus et presentium testimonio protestamur, quod nos in presentia Johannis militis, dapiferi comitis Juliacensis, Renboldi de Hunsdorp militis, nostri advocati, W. de Glinbach, Eustachii de Brachele, Giselberti de Ederne, Franconis de Paffendorp, Godefridi Ulenbusg de Welze, Willelmi de Welce, Paini fratrī sui et Lodewici de Berge, militum, Giselberti de Uengershusen, Anselmi de Welce, Gerardi dicti an Lant et Willelmi de Brakele et Silmanni Ulenbusg scultheti comitis Juliacensis et aliorum quam plurium, apud Prümberg in cimiterio, in die beati Gregorii

confessoris, abrenunciavimus omni iuri quod nobis competere potuit vel posset in futurum in bonis omnibus de Ungershusen prout ibi sita esse noscuntur, nisi eadem bona nobis in posterum decerneremus ex consensu eorum, quorum sunt emptione legitima, vendicare. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum. Datum anno domini M.CC.LXIII., feria quinta post Letare Jerusalem.

175. Wilhelm graf von Jülich gibt dem deutschen haus zu Siersdorf drei morgen land in Siersdorf und erhält dafür drei morgen in Widstock. 1264 april 4.

Willelmus comes Juliacensis universis presentes litteras inspecturis eternam in domino salutem. Notum esse volumus et presentium testimonio profitemur, quod nos libere contulimus fratribus domus sancte Marie Theutonicorum de Sersdorp tres iurnales terre allodialis sitos proxime retro curiam ipsorum in Sersdorp, qui ex antiquo prata vocantur. Ipsi vero fratres in recompensationem eorundum iurnalium nobis alias tres iurnales sitos prope Widstok, qui ipsorum fuerunt allodium, libere contulerunt. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus litteris est appensum. Datum anno domini M.CC.XXIII., feria sexta post Letare Jerusalem.

176. Anno meister des deutschen ordens Gerard der comthur und die ordensbrüder insgesammt zu Saint Trond bekennen, dem fräulein Mechtild tochter des schultheiss Walter von Saint Trond wegen der ihnen zugefallenen erbschaft ihres bruders Heinrich, mitglied des ordens, eine leibrente von vierundzwanzig müdden roggen und einem schwein, nach ihrem tode aber zwei benannten nonnen drei müdden jährlich zu verschulden. 1264 mai 18.

Frater Anno ordinis hospitalis sancte Marie Theuton. Jerosolimitan. magister generalis, frater Gerardus commendator ceterique fratres domus eiusdem ordinis in sancto Trudone constituti. Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem et cognoscere veritatem. Universitati vestre notum facimus et presentibus protestamur, quod nos domicelle Megthildi, filie Walteri bone memorie quandam scolteti sancti Trudonis, tenemur de bonis que fuerunt predicti W. scolteti patris eius-

dem Megthildis, ad nos et domum nostram predictam iure hereditario ex successione Henrici, fratris dicte M., legitimi heredis memorati W., confratris ordinis nostri devolutis in viginti et quatuor modiis siliginis bone et pagabilis ad mensuram sancti Trudonis et in porco uno seu in duodecim solidis Leodien. pro dicto porco singulis annis in festo beati Andree infra muros dicti oppidi quamdui vixerit assignandis; cum adiacione conditionum subscriptarum, videlicet quod solucio huius pensionis initium habebit in festo beati Petri ad vincula tali modo, si memorata Megthildis die proxima que erit ante dictum festum beati Petri ad vincula viam universe carnis ingressa fuerit, de pensione futuri anni nichil habebit, scilicet non ordinare poterit aliquid de eadem si ut premissum est die predicta seu quacunque alia ante dictum festum mortua fuerit; si vero die proxima que erit post ipsum festum de medio sublata fuerit seu quacunque alia die post festum ipsum, dicta M. pensionem anni illius sequentis integrum habebit et quicquid voluerit ordinare poterit de eadem. Item salva conditione prenotata domicella M. de medio sublata nos et domus nostra a pensione tam bladi quam porci sive pecunie liberi erimus et soluti, excepto quod post decessum sepedicte Megth. domicelle Gertrudi consanguinee sue moniali apud Milen si supervixerit, alias non, quoad vitam suam tres modios siliginis, ac domicelle Margarete filie Robini dicti Proith oppidani sancti Trudonis, moniali predicti monasterii, si et ipsa supervixerit alias non quoad vitam suam tres modios siliginis de predicta pensione prelibate Megth. singulis annis in festo beati Andree tenebimur assignare; sed una predictarum monialium de medio sublata cedet nobis ac domui nostre portio sue pensionis, post mortem autem ambaram nos et domus nostra quitti penitus erimus a solutione dictarum pensionum. In quorum omnium testimonium et munimentum presentes litteras sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari. Datum anno domini M.CC. sexagesimo quarto, dominica qua cantatur Cantate domino.

177. Gerhard bischof von Münster gibt dem deutschen haus zu Münster den zehnten des hauses zur Horst im kirchspiel Dülmen und eines dabei gelegenen der kirche zu Lette [unweit Coesfeld] gehörigen hauses. 1264 nov.

Universis presens scriptum intuentibus innotescat, quod nos Gerardus dei gratia Monasteriensis episcopus proprietatem census decimalis domus dicte tor Horst site in parochia Dūlmene et domus ibidem vicine pertinentis ad ecclesiam in Lette, cuius advocatus est Joannes de Mervelde miles, contulimus fratribus domus Teutonice in Monasterio in perpetuum possidendam; quod presentibus protestamur. Actum anno domini M.CC.LX. quarto, mense novembri, pontificatus nostri anno secundo.

178. Johann von Warnesberg vōgt zu Kelze schenkt dem deutschen haus [zu Metz] für dessen spital in Meimersburnen acht morgen daselbst, erlässt ihm einen zins von einer hofstätte, und gestattet ihm das weiderecht auf seiner besitzung Zuringer gut genannt. 1264 dec. 21.

In nomine domini amen. Johannes de Warnesberg advo-  
catus de Kelze. Cum de vite medio migrant homines, littera  
manet superstes que ad posteros priorum transvehat actiones.  
Noverint igitur inspectores presentium universi, quod ego pie-  
tatis intuitu ob reverentiam Jesu Christi ac sue matris virginis  
gloriose contuli fratribus domus sancte Marie Theutonicorum ad  
hospitale in villa Meimersburnen situm octo iurnales inter stra-  
tam ducis et rivum iuxta molendinum collocatos in rubis, pratis  
et campis, et hoc liberaliter et libenter. Item dedi eis liber-  
tatem pascendi pecora sua in bonis meis, que Zuringergut vul-  
gariter appellantur, et in aliis bonis ac bannis meis, ipsis adia-  
centibus ac vicinis. Insuper dedi eisdem fratribus et relaxavi  
gratuita voluntate quatror quartas grani, quod creverat quolibet  
anno in area, sue ville iam dicte Meimersburnen contigua, quas  
michi pro censu de area ipsa persolverunt, quando area ipsa  
fuerat seminata, volens ut a talis census solutione in perpetuum  
sint liberi et soluti. Hec in puram elemosinam ipsis fratribus  
erogavi pro mee et uxoris mee ac progenitorum meorum ani-  
marum remedio et salute. In cuius rei memoriam et munimen  
ac perpetuam firmitatem dedi sepeditis fratribus presens instru-  
mentum sigilli mei caractere consignatum. Actum anno domini  
M.CC.LX. quarto, XII. kal. ianuar.

179. Emicho graf von Leiningen und Loreta gräfin von Saar-  
brücken übergeben dem deutschen orden ihren antheil

an den hörigen, die von Wormingen nach den vom ritter von Morsberg dem deutschen hause zu Saarbrücken verkauften gütern in Engeswilre übergiesiedelt; und beurkunden dass der ritter allen ansprüchen auf iene güter und hörigen in gegenwart der burgmannen von Saarbrücken entsagt habe. 1265 ianuar 19.

Nos Emicho comes de Liningen et Loreta comitissa de Saroponte tenore presencium recognoscimus et constare cupimus universis, quod nos partem que nobis adtinere dinoscitur sive discitur in hominibus, qui se de bonis in Wormingen in villam Engeswilre transtulerunt et residenciam faciunt super bonis, que Gerhardus parvus miles de Morsbercg fratribus domus sancte Marie Teutun. vendidit in eadem villa Engeswilre racionabiliter atque iuste, unanimi consensu et liberaliter dedimus fratribus eisdem; et profitemur, eundem Gerhardum militem renunciasse coram nobis omni actioni quam habuit vel habere potuit contra predictos fratres de bonis et hominibus prelibatis, presentibus et videntibus in Saroponte castrensis universis. In cuius rei robur et testimonium presens instrumentum damus predictis fratribus, ad petitiones dicti Gerhardi militis sigillorum nostrorum appensionibus consignatum. Actum et datum anno domini M.CC.LX. quarto, XIII. kal. febr.

180. Johann landcomthur von Lothringen verkauft den cisterzienserinnen zu Bonnevoie bei Luxemburg für vierzig pfund Trierischer denare weinberge bei Cunchz die früher dem dortigen pfarrer gehörten, eine rente von einem malter frucht das Heinrich von Brettestein von einem felde zu entrichten hat, und eine halbe mütte wein hafend auf einen weingarten Richwin's. 1265 febr. 11.

Nos frater Johannes, preceptor fratrum domus Theuton. in Lottoringia, notum facimus universis presentes litteras inspec- turis, quod de consensu eorundem fratrum nostrorum vineas nostras sitas prope Cunchz in duobus locis, que fuerunt olim Johannis quondam plebani in Cunchz, maldrum frumenti, nobis ab Hermanno dicto de Brettesteyn in dicta villa de Cunchz commorante ex agro qui vulgariter dicitur Brunesacker debitum, et dimidiam muttam vini vulgariter dictam, nobis similiter ex vinea Richwini eiusdem loci debitam, vendimus et tradimus,

cum omni iure quo ea habuimus, religiosis dominabus . . abbatisse et conventui Bonevie ordinis Cystercien. prope Lucellenburg perpetuo possidenda, pro quadraginta libris Treveren. denar. nobis ab eisdem numeratis traditis et persolutis, ac in evidentem utilitatem domus nostre predice conversis; et promittimus eisdem, de dictis bonis facere guarandiam debitam et consuetam. In cuius rei testimonium et memoriam curie Treverensis rogatu nostro ac nostri . . preceptoris sigilla presentibus litteris sunt appensa. Actum et datum anno domini M.CC.LX. quarto, feria secunda post festum beate Agathe virginis et martiris.

181. Engelbert erzbischof von Cöln befiehlt seinem schultheiss zu Lechenich, in die dem deutschen haus zu Cöln [in Hermülheim] zustehende gerichtsbarkeit nicht einzugreifen, da er selbst nur den blutbann habe. Cöln, 1265  
april 16.

Engelbertus dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archieпис-  
копус, sacri imperii per Ytalam archicancellarius, dilecto fidei  
suo . . scultheto in Legnich gratiam suam et omne bonum.  
Insinuationem fratrum domus Theuton. ad sanctam Katerinam  
in Colonia accepimus, quod tu in iudicio eorum quod ad eos  
pertinet plus quam iustum est impedis, iuridicionem eorum, ni-  
mium restringendo, cum ad nos iudicium sanguinis pertinere tan-  
tummodo dinoscatur. Quare tibi districtius mandamus, quatinus  
iure nostro contentus non presumas ipsos fratres in eorum in-  
iuriam de cetero molestare, tantum inde faciens quod dicti frat-  
res non cogantur ad nos amplius aliquam deferre querelam.  
Datum Colonie, XVI. kal. maii, anno domini M.CC.LXV.

182. Embrico abt von sankt Panthaleon zu Cöln genehmigt,  
dass Luprechtirs von Laach dem deutschen haus zu Gierath  
fünfzig morgen land zu Laach gegen andre dort gelegene  
fünfzig morgen tauschweise abgetreten. 1265 nov. 13.

E. miseratione divina abbas totusque conventus monasterii  
sancti Panthaleonis Coloniensis ordinis sancti Benedicti. Uni-  
versis Christi fidelibus presens scriptum visuris notum esse vo-  
lumus, quod cum Luprechtirs de Lachghe quinquaginta iurnalia

terre arabilis sita in territorio predicte ville de Lachghe pro quinquaginta iurnalibus ibidem iacentibus viris religiosis . . commendatori et fratribus domus Teuthonice in Judenrode commutasset, et dictus L. nostrum consensum super dicta commutatione requisisset: nos ad petitionem dicti L. dictorum bonorum commutationem inter eosdem factam approbamus et ratam habemus, nostrum consensum plenaliter adhibentes. In cuius rei testimonium presentem litteram nos abbas et conventus predicti sigillorum nostrorum munimine fecimus communiri. Datum anno domini M.CC.LXV., feria sexta post festum beati Martini hyemalis.

183. Sophie Tochter der heiligen Elisabeth Wittwe des herzogs von Brabant bestätigt dem deutschen orden und besonders dem haus zu Marburg die ihm von ihrer mutter ihren oheimen und ihrem bruder gemachten schenkungen. Marburg, 1265 dec. 3.

Sophia recolende memorie beate Elyzabeth filia, relicta quondam ducis Brabantie. Universis presentem paginam inspecturis in omnium salvatore salutem. Revoluta sepius ante mentis nostre oculos devotione quam venerabiles fratres domus Theutonice matri nostre beate Elyzabeth semper exhibuerunt et exhibent, tanto nos ipsis teneri propensius recognoscimus quanto etc.\*). Recommendatum itaque habentes totum ordinem iam dictorum fratrum sed specialiter domum et locum in Marthburg ubi mater nostra feliciter requiescit etc.\*). totum nobis reputamus utique id impensum. Nos igitur invidorum detractionibus occurrere volentes de consensu et voluntate filii nostri Henrici lantgravii, domini Hassie, donationes omnes a matre nostra Elyzabeth et felicis memorie Henrico et Conrado patruis nostris necnon Hermanno fratre nostro prefatis fratribus factas et domui etc. una cum filio nostro ratas habentes etc. roboramus. Testes huius rei sunt Walterus sacerdos capellanus noster, frater Ludewicus de Novo Castro, Johannes Aureus, Rupertus dapifer, Gotfridus marschalecus, Senandus scoltetus, milites; Os-pertus, Ludewicus de Vronhusen, Hermannus Dens, Rudegerus, Henricus de Battenvelt et alii quamplures fide digni. Actum et

\*) Wie in der urkunde bd 1. s. 182.

datum in oppido Marthburg, anno domini M.CC.LX. quinto,  
tercio nonas decembbris.

184. Der thesaurar von sankt Severin zu Köln schreibt den  
geistlichen in Furen und der umgegend, der früher  
von ihm excommunicirte ritter Peter von Mortirs habe  
sich mit den deutschordensbrüdern von Saint Trond  
dahin geeinigt, dass er ihnen vier bonnare land und die  
gebäulichkeiten in Petersfuren und den dortigen hof nebst  
zubehör überlassen, dagegen von ihnen anderthalb bonnare  
land und einen zins von zwölf denaren erhalten  
habe, die bisher Johann sein verwandter vom schlöss  
Dalheim zu lehen trug. 1266 märz 8.

Thesaurarius ecclesie sancti Severini Colon., iudex seu con-  
servator fratum domus Theuton. per Alemanniam a domino  
papa delegatus, viris discretis sacerdotibus in Vuren et eccl-  
esiарum rectoribus necnon et universis capellaniis et vicariis ce-  
terisque omnibus ad quos presentes littere pervenerint in domino  
salutem. Cum inter viros religiosos.. commendatorem et fratres  
domus Theuton. de sancto Trudone dominos de Foron sancti  
Petri ex una parte et Henricum de Mortirs militem ex altera  
super statu et condicione eiusdem Henrici et rebus aliis coram  
nobis auctoritate apostolica questio verteretur, ac idem Henricus  
a nobis fuisse ob hoc ad dictorum fratum instanciam ex-  
communicationis vinculo innodatus: tandem predicte partes,  
proborum virorum use consilio, amicabiliter ad invicem compo-  
suerunt, hoc modo: quod predictus Henricus propter questio-  
nem huiusmodi sopiendam predictis.. commendatori et fratribus  
dedit tradidit et remisit quatuor bonuaria vel circiter terre  
arabilis cum areis et domibus, que in parrochia seu districtu  
de Foron sancti Petri predicto vel extra ab eisdem.. commen-  
datore et fratribus habuit et tenebat, cum omnibus eorum  
attinentiis. Item dimisit resignavit et quitavit curiam et terram  
arabilem satam et non satam et omnia alia bona, que in pre-  
dicto districtu de Foron vel extra ab eisdem .. commendatore  
et fratribus ad firmam tenebat seu habebat. Predicti vero ..  
commendator et fratres eidem Henrico tradiderunt et remise-  
runt bonuarium et dimidium terre arabilis cum censu duode-  
cim denariorum eisdem attinencium, que Johannes cognatus

eiusdem Henrici de castro Dalheim tenebat, quem bonuvarium et dimidium dictus Johannes eidem Henrico tradet et suprapor- tabit ubicunque et coram quibuscumque necesse fuerit vel eciam oportunum. Et ratione compositionis huiusmodi predicti . . commendator et fratres recognoverunt coram nobis, predictum Hen- ricum de Mortirs et Lambertum fratrem eius et pueros sororis eorum suos esse ministeriales homines, et de cetero eos tan- quam suos veros ministeriales tenebunt; et ipsi dictis . . com- mendatori et fratribus homagium facient secundum ius et morem ministerialium hominum, et hoc de cetero fideliter observabunt, se ad hoc astringentes bona fide. Unde vobis distincte preci- piendo mandamus, quatinus dictum Henricum et sibi communica- ntes, quos ab excommunicatione in ipsos lata auctoritate apostolica ad instanciam . . commendatoris et fratum predicatorum absolvimus in hiis scriptis, et omnes qui ab eisdem ma- culam contraxerunt, in ecclesiis vestris publice denuncietis ab- solutos, iniungentes ipsis prout vobis subiciuntur pro tanto excessu penitentiam salutarem; reddentes litteras cum appensione sigillorum vestrorum in signum executionis facte. Datum anno domini M.CC.LX, quinta, feria secunda post dominicam Letare Jherusalem.

185. Gottfried graf von Arnsberg und Adelheid seine gemahlin übertragen für sechsundzwanzig mark und eine allodialbe- rechtigung in Anröchte dem deutschen orden das lehnsherrliche eigenthum des edelhof Mülheim, den Diederich von Volmestein von ihnen zu lehen hat. Arnsberg, 1266 apr. 20.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Godefridus comes et Alheydis comitissa de Arnesberch universis Christi fidelibus has litteras intuentibus in perpetuum. Ut omnis in posterum dubietas amputetur, presentium testimonio litterarum cum nostrorum appensione sigillorum protestamur recognoscimus et notum facimus tam presentibus quam futuris, quod nos maturo accidente consilio castrensum, ministerialium ceterorumque ami- corum nostrorum necon et de plena voluntate et consensu li- berorum nostrorum, videlicet Godefredi, Frederici, Ludewici, Johannis, ac de aliorum heredum nostrorum omnium pleno et voluntario consensu, a fratre Theoderico de Vilarich et a fratre Bernhardo, Christi militibus, receptis XXVI. marcis denariorum,

proprietatem curtis in Mulenheim, quam curtem Theodericus vir nobilis de Volmuntstene tenet a nobis, cum universis bonis in eadem villa Mulenheim sitis eidem curti attinentibus, cum molendino, iudicio, aquis, piscaturis, pascuis, pratis, rubetis, agris cultis et incultis ac omni fructuum utilitate necnon et cum omnibus attinencis, fratribus beate Marie et Christi militibus domus Teutonice terre transmarine contulimus et conferimus in hiis scriptis pleno iure in perpetuum obtainendam; recipientes in concambium, pro proprietate eiusdem curtis in Mulenheim, bonorum in Anrochthe proprietatem ab Hermanno milite de Withene, que bona Iwanus et nati sui ab eodem Hermanno tenere dinoscebantur. Datum et actum in Arnesberch, anno incarnationis dominice millesimo ducentesimo sexagesimo sexto, tercia feria ante festum beati Georgii martiris; regente Coloniensem ecclesiam Engelberto.\*)

186. Diederich herr zu Milendunk und Hedwig seine gemahlin überlassen mit zustimmung ihres ältesten sohnes Diederich und ihrer andern kinder dem deutschen haus [zu Gierath] ihren zinsmann Gerard von Elsen als einen dem stephansaltar [der kirche zu Elsen] hörigen mann. Milendunk, 1266 iuli 26.

Nos Theodericus dominus de Mylendunc et uxor nostra domina Hadewigis. Ad cunctorum notitiam etc. cupimus per venire, quod nos ex consensu et voluntate Theoderici senioris filii nostri et aliorum liberorum nostrorum Gerardum de Elze nostrum virum censualem, filium Friderici braxatoris, solum exceptis suis sororibus et alia parentela que nos contingit, offerimus et conferimus super altare beati Stephani prothomartiris condominis confratribus ordinis gloriose virginis Marie et domui Theutonice in eodem iure aliorum hominum pertinentium ad altare predictum; et hoc sub testimonio bonorum virorum scilicet Wi-

\*) Die in der urkunde nicht angeführten zeugen sind nachträglich auf einem derselben beiliegenden pergamentzettel in folgender weise verzeichnet:

Quando dominus comes de Arnesberg et comitissa et heredes ipsorum proprietatem bonorum in Mulenheim militibus Christi transmarinis dederunt, presentes fuerunt Henricus de Plettenbracht, Hedenricus de Tunen, Godscalculus de Bruchusen, Antonius Senus, Conradus de Moninchusen, Conradus de Husthene, Conradus de Visbeke, milites, Boymundus notarius, Johannes de Wichlen, Henricus dictus Hardevusth et alii plures.

dekindi pastoris in Juchenden et Seberti plebani in Elze, Thilmanni dicti Kint et fratrum suorum Johannis et Vrimanni, Henrici Sprunc, Berfridi Magni et Johannis dicti gast, Gotsalki de Berge et aliorum bonorum virorum. Nevero in posterum aliquis ausu temerario de dicto viro scilicet Gerardo se intromittat seu suum ius violare proponat quod absit, presentem cedulam sigillorum nostrorum munimine duximus roborandam. Acta sunt hec apud Milendunc, anno domini M.CC.LX. sexto, feria secunda post festum beati Jacobi apostoli.

187. Gerard der praeceptor und der gesammte convent des deutschen hauses zu Biesen machen die männer und frauen namhaft, die von Daniel von Furen mit seinem übrigen besitzthum dem orden als hörige lehnleute übertragen worden, und erklären sich als die schutzherren derselben.  
1266 iuli.

In nomine domini amen. Universis Christi fidelibus, quibus presentes litteras contigerit exhiberi, frater Gerardus preceptor et conventus fratrum ordinis sancte Marie domus Theotonice in Juncis salutem in domino sempiternam. Universitati vestre presentibus litteris innotescat, quod cum nobilis vir bone memorie Daniel dominus de Foron, spiritus sancti gratia illustratus, in domo nostra de Juncis ordinem nostrum intravit, nobis ac domui nostre ita libere reddidit se et sua, quam etiam homines suos ministeriales omnes, eo iure quo ipsos tenuerat ac tenebat, nobis et eidem domui nostre contulit et incorporavit iure perpetuo possidendos; videlicet Benignam de Foron, Johannem dictum Loddere, item Letitiam de Foron, Juttam de Flidermale, Gertrudem, Lanam, Odam sorores, dicte Jutte filias, et Willelmum et Salomonem, eorundem sororum fratres; item Juttam, Margaretham, Odam, Lanam sorores, Mathiam et Arnoldum fratres, filios et filias Ode prenotate; item Gertrudem, predicte Gertridis filiam; item Macharium, Willelmum, fratres; Aleydem, Juttam, Gertrudem, Elyzabet et Margaretham sorores, filios et filias Lane prenotate; necnon et successionem seu posteritatem omnium premissarum, ab eis per sexum femineum in posterum descendentem ac etiam descensuram; quas personas omnes cum suis posteritatibus non solum idem nobilis cum viveret nobis assignavit; sed etiam nos postmodum, facta super hoc inquisitione

ad certitudinem habundantem, invenimus prenotatas personas cum suis posteritatibus predicti nobilis ministeriales homines extitisse, et ad nos et ad domum nostram esse prout premissum est devolutos. Ne igitur sepedictis personis vel eorum posteris super statu suo seu conditione questio seu calumpnia moveatur, eos ministeriales homines nostros esse et nullum alium habere preter nos dominum seu etiam advocatum, presentibus litteris protestamur; quas ipsis contulimus sigilli nostri munimine roboratas in evidentiam et testimonium premissorum. Datum anno domini M.CC.LX. sexto, mense iulio.

188. Gerhard bischof von Münster übergibt dem deutschen haus zu Münster das haus Echtelingtorp im kirchspiel Lüdinghausen und erhält dagegen das haus zum Forst nebst der hälften des dazu gehörigen waldes. Wolbeck, 1266 aug. 23.

Gerardus dei gratia ecclesie Monasteriensis episcopus. Omnibus presens scriptum visuris notum facimus quod nos proprietatem domus in Ethelincthorpe site in parochia ecclesie in Luddinchusen, que quondam fuerat nostre ecclesie, contulimus domui Theutonice sancti Georgii in Monasterio; recipientes nobis et nostre ecclesie, quam in hac parte illesam esse volumus, in locum proprietatis eiusdem proprietatem domus Von Vorste et medietatem foresti, quod vulgo Vorst dicitur, ad eandem domum Vorste spectantis. In cuius rei notitiam et perpetuam firmitatem presens scriptum sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum apud Woltbecke, his presentibus: Walramo preposito maiore et Brunsteno canonico Monasterensi, Heidenrico decano sancti Ludgeri Monast., Henrico de Rechgethe, Alberto dapifero, Remberto de Stochem, Heriberto de Spredowe, Johanne de Tinclage, Israel de Sendene, Johanne de Deckenbrock, Johanne de Dorvelde, Gisalberto de Scolden et fratre Bernardo dicto Scotten, militibus, et aliis quampluribus. Anno domini M.CC.LX. sexto, in vigilia Bartholomei apostoli.

189. Gerhard bischof von Münster beurkundet, dass der stiftstruchseng Engelbert von Deckincbroke eine rente von drei malter hafer haftend auf Schönefeld's haus, das bisher dem bischof lehnspflichtig, dem deutschen haus zu Münster übertragen und statt dessen sein eignes haus,

genannt Kukinc, lehnpflichtig gemacht. Wolbeck, 1266  
mitte september.

Gerhardus dei gratia ecclesie Monasteriensis episcopus. Omnibus presens scriptum visuris notum facimus, quod Engelbertus dictus de Deckincbroke dapifer venerabilium virorum canonorum nostre ecclesie contulit, nostro expresso ad hoc accedente consensu, domui Teutonice fratrum sancti Georgii in Monasterio redditus trium molt. avene in Monasterensi mensura, ex manso sive domo dicta Scönenvelde, quam ipse feudi titulo tenet a nobis, annuatim solvende; versa vice pensionariam reddens dicto manso Sconenvelde mansum suum dictum Kukinc, quem ipse proprietatis iure possidet, ad redditus totidem molt. avene mensure eiusdem in locum et ius prius dictorum reddituum recasuros. In cuius rei notitiam et perpetuam firmitatem presens scriptum sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum apud castrum nostrum Woltbeke, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo sexagesimo sexto, circa medium mensis septembris.

190. Diederich von Volmestein beurkundet, dass ritter Gottfried von Meschede keinerlei berechtigung an dem hof zu Mülheim hat, welchen ritter Hermann von Mülheim und seine ehegemahlin auf ihren todesfall dem deutschen orden geschenkt haben, und überträgt dem orden alle seine rechte an demselben. Volmestein, 1267 nov. 27.

Universis Christi fidelibus ad quos presens scriptum per-  
venerit Theodericus miles primogenitus de Volmutstene salutem.  
Ad notitiam omnium volumus devenire, quod Gotfridus miles  
dictus de Meschede sive sui legitimi heredes nunquam a nobis  
sive a dilecto patre nostro Henrico bone et felicis memorie  
aliquid iuris in curte, que dicitur Mulnhem, cum universis attinentiis mansis agris nemoribus receperunt; quare dictum Gotfridum et suos heredes in supradicta curte nichil iuris habere  
vel sibi competere in bonis memoratis, presentibus nostris litteris protestamur. Cum igitur Hermannus miles de Mulnhem  
cum uxore sua saluti anime sue salubriter consulendo supradic-tam curtem cum universis attinentiis fratribus domus Teuthoniorum legaverit post obitum eorundem: nos tamen pro facto  
consensum adhibere volentes, omne ius quod nobis et heredibus

nostris in sepedicta curte competere videtur, in manus predicatorum fratrum libenti animo resignamus; volentes eosdem dicta bona quiete ac pacifice perpetuo possidere. Ne vero aliquis in posterum factum nostrum infringere valeat vel mutare, sepedictis fratribus presentem litteram dedimus sigilli nostri munimine firmiter roboratam. Datum et actum apud Volmutstene, anno domini M.CC.LX. septimo, in prima dominica adventus domini.

191. Volkwin der comthur und der gesammte convent des deutschen hauses zu Siersdorf geben dem schmied Heinrich und Ulend seiner ehewirthin ihr zu Aachen auf der Kölnstrasse gelegenes haus in lebenslänglichen besitz. 1267.

Universis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis frater Volcwinus commendator totusque conventus fratrum domus Theoth. in Seirstorp notitiam veritatis. Noverint universitatem presentes quam futuri quod Henricus faber et uxor sua Ulend. domum nostram, Aquis in platea Coloniensi sitam, ex parte nostra et consensu quoad vixerint possidebunt. Si vero unus pro alio mori contigerit, alter qui supervixerit dimidiatatem predicte domus ad terminum vite sue obtinebit; ipsis vero decedentibus nullus de posteritate sive heredibus predictorum nichil iuris de predicta domo se sciant requirendum. Et ut hoc ratum et firmum permaneat, presentem paginam sigilli nostri munimine duximus reborandam. Actum et datum anno domini M.CC.LXVII.

192. Die brüder des deutschen hauses zu Siersdorf erklären, dass sie zu grösserer rechtssicherheit vor den schöffen zu Aachen Heinrich dem schmied und seiner frau ihr auf der Kölnstrasse gelegenes haus in lebenslängliche miethe gegeben.

Notum sit universis presens scriptum inspecturis quod nos fratres de domo Theoth. in Seirstorp propter cautionem iuris coram scabinis Aquensisibus conduximus H. fabro et sue uxori U. domum nostram Aquis in platea Coloniensi sitam singulis annis pro quinque marcis; de quibus unam marcam singulis annis de fundo sive area predicte domus quoad vixerint persolvent; reliquas vero marcas fratres a predictis non requirent.

193. Hildegund die abtissin und die schwestern des klosters zum Spiegel in Cöln verkaufen dem deutschen haus da-selbst eine mark erbzins haftend auf einem dortigen hause. 1268 märz 17.

Soror Hildegundis dicta abbatissa totusque conventus ad speculum virginum ordinis Cyst. in Colonia. Universis quibus presentes littere fuerint presentate cognoscere veritatem. Universitati vestre notum esse cupimus, quod cum magister Henricus dictus Rapa, canonicus sancte Marie ad gradus in Colonia, nobis et monasterio nostro unam marcam hereditarii census, solvendam de domo sua sita inter cubiculos, quam Johannes de Gigante iure possidet hereditario et tenet ab eodem, in elemosinam contulisset: nos utilitatem monasterii nostri perspicientes, de communi consensu et unanimi omnium voluntate eandem marcam . . commendatori et fratribus domus Theuton. sancte Katerine in Colonia vendidimus pro certa pecunie quantitate, quam pecuniam nobis esse datam et numeratam tenore presentium protestamur, et ipsam pecuniam locatam esse in usus nostre ecclesie; promittentes quod eisdem . . commendatori et fratribus quandocunque requisierint warandiam et renuntiationem faciemus debitam et consuetam, ubicunque sibi viderint expedire. In cuius rei testimonium atque fidem presentes litteras eisdem sigillo nostro tradidimus communitas. Actum et datum anno domini M.CC.LX. septimo, feria tertia post dominicam qua cantatur Reminiscere miserationum.

194. Diederich bischof von Wirland verleiht der deutschordenskirche zu Metz einen ablass von einem iahr und zweihundertsechzig tagen. Saarbrücken, 1268 mai 15.

Bonitate divina Theodericus Vironensis episcopus Christi fidelibus universis tam presentibus quam futuris salutem in dominorum domino dei filio Iesu Christo. Gloriosus deus in sanctis suis etc. Hinc est quod cum nos favorabiliter precibus pre[dilectorum] nobis in Christo fratrum domus Theotonice apud Metim amicabiliter inclinati capellam eorundem maiusque altare in honore gloriose semperque virginis Marie, sancte ac victoriosissime crucis, beatorum Georgii Mauricii et Sebastiani, magnificorum militum et martyrum, aliudque altare ante chorum in

honore beatarum Elyzabeth Marie Magdalene Katherine Agnetis et Margarethe duxerimus dedicandum: omnibus vere penitentibus et confessis qui in ipso die consecrationis et per primos octo dies deinde in tribus octavis, post hec in mensualibus memoriis per primi anni circulum, de[inde] in anniversario ipsius dedicationis que in dominica sancte trinitatis singulis annis semper habebitur etc. cum cordis contritione et humilitate locum visitaverint antedictum, [annum integrum] de capella, bis quadraginta dies de altaribus, quadraginta dies quos habemus de sedis apostolice gratia speciali, quadraginta dies ex parte administratorum Werrici archidiaconi et decani sancti salvatoris, centumque dies quos habet ordo ipsum per Allemanniam in dedicationum et in beate virginis festivitatibus et per octavas eorundem auctoritate papali, annis singulis imperpetuum de dei omnipotentis misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius ac ea quam nobis licet indignis deus contulit auctoritate confisi in nomine domini misericorditer relaxamus. Datum apud Sarapontem, feria tercia post dominicam Vocem iucunditatis, anno domini M.CC.LXVIII., pontificatus nostri anno vicesimo primo.

195. Welter von Coblenz comthur und die andern brüder des deutschen hauses zu Cöln beurkunden dass sie vom Severinstift ein haus auf der breiten strasse, ihrem haus zu sankt Catharina gegenüber, in erbpacht erhalten haben für den iährlichen zins von fünfzehn schilling wovon eilf schilling in zwei terminen an das genannte stift und vier an das kloster zum Weiher zu zahlen sind. 1268 aug.

Frater Welterus de Confluencia commendator ceterique fratres domus Theutonice sancte Katerine in Colonia. Universis quibus presentes littere fuerint presentate cognoscere veritatem. Ne rerum gestarum memoria lapsu temporis a memoria hominum elabatur, solent eam vivax memoria litterarum et vox testium perhennare. Ad noticiam igitur tam presencium quam futurorum volumus pervenire quod nos deliberato consilio et unanimi consensu utiliora ecclesie nostre perspicentes aream sitam in lata platea ex opposito domus nostre sancte Katerine prediche, iuxta domum dictam zen brie, cum tribus mansionibus contiguis retro sitis in valle versus Ulregassen, recepimus ab Henrico preposito, . . decano totoque capitulo ecclesie sancti Severini in Colonia

nomine census iure hereditario possidendam, pro quindecim solidis Colon. denariorum, eisdem . . preposito, . . decano totique capitulo predice ecclesie sancti Severini singulis annis, quinque videlicet solid. et sex denar. in festo beati Petri ad vincula et quinque solid. et sex den. in festo purificationis beate virginis persolvendis, protractione qualibet procul mota, et residuis quatuor solidis monasterio de piscina extra muros Colonienses sito a nobis singulis annis persolvendis; ita tamen quod quocunque casu contingente ad domum nostram super solutione dicti census respectus habeatur ab eisdem; et ipsi nobis warandiam prestabunt ubique et quomodo cunque fuerint requisiti. In cuius rei testimonium atque fidem presentes litteras eisdem preposito decano et capitulo ecclesie sancti Severini sigillis nostris videlicet W. commendatoris et domus [nostre] tradidimus communitas. Actum et datum anno domini M.CC.LX. octavo, mense Augusti; presentibus magistro G. scolastico, Thoma dicto Grin, Hermanno dicto de Ackere, Hermanno de Mummarsloch, canonicis sancti Severini, et Rudolpho vicario ibidem, item Richolpho sacerdote, Theoderico et Johanne, confratribus domus nostre, et aliis quampluribus.

- X 196. Ludolf herr zu Dyck schenkt dem deutschen orden das patronat von Hackenbroich. In der kirche zu Hackenbroich, 1268 oct. 28.

Viro venerabili ac domino honesto . . decano et archidiacono ceterisque quibus presentes littere fuerint presentate. Ludolfus dominus de Dicka, Gerardus Henricus Ludolfus Wilhelmus et Aleidis puella, liberi et heredes ipsius L. domini de Dicka, cognoscere veritatem. Ne rerum gestarum noticia lapsu temporis ab hominum memoria elabatur, solent eam vox testium et vivax scripturarum memoria perhennare. Ad noticiam igitur omnium volumus pervenire, quod nos communi et unanimi consensu ius patronatus ecclesie quod habuimus vel habere dinoscebamus in ecclesia de Bruche, eo iure et integritate quo et qua ipsum ius habuimus et possedimus in ecclesia predicta, pro remissione peccatorum nostrorum et omnium parentum nostrorum, in elemosinam contulimus et conferimus per presentes magistro et fratribus domus Theutonicorum in subsidium terre sancte cum

omnibus suis attinentiis libere et absolute; et eisdem renuntiamus pure et simpliciter per presentes; vobis domino . . archidiacono supplicantes, ut hanc collacionem ratam et gratam habentes consensum vestrum et auctoritatem impendatis eidem. Ut autem hec collacio rata et firma permaneat et ne in posterum ab aliquo temere valeat infirmari, presentes litteras nostro, L. domini de Dicka et virorum nobilium Ludewici de Randenrode et Godefridi de Erperode sigillis fecimus communiri, et eas predictis . . magistro et fratribus in testimonium tradidimus premissorum. Nos L. dominus de Randenrode et G. dominus de Erperode qui sigillo domini Th. de Erperode patris nostri utimur ad presens omnia premissa vera esse tenore presencium profitemur. Actum et datum presentibus supradictis, item Egidio de Rurgemunde, Godefrido de Berchhusen, Godefrido de Hurst, militibus; item Johanne Clinker scabino, Henrico Culhus officiali Nussiensi; Gerardo filio domini Gerardi de Wivelenchoven, Lutheru filio domini Gozwini de Tiverne, Wilhelmo filio domini Gerardi de Hunenbruch, Hermanno filio . . choriepiscopi de Dicka, nobilibus; item Johanne Aneke, Hermanno, Conrado, Balwino et Gerardo, filiis advocati de Gisenkirchen, Gerardo de Rode, Rembodore de Hundestorp, . . plebano et omnibus parochianis de Bruche. Anno domini M.CC.LX. octavo, in die beatorum Simonis et Jude apostolorum, sollempniter in ecclesia de Bruche.\*)

197. Heinrich von Bachem kanonicus zu Bonn und rector der kirche zu Hermülheim überlässt dem deutschen haus zu Köln alle einkünfte der genannten kirche gegen eine leibrente von sechszehn mark. Bonn, 1269 iuni 11.

Nos Henricus de Bagheim, canonicus ecclesie Bunnensis et rector ecclesie in Rychzemolenheym, notum facimus universitatem presentibus quam futuris, quod inter viros religiosos . . commendatorem et fratres domus Theutonice apud sanctam Katerinam in Colonia et nos, accidente consensu venerabilis viri domini Wernerii prepositi ecclesie sancti Gereonis Coloniensis loci decani, super fructibus nostris ecclesie memorate in Rych-

\*). Bei Lacomblet bd. 2 s. 342 eine andre, am tag vorher ausgestellte urkunde Ludolf's von Dyck, worin er dem deutschen haus zu Coblenz für zweihundert mark den dortigen zehnten verkauft.

zemolenheym taliter est condictum et ordinatum, quod dicti . . commendator et fratres dictos fructus percipient cum omni integritate et iure quo ipsos hactenus percipere consuevimus, tam in decima quam in aliis omnibus que ad ipsam ecclesiam pertinebant; et in recompensationem fructuum predictorum solvent nobis singulis annis sexdecim marcas denar. Coloniensium in terminis infra scriptis, videlicet in natali beati Johannis baptiste octo marcas et in festo beati Andree octo marcas; tali condicione apposita, quod si infra nativitatem beati Johannis baptiste nos mori contigerit, extunc fratres memorati ad solutionem dicte pecunie minime tenebuntur. Iidem eciam . . commendator et fratres facient ipsam ecclesiam officiari quamdiu vixerimus, prout ipsis secundum deum et suam conscientiam videbitur expedire. In cuius rei testimonium et munimen memoratis . . commendatori et fratribus domus predice damus presentes litteras sigillorum predicti domini . . prepositi sancti Gereonis et nostri appensione munitas. Actum et datum Bunn., anno domini M.CC. sexagesimo nono, in crastino festivitatis beati Barnabe apostoli.

198. Blithilde die abtissin und der gesammte convent von Marienwiesen verkaufen mit einwilligung des abts von Altenberg dem deutschen haus zu Cöln für acht mark einen ihnen früher von Anton von Sassenhofen geschenkten erbzins von einer halben mark, haftend auf dem hause weiland Conrad's des Eifelers. 1269 iuni 23.

Nos Blithildis abbatissa totusque conventus de prato sancte Marie ordinis Cisterciensis. Notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod nos de communi consensu et voluntate venerabilis patris abbatis de Veteri Monte nostri visitatoris vendidimus . . commendatori et fratribus domus Theutonica apud sanctam Katerinam in Colonia dimidiā marcam hereditarii census libere et absolute, pro octo marcis Colon. denariorum quos profitemur a dictis fratribus recepisse, quem in domo quondam Cunradi dicti Eyflarii habuimus et Antonius dictus de Sassenhaven bone memorie quondam in remedium anime sue nostre domui legavit. Promittimus insuper prefato . . commendatori et fratribus, quod omne impedimentum sive dampnum quod de aliqua actione in posterum possent incurrere, de hac

ipsos relevabimus et indemnes observemus. In cuius rei testimonium et evidenciam plenioram nos abbatissa sigillum nostrum una cum sigillo prefati domini abbatis de Veteri Monte visitatoris nostri presentibus duximus apponendum. Actum et datum anno domini M.CC. sexagesimo nono, in vigilia nativitatis beati Johannis baptiste.

199. Ludwig und Hermann von der Weide Simon vom Neumarkt und andre pfleger des heiligengeist-spendehauses der pfarrei sankt aposteln zu Cöln beurkunden, dass sie dem deutschen haus daselbst einen zins von fünftehalb schilling, die deutschordenskünder dagegen dem heiligengeistspital einen zins von sechs schilling erlassen haben.  
1269 iuni 24.

Nos Ludewicus et Hermannus fratres dicti de Salice, Symon filius Heydenrici de Novo foro, Hermannus de Lobio, Henricus de Scayfporcen ac universi officiales de domo spiritus sancti in parochia sanctorum apostolorum. Notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod nos de communi consensu et bona voluntate pauperum sancti spiritus in parochia sanctorum apostolorum commorantium, quorum sumus tutores, donavimus ac remisimus religiosis viris et discretis . . commendatori et fratribus de domo Theutonica apud sanctam Katherinam in Colonia commorantibus ac domui ipsorum libere et absolute quatuor solidos et sex denarios Colon. den. hereditarii census, quos dicta domus sancti spiritus habuit in pomerio sive in orto fratribus memoratorum de domo Teuthonica, quod pomerium sive ortus quondam fuit Godefridi dicti Hardevust ac heredum suorum. Ipsi vero fratres predicti de domo Theutonica econverso domui sancti spiritus iam dicte donaverunt ac remiserunt libere et absolute sex solidos Colon. den. bonorum et legalium hereditarii census in tribus areis et eorum edificiis sitis in Divingassen. Promittimus insuper sepeditis . . commendatori et fratribus de domo Theutonica ac ipsorum domui, omne impedimentum sive dampnum quod ipsi de aliqua anesprage in posterum incurrire possent, quod de hac ipsos relevabimus bona fide. In cuius rei testimonium et evidenciam plenioram, quia predicta domus sancti spiritus sigillo proprio non est usa, nos Ludewicus et Hermannus fratres dicti de Salice et Symon filius Hey-

denrici de Novo foro sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Actum et datum anno domini M.CC. sexagesimo nono, in nativitate beati Johannis baptiste.

200. Gelecho und Walter söhne ritter Albert's von Morsberg ihre schwestern Gela und Adelheid und ihr schwager Anselm von Hyrcenheim verkaufen dem deutschen haus zu Metz für achtzehn Metzer pfund einen erbzins von siebzehn und einem halben schilling und ihr allod zu Hundelingen. 1269 aug. 31.

Nos Gelecho et Walterus fratres, Gela et Adeleydis sorores predictorum, nati seu liberi domini Alberti quondam de Morsperch militis, necnon et Anselmus de Hyrtencheym coniunx Adeleydis predicte notum facimus universis has litteras visuris, quod pari et unanimi consensu vendidimus magistro et fratribus domus Theutonicorum beate Marie in Meti decem et septem solidos et dimidium censum Metensis monete una cum omni nostro allodio, quod habebamus in banno et villa de Hundelinga ex quo ipsi census proveniunt, hominibus tamen exceptis, tam in pratis quam in terris arabilibus silvis nemoribus seu rebus aliis consistente, pro decem et octo libris Meten. nobis ab eisdem magistro et fratribus fideliter numeratis traditis et integre persolutis. Sub omni iure quo hactenus ipsum allodium et census possedimus et habuimus, dicti magister et fratres in perpetuum possidebunt et habebunt; et si in solutione censum predictorum singulis annis facienda aliquem paterentur defecatum magister et fratres antedicti, ad allodium prescriptum recurrerent et se tenerent, quounque eisdem esset satisfactum. Promittimus etiam in bona fide quod contra quoscunque portabimus garantiam de ipsis censibus et allodio magistro et fratribus sepedictis ut ratio iuris exposcit et super hoc fideiussores dedimus eisdem. Et ut hec venditio robur firmitatis perpetuis temporibus obtineat, dominus noster H. comes de Gemino ponte ad preces nostras huic sigillum suum apposuit in testimonium omnium predictorum. Datum et actum anno domini M.CC.LX. nono, sabbato post decollationem beati Johannis baptiste.

201. Arnold herr zu Diest verzichtet zu gunsten des deutschen hauses von Beckvoirt auf seine berechtigung an einem wald genannt Beylar. 1269 sept. 3.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis Arnoldus dominus de Dysth salutem et subscriptam cognoscere veritatem. Universitati vestre volumus esse notum et presentibus protestamur, quod cum fratres hospitalis sancte Marie Teuthon. Jerosolimitanorum in Beckenvort commorantes partem quandam cuiusdam silve de Beylar sic nuncupate cum nobili viro domino Johanne de Linthere dicto Bruih pro quadam certa summa pecunie rationabiliter comparaverint ac sub eisdem fossatis et signis sub quibus dictus dominus Johannes et antecessores sui memoratam partem silve tenuerunt iam multis annis tenuerint: nos ob remedium anime nostre nostrorumque predecessorum omne ius, si quod umquam nobis in eadem parte silve competitabat seu in presenti competit vel in posterum competere posset, prefatis fratribus in puram elemosinam liberaliter contulimus et contulisse presentibus protestamur. Dicti vero fratres nobis ac nostris successoribus in perpetuum singulis annis in nativitate domini tres solidos Lovanienses in signum warandie quam ipsis prestabimus persolvent; dictam quoque partem silve in duobus sive tribus locis patentem dimittent, ita ut nobis et nostris successoribus transitus pateat ad venandum; et nos ratione iuris nostri sive successores nostri in dicta silva nichil amplius ab ipsis fratribus requiremus vel requirere poterimus aut poterunt successores memorati. Hec autem, et nos et successores nostros in quantum possumus per presentes litteras obligantes, promittimus observare. Huic donationi ac promissioni, cum fieret, interfuerunt nobilis vir dominus Johannes de Linthere supradictus, Henricus scultetus noster, Henricus filius domine Bille de Dysth, Waltelinus de Beckenvort et alii quamplures. Ut autem prelibata a nobis et nostris successoribus in perpetuum inviolabiliter observentur, presentes litteras sigillo nostro una cum sigillo supradicti domini Johannis in testimonium et cognitionem premissorum predictis fratribus tradidimus communitas. Datum apud Dysth, in festo beati Remacli episcopi, anno domini M.CC.LX. nono. Ego quoque Johannes dominus de Linthere prenotatus veritatem premissorum confirmando ac contestando per omnia ad petitionem prefati viri nobilis Arnoldi domini de Disth sigillum meum apposui carte presenti. Datum eodem festo et anno ut supra.

202. Sophie die abtissin und die klostergemeinde zu Herchengen bekennen, vom deutschen haus zu Cöln ländereien in Oberwesslingen gegen drei malter roggen in erbpacht erhalten zu haben. 1269 oct. 12.

Nos soror Sophia dicta abbatissa totusque conventus de Herchengen ordinis Cysterc. universis presentes litteras inspec-  
turis notum facimus et tenore presencium protestamur, quod nos agros et bona fratum domus Theutonice sancte Katerine in Colonia, sitos in campo Overweseliche, recepimus ab eisdem fratribus pro certa annua pensione iure hereditario possidendos, videlicet tribus maldris silihinis mensure Coloniensis; quam pensionem eisdem fratribus singulis annis infra festum beati Remigii in Colonia super domum ipsorum presentabimus, omni impedimento grandinis gerre incendii spolia sterilitatis et cuiuslibet casus infortunii remota, nostris dampnis laboribus periculis et expensis. Ad maiorem autem solucionis certitudinem et premissorum firmitatem obligavimus et presentibus obligamus eisdem fratribus curtem nostram sitam apud Keldenigh cum omnibus suis attinenciis; ita quod si predictam pensionem non persolverimus tempore memorato, volumus et eligimus quod tam pensionem quam dampna recepta in ipsa curte possint sine nostra offensa qualibet recuperare. Adiectum est eciam, quod iidem fratres omnia iura dictorum agrorum et bonorum facient et persolvent. In cuius rei testimonium atque fidem presentes litteras eisdem fratribus sigilli nostri munimine tradidimus roboratas. Actum et datum anno domini M.CC. sexagesimo nono, sexta feria post festum beati Dionisii.

203. Heinrich graf von Zweibrücken beurkundet dass Gelzo von Morsberg zu gunsten des deutschen hauses zu Metz auf seine ansprüche verzichtet habe in betreff der von Wormingen nach Engelwilre übergesiedelten leute und des verkaufs der güter in Nuswilre Hundelingen Engelswilre Breulingen und Guntermingen. 1269 nov.

Nos Henricus comes Gemini pontis notum facimus uni-  
versis ac singulis has litteras visuris, quod controversia seu discordia  
quam Gelzo filius domini Alberti quondam militis de Mors-  
berch movebat seu movere intendebat contra fratres domus  
Theotunicorum beate Marie in Meti occasione Walteri panifici

de Worminga et heredum ipsius ac hominum illorum qui se transtulerunt de Worminga ad Engelwilre, necnon et super venditione bonorum de Nuswilre, Hundelingen, Engelwilre, Breulingen et Guntermingen sitorum, que dominus Gelzo miles quondam de Morsberch vendidit fratribus antedictis, ac etiam de omnibus bonis seu rebus quibuscumque, coram nobis et fidelibus nostris et aliis quampluribus honestis extitit sedata sopita et finaliter determinata; dicto Gelzone recognoscente, se nichil iuris habere in hominibus bonis seu rebus prenotatis; promittendo insuper pro se et pro suis heredibus quod nec ipse nec sui heredes fratres predictos molestabunt aut inquietabunt in bonis hominibus seu rebus antedictis. Renunciavit etiam prefatus Gelzo pro se et suis heredibus omni tenori litterarum quas vel ipse vel sui heredes habent aut pretendere possent contra fratres sepeditos ratione hominum rerum seu bonorum antedictorum. Ut autem predicta omnia robur firmitatis imperpetuum habere valeant, ad petitionem et ad preces predicti Gelzonis nos H. comes predictus sigillum nostrum presenti littere apposuimus in testimonium veritatis. Huic autem ordinationi et recognitioni dominus Johannes de Warnesberch, dominus Berceulo de Morsberch, Symon de Kuttinga, Godelo frater suus et plures alii fide digni loco testium interfuerunt. Datum et actum anno domini M.CC.LX. nono, mense novembr.

204. Gerhard bischof von Münster überträgt dem deutschen  
haus zu Münster das gut zur Hellen, unter der bedingung  
es zu ieder zeit für achtzehn mark wieder einlösen  
zu können. 1269 dec. 12.

G. dei gratia ecclesie Monasteriensis episcopus. Omnibus presens scriptum visuris notum facimus, quod Johannes dictus de Lunen opidanus in Cosvelia, in presentia nostra constitutus ibidem, bona sita in Hellen que inhabitat Albertus dictus Ovelcam, que idem Johannes tenuerat a nobis in feodo, libere et absolute in manibus nostris resignavit. Nos quoque consequenter eadem bona domui Theutonice sancti Georgii in Monasterio contulimus, donec ipsa bona decem et octo marcis nostre monete possimus redimere; quod quandocunque poterimus nobis licebit. Acta sunt hec presentibus Walramo preposito Monas-

terensi et Johanne de Rothe preposito Frisie, Wetcelo et Nicolao de Beveren militibus, et aliis quam pluribus. Anno domini M.CC.LXIX., II. ydus decembris.

205. Embrico der abt und der gesammte klosterconvent von  
sankt Pantaleon zu Cöln verkaufen dem deutschen haus  
zu Coblenz für hundertsechsunddreissig mark ihren hof  
zu Laach im kirchspiel Gustorf. 1270. ian. 17.

Nos Embrico dei gratia abbas totusque conventus monasterii sancti Pantaleonis Colon. ordinis sancti Benedicti universis presentes litteras visuris notum esse volumus, quod cum opprimemur multitudine debitorum nec in bonis mobilibus habemus unde nostris creditoribus possemus satisfacere seu etiam extinguere voraginem usurarum, nos utiliora monasterii nostri predicti prospicientes, deliberato consilio et unani voluntaate ac consensu omnium nostrum, accidente etiam coniventia et auctoritate fratris Wolfardi de domo Theutonica, capellani ac familiaris reverendi patris ac domini nostri domini Engelberti archiepiscopi Coloniensis, magistri Richwini scolastici et domini Godefridi de Lechnich canonici ecclesie sanctorum apostolorum in Colonia, provisorum nobis et monasterio nostro a dicto domino archiepiscopo concessorum, vendidimus viris religiosis commendatori et fratribus domus Theuthon. in Confluenzia et eorum successoribus curtim nostram dictam Lachge, sitam in parrochia Gozdorp, cum omnibus bonis et iuribus eidem curti attinentibus, que quidem curtis bona et iura hactenus nostrum et nostri monasterii liberum extiterunt allodium et in quorum possessione ab antiquo fuimus et sumus, pro centum triginta et sex marcis denariorum Colon. usualium bonorum et legalium, duodecim solidis pro qualibet marca computatis; quas quidem centum triginta et sex marcas nobis numeratas datas solutas et assignatas recepimus integraliter et in solutionem nostrorum dedimus et solvimus debitorum. Bona autem et iura que ad dictam curtem pertinent sunt hec, videlicet duodecim mansus qui faciunt viginti quatuor iura quelein vulgariter appellantur, de quibus quidem iuribus solvuntur singulis annis iure censuali octo marce et sex sol. denariorum Colon. et decem et octo maldra avene, que quidem pecunia et avena supercrescunt

et supersunt subductis omnibus ipsius curtis oneribus et expensis; de unoquoquelein quando post mortem tenentis vacaverit, solvetur vivens curmide cum iure quod upfūl et niderval dicitur in vulgari. Huius enim vendicionis pretextu predictam curtem cum bonis et iuribus eidem attinentibus prout ea hactenus possedimus et possidemus ad presens transferimus cum integra possessione eorundem in predictos commendatorem et fratres et successores eorum, ut eadem de cetero possideant et pro allodio suo teneant in perpetuum possidenda; et quidquid in eisdem curte et bonis ac iuribus habuimus iuris, eidem iuri simpliciter renunciamus ad opus predictorum commendatoris et fratribus; promittentes bona fide quod neque nos neque successores nostri uncquam eisdem commendatori et fratribus ac successoribus eorundem super retractatione vel impedimento venditionis et translationis predictarum aliquam faciemus vel movebimus questionem. In cuius rei testimonium atque fidem nos Embrico abbas et conventus predicti presentes litteras eisdem commendatori et fratribus tradidimus sigillorum nostrorum appensione munitas; rogantes predictos reformatores monasterii nostri ut in testimonium sue authoritatis et conniventie sigilla sua presentibus apponant. Et nos frater Wolfardus, magister Richwinus scolasticus et Godefridus canonicus sanctorum apostolorum predicti considerantes utilitatem ipsius monasterii in hac parte auctoritatem et conniventiam premissis adhibuimus, appendentes nostra sigilla presentibus litteris rogati ab ipsis abbatte et conventui in testimonium premissorum. Actum et datum anno domini M.CC. sexagesimo nono, feria sexta post octavam epiphanie domini.

206. Johann herzog von Lothringen und Brabant erklärt, dass nicht ihm sondern dem deutschen orden und dem ritter Diederich von Gemert die hohe und die niedere gerichtsbarkeit zu Gemert zustehe. Brüssel, 1270 märz 25.

Universis presentes litteras visuris Johannes dei gratia Lotharingie dux et Brabantie salutem in domino sempiternam. Cum nos altas iusticias sive bassas ville de Ghemert intelligamus ad nos non pertinere, instructi ad hoc per eos quos ad inquisitionem super hoc factam deputavimus et emisimus, immo

ad fratres domus Theuthonice Jherosol. atque ad dominum Theodericum militem de Ghemert pro quantitate iuris et bonorum que utraque pars optinet in villa predicta, nec nos aliquod ius in dicta villa credamus habere vel aliquas iusticias, nisi forsan nos pro eorum inpotencia tamquam superiorem eorum advacatum duxerint in auxilium eorum invocare, ad quod quidem ipsis assistere tenemur, salvis sibi suis iusticiis supradictis: novit ergo universitas vestra, quod nos predictas iusticias altas et bassas predicte ville fratribus domus Theuthonice atque domino Th. militi predictis et heredibus eorum relinquimus absolute et acquitamus in perpetuum presencium testimonio litterarum; eo condicte et salvo nobis, quod ad dictam villam cum eis que ad eandem pertinent nullum alium poterunt vel debent advacatum eligere vel assumere aut introducere preterquam nos ad duces Brabantie in futurum. Datum apud Bruxellam, in die annuntiationis domini, anno eiusdem millesimo CC.LXX.

207. Th. herr zu Bruch beurkundet dass er für siebenhundertneunzig pfund Trierischer denare vom ritter Hermann von Veldenz sein bei Klüsserath gelegenes haus und alle seine dortigen güter gekauft hat, mit ausnahme der bamnmühle zu Rivenich und einer wiese die der ritter dem deutschen haus zu Trier übergeben; und verspricht, iene summe in gewissen terminen an das deutsche haus zu zahlen und dasselbe im besitz der mühle nicht zu stören. 1270 nov. 5.

Omnibus presentes litteras inspecturis. Th. dominus de Bruche. Notum esse volumus quod erga Hermannum de Veldencia militem emimus domum suam sitam apud Cluzerte et omnia bona sua que ibidem habebat et que [emerat] erga abbatem et conventum de Gorgia Metensis dyocesis, molendino de Rivenich bannali et prato adiacente exceptis, pro octingentis libris minus decem libris Treverensium denariorum. Quam summam pecunie fratri Johanni commendatori et fratribus domus Theutonice in Treveri nomine dicti Hermanni in certis terminis ad hoc assignatis solvere promisimus; eisdem super hoc certos dando fideiussores, prout litteris super hoc confectis plenius continetur. Quod quidem molendinum cum prato dictus Hermannus nobis mediantibus contulit predictis commendatori

et fratribus pro sue ac predecessorum suorum remedio animarum; tali modo ut ususfructus ipsius molendini et prati diebus vite sue predicto cedat Hermanno. Et nos bona fide promittimus, quod predictos commendatorem et fratres ac Hermannum in dictis molendino et prato non inquietabimus nec molestabimus, sed ipsos in eisdem et aliis eorum bonis proposse nostro defendemus. In cuius rei testimonium presentibus sigillum curie Treverensis una cum sigillo nostro tam ad nostram quam ad dicti Hermanni petitionem est appensum. Datum anno domini M.CC. septuagesimo, feria quarta post festum omnium sanctorum.

208. Johann landcomthur von Lothringen beurkundet dass der deutschmeister den ritter Hermann von Veldenz mit seiner frau und zwei söhnen in die gemeinschaft des ordens aufgenommen und dass dieser die bannmühle zu Rivenich geschenkt und für vierhunderd pfund Trierischer denare güter zu kaufen versprochen hat. 1270 dec. 9.

Omnibus presentes litteras inspecturis et audituris frater Johannes, commendator fratum domus Theutonice per Lottringiam, salutem in omnium salvatore. Universitati vestre notum esse volumus, quod cum magister noster per Alamanniam dominum Hermannum de Veldencia militem cum uxore sua et duos filios suos ad ordinem nostrum recepisset secundum ipsius ordinis instituta, dictus Hermannus nobis bona fide promisit, quod de consilio nostro vel fratum nostrorum se de cetero regere deberet et de suis factis et bonis ordinare. Preterea dictus Hermannus contulit ordini nostro suum molendinum banale, quod habet apud Rivenich cum prato adjacenti; retinens sibi diebus vite sue usumfructum ipsorum molendini et prati. Ac de quadringentis libris Treverensium denariorum vel summa maiori aliqua bona emere promisit, quorum proprietas ordini nostro in continent et sibi ac uxori sue ususfructus diebus vite eorum cedat; tali modo, quod si eum premori contingat, redditus emp[torum] de ducentis libris uxori sue cedant diebus vite sue et residuum ordini nostro; si vero ipsam premori contingat, quod tres partes dictorum reddituum diebus vite sue sibi cedant et quarta pars ordini nostro. Ac post ipsius obitum bona sua omnia mobilia et immobilia ad ordinem nostrum re-

vertentur. Ad que omnia predictus Hermannus se obligavit per stipulationes legittimas; et promisit, se supradicta omni dolo et fraude cessantibus fideliter adimpleturum. Si vero aliquis ipsum Hermannum infestare vellet aut super aliquibus rebus movere questionem, nos et ordo noster suis expensis et nostris laboribus eum defendere promittimus. In cuius rei testimonium prioris fratrum predictorum et dicti Hermanni sigilla una cum nostro sigillo presentibus sunt appensa. Datum anno domini M.CC.LXX., feria tercia post festum beati Nicholai.

209. Gerhard bischof von Münster beurkundet, dass Wicbold probst zu sankt Moritz dem deutschen haus zu Münster ein im kirchspiel Senden gelegenes gut, genannt zum Holte, verpachtet. 1271 januar.

Gerhardus dei gratia ecclesie Monasteriensis episcopus. Omnibus in perpetuum presens scriptum visuris notum esse cupimus, quod honorabilis vir Wicboldus, ecclesie sancti Mauritii extra muros Monasterienses prepositus, cupiens eiusdem ecclesie sue conditionem facere meliorem, bona ipsius ecclesie sue dicta tum Holte, sita in parochia Sendene, absolute sibi vacantia per liberam resignationem factam de bonis eisdem in manibus suis a Godefrido filio quondam Florini, qui olim eadem bona pensionis iure, sub annua pensione videlicet quinquaginta ovorum in die cena domini, quatuor solidorum in ascensione domini, et duorum solidorum et x. pullorum in festo beati Mauritii solvendarum, a preposito eodem tenuerat, fratribus domus Teutonicae sancti Georgii in Monasterio, de pleno consilio et consensu decani et capituli ecclesie sue prefate, nostroque ad id accedente consensu, locavit iure perpetua pensionis sub annua pensione predicta in terminis prefatis solvenda, et sex nichilominus solidorum in die cena domini predictis decano et capitulo sancti Mauritii specialiter solvendarum, quibus est aucta pensio antedicta. Ut autem huiusmodi perpetua locatio, facta modo predicto in mortali fratrum predictorum collegio, rata absque ulla calumnia semper permaneat [et] inconvulsa, pagina presens inde confecta predictorum prepositi et capituli eorundemque fratrum Teutonicae domus in Monasterio sigillis ac nostro sigillo insimul est munita. Acta sunt hec anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo primo, mense januario.

210. Winrich Amilius und Richard gebrüder ritter von Kinzweiler vergleichen sich mit den deutschordensbrüdern in Siersdorf über ihre ansprüche an gütern in Hoingen die Jutta ihnen übergeben und an gütern in Bettendorf die sie von Heinrich [von Kinzweiler] erworben. 1271 mai 6.

Omnibus ad quos presens scriptum hoc pervenerit Winricus, Amilius et Richaldus fratres milites dicti de Kenzwilre salutem in domino et noscere veritatem. Que geruntur in tempore ne cedant tempori, litterarum solent testimonio perhennari. Noverint igitur presentium inspectores, quod nos in remedium animarum nostrarum ac parentum nostrorum cum consensu uxorum nostrarum contulimus unanimiter cum fratribus de domo Theuthon. in Sersdorp de omnibus querelis seu controversiis que vertebantur inter nos et predictos fratres, scilicet de bonis sitis in Hoygen que contulit eis Jutta vidua, et de bonis sitis in Bettendorf que quondam fuerant Henrici, sub hac forma, quod fratres predicte domus de Serstorp singulis annis in die palmarum nobis A. militi et nostris heredibus decem et octo denarios Aquenses de predictis bonis de Bettendorf perpetualiter persolvent; nos vero porrigemus predicta bona fratri eorum ordinis quemcunque petierint; fratre vero predicto decedente, qui bona receperat a nobis memorata, fratres de Sersdorp solvent nobis ratione mortis illius decem et octo denar. Aquen. in quoddam ius, quod vulgariter dicitur Durcins, et nos alteri fratri eorum ordinis predicta bona porrigemus. Insuper sepredicti fratres de omnibus iniuriis seu impedimentis a nobis et nostris successoribus de prenominatis bonis manebunt indemnes. In huius rei robur et testimonium presentem cedulam sigillorum nostrorum munimine duximus roborandam. Actum et datum anno domini M.CC. septuagesimo primo, in die beati Johannis apostoli ante portam latinam.

211. Johann von Warnesberg iustiziar des herzogs von Lothringen, dem der graf von Zweibrücken seine rechte an den gütern und der person des Conrad von Rynheim übertragen, genehmigt die von letzterm dem deutschen haus bei Saarbrücken gemachte schenkung von zwei morgen land. 1271 iuni 29.

Omnibus presentes litteras inspecturis dominus Johannes de Warnesberch iusticiarius domini ducis Loteringie salutem in domino. Cum nobilis vir comes Gemini pontis nobis contulit omne ius, quod in bonis et in persona Conradi de Rynheim apud Sarbruken commorantis habuit, nos divine pietatis intuitu duos campos vulgariter Bule nuncupatos, sitos penes domum fratrum domus Theotonice iuxta Sarbruken, eisdem fratribus conferimus, et collationem de eisdem campis per dictum Conradum ipsis fratribus factam acceptamus, ratam et firmam habemus. In cuius rei testimonium presentibus sigillum illustris domine Lorete comitis Sareponi, que predice collationi nostre interfuit, una cum nostro sigillo est appensum. Actum et datum anno domini M.CC.LXX. primo, in die beatorum apostolorum Petri et Pauli.

212. Wilhelm graf von Jülich genehmigt als vormund seines neffen Walram von Bergheim, dass Schilling sohn des ritters Winemar von Wiedenfeld dem deutschen haus zu Gierath ein lehgut zu Rheindorf übergeben und an dessen stelle besitzungen zu Glessen Wiedenfeld und Holtorf lehnspflichtig gemacht hat. 1271 oct. 17.

Willelmus comes Juliacensis tutor legitimus consanguinei sui Wallerami nati quandam Wallerami fratis sui de Bergheim nobilis. Omnibus presens scriptum inspecturis noscere veritatem. Noveritis quod cum Scillingus natus Winemari de Widenvelt militis a predicto consanguineo nostro quedam bona, videlicet triginta iurnales terre arabilis et aream unam in Reindorp et decimam de quatuor mansis ibidem iacentibus, teneret iure homagii seu hominii, idem Scillingus eadem bona in manus nostras libere resignavit, petens et requirens, ut bona ipsa fratribus de domo Theutonica in Judenrode libera et ab omni iure penitus absoluta, et ita quod ea tamquam sua tenerent et haberent, nomine consanguinei nostri predicti concedere curaremus; offerens etiam et assignans nobis loco predictorum bonorum alia bona sita in Glesze, videlicet viginti novem iurnales terre arabilis et aream unam et decem iurnales nemoris ibidem; item et infra villas Widenvelt et Holtorp triginta iurnales terre arabilis, que bona suum erant allodium; ita quidem quod

eadem bona a nobis nomine consanguinei nostri nominati iure hominii reciperet et haberet. Nos autem habito consilio cum nostris et dicti consanguinei nostri fidelibus etc. supradicta bona etc. ab eodem Scillingo recepimus et eidem reconcessimus ipsa bona iure hominii tenenda et habenda et hoc loco bonorum superius nominatorum in Reindorp, que idem Scilingus a dicto consanguineo nostro tenuerat et possederat iure hominii etc. Preterea eadem bona in Reindorp memoratis fratribus nomine consanguinei nostri etc. libere et absolute contulimus et assignavimus, ut ea teneant et habeant tanquam suum allodium etc. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillo nostro duximus roborandum. Actum presentibus Ulrico dapifero milite in Bercheim, Ensfrido de Curmen, Franbalgo de Slenderhanen, Conone de Bolendorp, Renardo de Honbusch, Willelmo Brunen, militibus, Gerardo de Bosztorp, Heinrico Coilharth, Renardo Gulharth et aliis quampluribus testibus ad hoc rogatis. Datum in vigilia beati Luce ewangeliste, anno domini M.CC. septuagesimo primo.

213. Diederich Scherffgen und Amandus von Knipperode stiftsherren in sankt Georg Diederich pfarrverweser in sankt Johann und mehrere Cölnische bürger beurkunden, dass Johann von Fyolen dem deutschen haus zu Cöln zweizwanzig bonnare land bei Stütgen als schenkung unter lebenden übergeben habe. Cöln, 1271 nov. 13.

Nos magister Theodericus dictus Schervekin, Amandus dictus de Knipperode canonici ecclesie sancti Georgii Coloniensis, Theodericus vicem gerens . . plebani sancti Johannis baptiste in Colonia, Henricus dictus Midelhus, Hermannus de Richcenmullenheim, Christianus dictus Volen, Jacobus dictus de Fyolen, cives Colonienses, protestamur et notum esse volumus omnibus presens scriptum inspecturis, nos vidisse et audivisse rogatos ad hoc et vocatos cum pluribus aliis, quod Johannes filius Johannis dictus de Fyolen civis Coloniensis viginti duos bunarios terre arabilis, qui in vulgari dicuntur Bunre, sitos apud villam Stuthe cum area attinente sita ibidem legavit et donavit in ultima voluntate pure in elemosinam pro ipsius et parentum suorum peccaminum remedio . . commendatori et fratribus de

domo Theutonica apud sanctam Katerinam in Colonia, personaliter coram eodem Johanne tunc constitutis et elemosinam ipsam recipientibus, et eandem elemosinam ipsis assignavit et eius possessionem tradidit per calatum in signum tradite possessionis, eligens sibi et petens si eum mori contingeret apud . . commendatorem et fratres eosdem ecclesiasticam sepulturam, petens etiam humiliter ut nos prenotati et alii qui tamquam testes huiusmodi elemosine interfuimus super ea si necesse foret prohibere testimonium curaremus. In cuius rei testimonium ego magister Theodericus dictus Schervekin sigillo meo presens scriptum sigillavi; ego Amandus de Knipperode quia sigillum proprium non habeo sigillum . . discreti viri Henrici de Schevene thesaurarii ecclesie mee predice sancti Georgii petivi pro me apponi; ego vero Theodericus vicem gerens plebani sancti Johannis bantiste in Colonia quia sigillum non habeo rogavi sigillum domini Henrici plebani sancti Jacobi Colon. pro me apponi. Nos enim Henricus de Medehus, Hermannus de Richcenmulenheim, Christianus dictus Volen et Jacobus de Fyolen, cives Colonienses predicti, quia sigilla propria non habemus, sigillum honorabilis viri domini Henrici decani predice ecclesie sancti Georgii rogavimus pro nobis apponi scripto presenti. Facta et collata est prefata elemosina a dicto Johanne in domo dicta Fyole, sita in vico civitatis Coloniensis qui vicus dicitur Witsgassen, sexta feria post festum beati Martini hymalis, anno domini millesimo ducentesimo LXX. primo. Nos vero Henricus decanus et Henricus thesaurarius dicte ecclesie sancti Georgii et Henricus plebanus sancti Jacobi Colonien. ad petitionem predictorum prout superius notantur sigillis nostris presens scriptum duximus roborandum in testimonium premissorum. Datum ut supra.

214. Gerhard bischof von Münster und herzog im gebiet seiner diöcese beurkundet, dass schon früher gewisse güter genannt Kalvswinkel [richter's erbe zu Handorf] vom comthur Bernard Schotto für das deutsche haus zu Münster angekauft worden und dass sonst niemand darauf anspruch machen könne. Münster, 1271 dec. 3.

Gerhardus dei gratia ecclesie Monasteriensis episcopus, idemque dux per terminos nostre diocesis, omnibus presens

scriptum visuris notum esse cupio et scripto protestamur eisdem, quod dilectus in Christo frater Bernardus dictus Scotto, commendator domus fratrum Teutonicorum sancti Georgii in Monasterio, bona quedam dicta Calveswinckele emptione legali nomine domus eiusdem emit et proprietatem eorundem bonorum cum solemnitate ad id consueta suscepit; et postmodum bonis iisdem warantizatus legitime a quodam Joanne dicto de Busge milite, a quo ipsa bona sunt empta, quiete possedit nomine domus predice; cuius fratres fructus bonorum ipsorum episcopo Cristiano bone memorie ad tempus tantum vite ipsius et non ultra assignaverunt, proprietate sepe dictorum bonorum sue domui reservata; quamobrem mortuo dicto episcopo fratri ipsius Fretherico militi vel cuiquam alii nichil iuris in bonis prefatis omnino competit nisi tantum domui et eius fratribus antedicte. In cuius rei notitiam presentes litteras nostro et quatuor oppidorum nostre diocesis, videlicet Telget Warenthorpe Bekehem et Alen, sigillis pariter sunt munita. Datum Monasterii, anno domini M.CC.LXX. primo, tertio nonas decembbris.

215. Reiner von Davlis offizial zu Trier transsumirt eine urkunde vom februar 1236, worin Mathäus herzog von Lothringen und markgraf dem deutschen orden sein wannagium zu Rusdorf bei Sirk, den zehnten zu Kyrs und in dem wald Kaldeneo zu des ordens bauten in und bei Sirk schenkt und ihm auch das weiderecht bei Sirk und Rusdorf gibt. 1272 ian.

Math. dux Loth. et march. omnibus ad quos presentes litttere pervenerint salutem in domino. Eapropter ad notitiam singulorum volumus pervenire, quod nos pro salute nostra et antecessorum nostrorum contulimus in elemosinam domui hospitalis Allemannorum wannagium meum de Rustorf iuxta Sirkes integraliter sicut illud possidebam et totam decimam meam de Kyrs et de foresta mea Kaldeneo pro foaliis suis et edificiis suis faciendis infra muros et extra muros de Sirkis; infra quos muros teneor fratribus dicte domus deliberare unam plateam in qua poterunt edificare cappellam et domum unam. Item pasturagium dedi eis ubique pro omnibus pestiis suis in omnibus pascuis meis in locis de Sirkis et de Rustorf. Hec autem omnia supradicta contuli et concessi fratribus supradicte domus

in perpetuum libere et quiete possidenda. In cuius rei testimonium presentem paginam sigillo meo roboravi.  
Datum anno domini M.CC.XXX quinto, mense februario.

Renerus de Davlis canonicus et officialis curie Treverensis omnibus presentes litteras inspecturis notum esse volumus quod litteras bone memorie condam domini ducis Lotoringie, quarum tenor suprascriptus est, non cancellatas nec in aliqua sui parte viciatas, vero ipsius domini ducis sigillo sigillatas vidimus et de verbo ad verbum legimus. In cuius rei testimonium presentibus sigillum curie Treverensis apponi fecimus. Datum anno domini M.CC.LXX. primo, mense ianuario.

216. Conrad der comthur und die übrigen brüder des deutschen hauses zu Welheim machen mit Eberhard dem probst von Kaiserswerth einen tausch, in der art dass sie für die hörigen frauen Elisabeth Greta und Hildegund aus Ostervelde die gebrüder Conrad Rütger und Arnold aus Gladbeck erhalten, die ihnen nun statt der erstern den wachszins entrichten müssen. 1272 märz 25.

Nos Conradus commendator ceterique fratres domus Theutonice in Welheme. Notum facimus universis et tenore presencium protestamur, quod cum Elizabet, Greta et Hildegundis consanguinee, dicte de Ostervelde, domui Teuthonice in Welheme communi iure cerocensuali attinent, et cum Conradus, Rutgerus et Arnoldus fratres de Gladebech ad preposituram ecclesie Werdensis iure simili pertinent: nos dicti . . . commendator et fratres domus Teuthonice predicte et Everhardus prepositus Werdensis ecclesie, mutuo consensu ambarum partium interveniente, concubium dictarum fecimus personarum. Itaque quicquid iuris in dictis consanguineis Elizabet, Greta et Hildegunde nos . . . predicti fratres domus Teuthonice in Welheme habuimus, eo omnimode resignato, id ipsum integraliter . . . preposito et ecclesie Werdeni tradidimus memoratis. Et ipse . . . prepositus Werdensis, in manus nostras libere resignato quicquid iuris in predictis Conrado, Rutgero et Arnaldo fratribus de Gladebech habebat, nobis et domui nostre in Welheme eosdem imperpetuum et sine contradictione qualibet in posterum facienda ad commune ius cerocensuale tradidit ex adverso. Ne autem super huiusmodi concambio iam rite facto in posterum aliqua dubietas

valeat exoriri sed ut ipsum firmum maneat et inconvulsum, presentem paginam sepedicto . . preposito Werdensis ecclesie munimine sigilli domus nostre in Welheme dedimus roboratam. Testes autem huius facti sunt frater Conradus commendator domus Teuthonice in Welheme, frater Albertus dictus Hette, frater Otto de Langenberg, Ludovicus de Saffenberg et Gerardus de Rode, canonici Werdenses, Henricus miles de Ufle, Rutgerus miles de Becke et quam plures alii. Actum et datum anno dominice incarnationis M.CC.LXX. secundo, in annunciatione beate Marie virginis.

217. Die meisterin und der gesammte klosterconvent zu Gräfrath verzichten auf ihre rechte an einem acker im Stotzheimer feld zu gunsten des deutschen hauses zu Cöln welches denselben von Mathias schenk von Are, dessen tochter in ihr kloster eingetreten, gekauft hat. 1272  
april 11.

Universis presentes litteras inspecturis. Nos . . magistra totusque conventus monasterii beate Marie in Greverode ordinis sancti Augustini Coloniensis dyocesis ad perpetuam rei memoriam. Notum facimus, quod cum Mathias dictus pincerna de Are et eius uxor legitima per se et suos heredes legitimos vendiderunt et tradiderunt renunciatione debita subsecuta religiosis viris . . commendatori et fratribus ordinis domus Theutonice beate Katherine in Colonia terram quandam arabilem sitam in campis ville de Stotzheim cum omnibus suis attinencieis prout ibidem iacet et prout predicti M. pincerna, eius uxor et sui heredes cum omni integritate tenuerunt et possiderunt: nos quia in nostro monasterio filiam habemus predictorum M. et eius . . uxoris legitimam, vendicioni huiusmodi consentientes et eam ratam et gratam habentes, renunciamus pro nobis et predicta filia sorore nostra nomine et pro omnibus successoribus nostris imperpetuum omni iuri, quod in predictis bonis ex persona dicte sororis nostre nobis competebat vel competere videbatur, et omni actioni et querele contra fratres predictos, et effestucamus super premissis libere et absolute; promittentes fide data quod contra premissa [n]ullo unquam tempore veniemus. In cuius rei testimonium nostrum presentibus duximus apponen-

dum. Actum et datum anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo secundo, in crastino dominice Judica.

218. Heinrich der abt und der ganze convent von Springirsbach verkaufen den deutschordensbrüdern in Lothringen für dreihundert pfund Trierischer denare und zwölf malter korn ihren grossen hof und die mühle zu Noviant.  
1272 mai 10.

Nos Henricus dei gratia abbas totusque conventus monasterii de Sprenkirspach ordinis sancti Augustini Treverensis dyocesis ad universorum noticiam volumus pervenire, quod cum nostrum monasterium gravibus oneribus debitorum esset oppressum pro urgente necessitate et evidenti utilitate ipsius nostri monasterii de consensu venerabilium dominorum totius capituli ecclesie Treverensis et unanimi voluntate et assensu nostro viris religiosis commendatori et fratribus domus Theutonice in Lothoringia curtem nostram et molendinum apud Noviant que vulgariter dicitur Merrival Treverensis dyocesis et alia bona nostra quecumque ibidem consistentia in vineis terris cultis et non cultis viis et inviis silvis nemoribus pratis pascuis aquis cursibus aquarum dominio honore censibus redditibus seu proventibus iuribus ac universis et singulis attinencis dicte curtis et quidquid habemus in banno de Noviant vel extra ipsum bannum spectans ad dictam curtem de Noviant et molendinum ac ipsum bannum libera et absoluta ab omni onere, preter sex maldra siliginis loci mensure que debentur singulis annis et solvuntur de molendino predicto monasterio sanctimonialium de Machra prope Mosellam Cysterciensis ordinis Treverensis dyocesis, vendidimus et vendimus omni dolo penitus excluso pro trecentis et quinquaginta libris denariorum Treverensium bonorum et legalium, de quibus ad plenum facta est nobis solutio a dictis commendatore et fratribus in pecunia numerata quam in utilitatem nostri monasterii conversam esse tenore presentium profitemur, et pro duodecim maldris siliginis ad mensuram Treveren. nobis ab ipsis commendatore et fratribus traditis et persolutis; renunciantes expresse in predictis omni prescriptioni privilegiis litteris apostolicis etc.; promittentes expresse quod ratione contractus dicte venditionis etc. dictos commendatorem et fratres non evocabimus in iudicium etc. Nos Theodericus

maior prepositus, Robertus maior decanus, Arnoldus maior, Gerardus de Eppensteyn, Henricus de Bolandia, Waleramus, archidiaconi, totumque capitulum ecclesie Treverensis expressum consensum ad dictam venditionem in hiis scriptis adhibemus. In cuius rei perpetuam memoriam presentes litteras inde confectas nostri abbatis et conventus de Sprenkirspach, dicti capituli, maioris prepositi, maioris decani et archidiaconorum predictorum necnon curie Treverensis sigillis rogatu nostro sigillatos commendatori et fratribus tradidimus supradictis. Nos capitulum ecclesie Treverensis, Theodericus maior prepositus, Robertus maior decanus, Arnoldus maior, Gerardus de Eppensteyn, Henricus de Bolandia et Waleramus, archidiaconi predicti, ad petitionem dictorum abbatis et conventus de Sprenkirsbach, et in signum dicti nostri consensus prestiti, et nos Reynerus de Davils canonicus et officialis sigillum curie Treverensis rogatu ipsorum abbatis et conventus litteris presentibus duximus apponenda. Actum et datum anno domini M.CC. septuagesimo secundo, sexto idus mai.

219. Anselm center zu Trier, von Irmengard seiner frau gerichtlich bevollmächtigt, übergibt gegen zahlung von zweiusd siebzig pfund zur tilgung einer schuld und unter vorbehalt lebenslänglichen niessbrauchs dem deutschen haus zu Trier all seine habe, haus mühle garten weingarten und einen erbzins. 1272 mai.

Universis etc. scultetus et scabini Treverenses salutem etc. Quia hominum memoria etc. Universitati igitur vestre notum facimus, quod cum Anselmus centurio Trever. et Yrmengardis uxor sua quodam onere debitorum essent oppressi dicta Yrmengardis in presencia et sub testimonio Willelmi de Cuppa, Henrici Bavri et Bartolomei scabinorum Trever., testium ad hoc vocatorum et rogatorum, non coacta set sponte dicto Anselmo suo marito dedit potestatem alienandi bona ipsorum ordinandi et faciendi de eisdem secundum beneplacitum sue voluntatis ut a dictis debitis possent liberari. Qui Anselmus domum ipsorum quam inhabitant cum suis attinenciis que solvit decem et octo den. censuum, molendinum ipsorum cum suis suis attinenciis quod solvit tria maldra et duas fercellas siliginis, vineam adiacentem que solvit medietatem dominis de sancto Symeone, or-

tum in olka Jacobi et undecim solid. et duos den. censuum apud pontem, in presencia et sub testimonio Phylippi et Bonifacii scabinorum Trever. et aliorum multorum fidedignorum testium ad hoc vocatorum et rogatorum, dedit libera et absoluta ab omni alio onere religiosis viris commendatori et fratribus domus Theut. in Treveri, et in manus dicti commendatoris resignavit sub tali conditione, ut ipsi Anselmus et Yrmengardis dictam domum inhabitent, molendinum et alia bona predicta diebus vite eorum teneant cum usufructu et possideant, ac septuaginta duas libras Trever. Henrico Heyle dicti commendator et fratres solvant in quibus prefati Anselmus et Yrmengardis tenebantur eidem. Qui commendator dictas septuaginta libras ipsi Henrico solvit, domum autem molendinum et alia bona predicta concessit modo predicto diebus vite eorum Anselmo et Yrmengardi antedictis, ut annuatim quinque solidos censuum in recognitionem ipsis commendatori et fratribus solvant de eisdem. In quorum omnium testimonium et ne aliquis in posterum premissa infringere possit, sigillum civitatis Trever. presentibus duximus apponendum. Actum et datum anno domini M. ducentesimo septuagesimo secundo, mense maio.

220. Hadwig die abtissin und der gesammte convent von Rolandswerth verkaufen den deutschordensbrüdern [zu Muffendorf] für sieben mark vier morgen land, die zu Muffendorf gelegen und ihr freies eigenthum sind. 1272 dec. 20.

Omnibus presens scriptum inspecturis Hadewigis abbatissa totusque conventus ecclesie in Rulinswerde, Coloniensis dyocesis, salutem in domino et noscere veritatem. Noveritis quod nos dicte ecclesie nostre utilitate pensata quatuor iornales terre arabilis, liberum allodium ecclesie nostre predice, sitos apud Muffendorp dicte dyocesis, vendidimus fratribus hospitalis sancte Marie Theutunicorum Jerosol. pro septem marcis denar. Colon. nobis numeratis tradidis et in predicte ecclesie utilitatem conversis. Venditionem dictorum iornalium ratam et gratam habentes, predictis fratribus de ipsis iornalibus prestabimus warandiam; renunciantes exceptioni non numerate pecunie et omni auxilio iuris canonici et civilis si quod posset nobis in contra-

rium suffragari. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillis nostris duximus roborandum, et fratribus antedictis tradidimus roboratum. Datum et actum in vigilia beati Thome apostoli, anno domini M.CC.LXX. secundo.

221. Heinrich Troest schenkt dem deutschen haus zu Beckenvort einen bonnar wiesen bei Testelt gelegen. In der kirche zu Testelt, 1273 dec. 6.

Universis presentes litteras inspecturis Godefrydus investitus de Testelt, Reinerus dictus de Ponto investitus de Heghtele et Conradus investitus beghinarum beate Katherine campi de Dyst salutem in domino sempiternam. Noveritis quod in presencia nostra constitutus Henricus dictus Troest sanus et incolumis compos mentis sue libere et absolute unum bunnarium prati vel circiter iacens apud Testelt ad opus domus beate Marie ordinis Theuthonicorum fratri Johanni commendatori de Beckenvort in puram elemosinam, eo tempore quo legitime hoc facere potuit, contulit et assignavit predicte domui de Beckenvort perpetue possidendum; tali adhibita condicione, quod si quis heredum vel propinquorum qui hoc de iure facere potuerit dictum pratrum redimere voluerit a dictis fratribus vel quitare, decem et novem libras Lovaniensium denariorum dare tenetur vel procurare commendatori predicte domus de Beckenvort, non deamputando vel defalcando de dicta sorte quandocunque vel quamdiu fructus dicti prati collegerit vel receperit sed dictam summam plenarie persolvet, quandocunque dictum pratrum persolvere voluerit vel quitare. Predicte legationi sive assignationi interfuerunt Reinerus dictus Blide, Johannes dictus de platea, Johannes de Vordekna, Reinerus dictus de Heit, Ar. faber, Laurencius de cemera, Rigerus custos ecclesie de Testelt et alii quamplurimi fide digni. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus duximus appendenda. Actum et datum in ecclesia de Testelt, hora misse, in die beati Nicholai, anno domini millesimo ducentesimo LXX. tercio.

222. Burkard edler von Matllar Ida sein ehegemahl und Albert sein bruder verkaufen dem deutschen haus zu Gierath ein allod zu Elsen und ein andres allod das ritter Giselbert Nagel von ihnen zu lehen hatte. 1274 febr.

Nos Burckardus vir nobilis de Mattelare et Ida uxor sua ac Albertus frater suus universis presens scriptum visuris in perpetuum diligere veritatem. Ad noticiam tam futurorum quam presentium cupimus pervenire, quod nos de voluntate et consensu heredum et sororum nostrarum vendidimus fratribus domus Teutonice in Judenrode duos iurnales proprios et allodium sexaginta iurnalium apud villam Else sitorum, de quibus solvuntur duodecim solidi den. Colon. de censibus annatim. Preterea ego Burchardus et Ida uxor mea iam dicta vendidimus eisdem fratribus allodium triginta iurnalium ibidem, quos Gisbertus miles dictus Nagil a nobis habuit et iure tenuit feodali; renunciantes et effestucantes una cum fratre nostro Alberto predicto cum sororibus nostris et heredibus universis etc. omni iuri quod nobis tanquam dominis feodi ratione dictorum censum et iurnalium hucusque competiit etc. Huic renunciationi interfuerunt Wilhelmus dominus de Helpenstein, Godefridus dominus de Erperode et Godefridus de Goterswich vir nobilis, Arnoldus sacerdos dictus notarius, Johannes de Monte et Cristianus dictus Takke famuli, et quamplures alii fidedigni. Datum et actum anno domini M.CC. septuagesimo tertio, mense februario.

223. Albert von Are ritter und Aleidis [von Rode] sein ehemahl schenken auf ihren todesfall dem deutschen orden ihr im kirchspiel Bockum gelegenes burghaus Are [Traar] und alle ihre andern güter mit ausnahme von Stockeram und Qualeburg; unter dem vorbehalt, dass wenn sie in ihrer ehe söhne bekommen würden, die güter unter diesen und dem orden getheilt werden. 1274  
april 9.

Nos Albertus dictus de Are miles et nos Aleidis uxor eius. Notum facimus omnibus tam presentibus quam futuris per presens scriptum, quod de bona et libera voluntate nostra pro eterne vite gloria promerenda, ad frugem melioris vite asspirantes, nos et domum nostram Are sitam in parrochia Bugheim, et bona nostra omnia cuiuscumque iuris et ubique existentia sive sita, que in presentiarum habemus et in futurum annuente domino poterimus adipisci, hospitali sancte Marie Theuton. Jerosolimit. optulimus et reddidimus, preter bona nostra Stockeram et Qualeburg et bona nostra mobilia, que ordinationi et dispo-

sitioni nostre libere reservavimus; reservato etiam nobis usufructu dictorum bonorum quoad vixerimus, bonorum quidem illorum que obtulimus et reddidimus hospitali predicto; nec magister vel fratres dicti hospitalis nos vel alterum nostrum ad alium locum debent mittere, sed in domo predicta Are diebus vite nostre manebimus. Si vero alterum nostrum premori contigerit, superstes diebus vite sue dictorum bonorum omnium usumfructum habebit; castitatem et continentiam donec vixerit observabit; et cum nos ambo mortui fuerimus, tunc fratres dicti hospitalis se de domo et bonis supradictis tamquam de bonis suis libere intromittent et de illis suam facient voluntatem. Est tamen actum expresse et ita domum et bona predicta dicto hospitali optulimus et reddidimus, ut si puerum unum vel plures ex constante inter nos matrimonio genuerimus, domus et bona predicta inter ipsos pueros et predictum hospitale dividantur in hunc modum, ut si unum puerum genuerimus, due partes domus et bonorum predictorum cedant ratione personarum nostrarum hospitali predicto, tercia pars cedat pueru a nobis genito; si vero duos pueros genuerimus, dicta domus et dicta bona dividantur in quatuor partes et ex illis partibus hospitale duas partes recipiat et pueri duas partes alias residuas; si vero tres genuerimus pueros, domus et bona predicta dividantur in quinque partes, et si quatuor genuerimus in sex partes dividantur, ex quibus hospitale duas partes recipiat et pueri alias partes singuli singulas recipient. Similis divisio fiat domus et bonorum eorundem, si plures genuerimus, pro numero puerorum. Post mortem enim nostram capellam constructam in curte dicte domus Are fratres dicti hospitalis per fratrem presbiterum eiusdem hospitalis vel alium presbiterum ydoneum officiari facient, ut ibidem nostrum et parentum nostrorum memoria pro animarum nostrarum remedio perpetuo peragatur. Quamdiu vero nos vixerimus, providebimus, et alter nostrum post mortem alterius superstes, quamdiu vixerit, providebit sorori Aleidi de vite sue necessariis eam apud nos tenendo, quam frater Mathias commendator domus predicte in Confluentia, in sororem ordinis et hospitalis predicti divine remunerationis intuitu et precum nostrarum interventu benigne recepit; sed post mortem nostram fratres domus eiusdem in Confluentia

sororem eandem ad se recipient et ut sororem ordinis et hospitalis predicti tractabunt. In cuius rei testimonium et firmitatem perpetuam presens scriptum sigillis nostris roboramivimus, et domini nostri Theoderici comitis Clivensis, religiosi viri... abbatis Campensis, Henrici de Rode patris mei Aleidis, Theoderici de Monemunt, Luzzonis de Hunepulle, Theoderici de Vundere, militum, sigillis petivimus roborari, et fratribus dicti hospitalis tradidimus roboratum. Testes etiam huius rei specialiter rogati et vocati sunt Arnoldus de Nuenhoven, Henricus de Buddeberg, milites, Johannes et Henricus fratres de Rode, Johannes de Are, Gozwinus de Zwenhinberg, Rembodo de Buddeberg et quamplures alii fidelitati. Datum quinto idus aprilis, anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo quarto.

224. Gottfried graf von Sayn Heinrich graf von Sponheim und Johann herr von Sponheim versprechen, den deutschen orden wegen der kirche zu Lösenich und ihrer filiale nie mehr anzufechten sich rechte darauf anzumassen oder störungen zu machen auch im fall eines anderweitigen prozesses auf die renten und gefälle derselben nicht die hand zu legen. 1274 iuli.

Nos Godefridus comes Seynensis, Henricus comes de Spaneym et dominus de Starkinberch ac Johannes dominus de Spaneym ad universorum notitiam volumus pervenire, quod viros religiosos commendatorem et fratres milicie domus Theutonice in Lothoringia super ecclesia de Lussenich Trev. dyoc., Erdene Ratiche et Celtanc et super omnibus pertinenciis et iuribus eiusdem fructibus redditibus seu proventibus et decimis, spectantibus ad curam pastoralem ipsius ecclesie ac pertinenciarum eiusdem ac pastorem seu rectorem ab eis positum vel ponendum, nunquam nos et successores nostri inquietabimus molestabimus violentiam inferemus aut eis movebimus questionem; nec nos nec successores nostri in perpetuum presentabimus nec presentabunt ad ecclesiam supradictam sed ipsos volumus cure pastoralis ipsius ecclesie pertinenciarum et reddituum eius pacifica possessione in perpetuum gaudere. Item si forte dictus commendator vel fratres contra nos vel aliquem aut aliquos ex nobis moverent questionem aut nos vel aliquis ex nobis eis vice versa, promittimus quod nos et successores nostri

nunquam apponemus nec apponent manus ad redditus et proventus ecclesie predicte et eius pertinentiarum. Et ad omnia et singula premissa nos tenore presentium firmiter obligamus; promittentes insuper fide prestita corporali pro nobis et successoribus nostris predicta nos perpetuo inviolabiliter observaturos. In quorum testimonium et memoriam perpetuam sigilla nostra litteris presentibus inde confectis duximus apponenda. Et ad maiorem firmitatem, rogatu nostrum predictorum comitum et domini de Spaneym, venerabilium dominorum Boemundi de Warnesperch maioris et Henrici de Bolandia archidiaconorum Treveren. sigilla presentibus sunt appensa; quas commendatori et fratribus tradidimus supradictis. Nos Boemundus de Warnesperch maior et Henricus de Bolandia archidiaconi Treveren. ad petitionem nobilium virorum Godefridi comitis Seynensis Henrici comitis de Spaneym et domini [de] Starkinberch ac Johannis domini de Spaneym predictorum sigilla nostra presentibus apposuimus. Datum anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo quarto, mense iulii.

225. Wilhelm graf von Jülich verleiht dem deutschen haus zu Siersdorf zollfreiheit für die weine die auf seinem allod bei Zülpich wachsen. Cöln, 1274 oct. 19.

Willelmus comes Julianensis omnibus per presens scriptum notum facimus quod nos pro anime nostre remedio religiosis yiris commendatori et fratribus de domo Theutonica in Seirstorp libertatem hanc contulimus et conferimus, ut videlicet vinum quod ipsis in eorum allodo seu proprietate quatuor iornalium apud Tulpetum crescit, sive in Veldin sive quovis alio loco infra terminos iurisdictionis nostre vel infra districtus sive terram nostram theoloneum recipiatur, in eisdem seu predictis locis absque theoloneo et absque iure quod burgelt dicitur et quolibet alio servicio, preter plateaticum quod in vulgari weggegelt dicitur, libere deducant; et hoc a nostris heredibus et successoribus volumus eis in perpetuum firmiter observari. In cuius rei testimonium ac firmitatem perpetuam presens scriptum ipsis tradidimus sigilli nostri munimine roboratum. Datum Colonie, in crastino beati Luce ewangeliste, anno domini M.CC.LXX. quarto,

226. Philipp vom Thurm schöffe zu Trier vermachte den deutschordensbrüdern daselbst eine erbrente von drei pfund haftend auf dem haus Meidersheim in der fleischer-gasse mit der verpflichtung davon sein und seiner ehegattin anniversarium zu feiern und zu gewissen zeiten sich und andern einen guten tag zu machen. 1274.

Universis etc. Philippus de turre scabinus Treverensis salutem etc. Quia hominum memoria labilis est etc. Notum sit igitur omnibus tam presentibus quam futuris quod ego de salute mea cogitans sanus mente et corpore pro meorum ac parentum meorum remissione peccaminum et animarum nostrarum salute de bonis michi a deo collatis, a quo quicquid habeo me habere recognosco, ad pios usus divina inspirante gratia elemosinam facere volens, tres libras Treverensium denariorum annuorum reddituum quos habeo in domo dicta de Meyderseym sita in civitate Treverensi in platea carnificum de assensu uxoris mee Eufemie et liberorum heredum meorum do et prelego et confero in perpetuam elemosinam religiosis viris commendatori et fratribus de domo Theutonica in Treveri, et exnunc in eos transfero ius et dominium reddituum trium librarum predictarum; quas statim post mortem meam quandocumque mori me contigerit recipient suo iure sicut ego eos hactenus recepi. Et volo et ordino, quod ipsi annis singulis decem solidos de predictis tribus libris convertant hoc modo; videlicet ut meum anniversarium et etiam uxoris mee simul eodem die peragant et in vigilia dicti anniversarii sextarium vini de meliori vino sibi et unum sextarium de quatuor denariis familie sue ministrent; residuum vero de eisdem decem solidis in die dicti anniversarii in mensa sua karitative expendant; quinquaginta autem solidos residuos de predictis tribus libris in adventu domini et in quadragesima singulis annis convertant in alletia, ita quod cuilibet fratrum die quolibet eo tempore duo alletia ministrentur. Volo etiam et ordino ut iidem commendator et fratres predictas tres libras anni census nunquam vendant vel cum aliis bonis permутent aut pignori obligent seu modo quolibet alienent sed apud eos imperpetuum permaneant ad usus predictos. Item ordino et statuo ut heredes mei ad quos ius quod habeo in molendino ad sanctam Mariam ad martires in molendino sito super fossatum extra sanctum Symeonem et in molendino dicto Mumardi molendinum

sito in monte retro Paliene post meum obitum pervenerit sive ad quos redditus si quos in dictis molendinis habeo pervenerint, annuatim per mensem, antequam meum et uxoris mee peragatur anniversarium, predictis commendatori et fratribus dent tria maldra siliginis et duo maldra et dimidium frumenti, ut ipsi de quinque maldris predictis panem fieri faciant et in ipso anniversario dispensent pauperibus, dimidium maldrum vero residuum in usus ipsorum die predicta convertendo. Si vero aliquo casu contingente heredes mei qui pro tempore fuerint dictam annonam commendatori et fratribus prout dictum est non darent eisdem, exnunc statuo et ordino quod scultetus Treverensis qui pro tempore fuerit in strepitu iudicii predictos commendatorem et fratres ducat et ponat in possessionem dictorum molendinorum et eosdem inductos defendat ab omni violentia quousque de dicta annona et dampnis super excresentibus eisdem fuerit plenarie satisfactum. Acta sunt hec in presentia scabinorum Treverensium. In cuius rei testimonium et noticiam plenioram ac firmitatem perpetuam presens scriptum sigillo dicte civitatis Treverensis ego Philippus et uxor mea liberi et heredes mei petivimus communiri. Nos vero frater Johannes commendator et fratres domus Treverensis profitemur nos de manu domini Philippi supradicti huiusmodi elemosinam cum devotis gratiarum actionibus accepisse et voluntatem ac ordinationem suam circa elemosinam eandem ut est premissum tam nos quam successores nostros qui pro tempore fuerint debere libenti animo observare. Et in ipsis rei testimonium presenti scripto sigillum nostrum duximus apponendum. Datum anno domini M.CC. septuagesimo quarto.

227. Carsilius der probst und der gesammte convent des klosters ad martyres bei Cöln verkaufen dem deutschen haus zu Cöln für zwölf schilling gute sterlinge einen ihrem bei Altstätten gelegenen hof Pesch zuständigen jährlichen erbzins von vierzehn denaren haftend auf einer hofstätte bei Hermülheim. 1275 märz 4.

Carsilius dei gratia prepositus et conventus sanctorum martirum extra muros Colonienses. Notum facimus per presens scriptum omnibus tam presentibus quam futuris quod nos monasterii nostri utilitate pensata XIII. denarios annuos, denario-

rum Coloniensium, qui nobis et ecclesie nostre in curtem nostram dictam Pesche apud Elstede debebantur et solvebantur annis singulis de quadam area sita apud villam Rixemulnheim prope pascua seu prata commendatoris et fratrum de domo Theut. apud sanctam Katerinam in Colonia, vendidimus commendatori et fratribus eisdem pro XII. solidis sterlingorum bonorum et legalium; quos profitemur nobis esse numeratos et solutos et in meliorationem atque utilitatem curtis nostre predice Pesche esse conversos; renunciantes exceptioni non numerate pecunie et omni iuris auxilio si quod videretur vel posset videri nobis contra predictum contractum vel aliquod premissorum modo quolibet suffragari. In cuius rei testimonium ac firmatatem perpetuam nos . . . prepositus presens scriptum sigillo nostro duximus roborandum; et nos conventus memoratus contenti sumus sigillo nostri prepositi prenotato. Actum et datum feria secunda post dominicam Invocavit me, anno domini M.CC.LXX. quarto.

- X 228. Arnold von Hochstaden ritter und Aleyd seine ehewirthin genehmigen dass Tilmann sohn des ritters Reinhard von Merode dem deutschen haus zu Gierath den zehnten zu Ingenfeld überträgt, statt dessen einen andern lehnsträger stellt und dass für das aufhören des lehnsvverhältnisses ienes zehnten ein zins an ihren hof Gilverath entrichtet wird. 1275 mai 18.

Ego Arnaldus de Hoystayden miles et ego Aleydis uxor dicti Arnoldi. Notum facimus omnibus per presens scriptum, quod Tilemannus natus quondam Reynardi dicti van Meroide militis feodum suum et omne ius quod in decima dicta de Inenvelt sita in parrochia Nueroide optinebat a nobis, vendidit de consensu nostro religiosis viris . . . commendatori et fratribus de domo Theutonica in Judenrode, pro quadraginta et una marcis sterlingorum bonorum et legalium, et idem Tilemannus loco ipsius decime seu feodi reportavit et resignavit nobis Henricum de Aldenroide infeodatum suum et mansum unum situm apud villam Alderoide, quem mansum idem Henricus a dicto Tilemanno in feodo optinebat. Nos quoque utilitatem nostram etc. pensantes etc. predictam decimam de Nyvenvelt etc. fecimus censualem, iure feodi in ius censuale translatu etc., eandemque

decimam sic constitutam et factam censualem prefatis religiosis contulimus habendam sub annuo censu videlicet duodecim denariorum Colon. solvendorum annis singulis in festo beati Martini hyemalis in curtim nostram Gelweroide, a qua decima dicta dependet, et hoc in signum iuris quod in vulgari dicitur wer-gelt, ad quod ius dicta curtis tenebitur religiosis predictis pro decima antedicta. Nec iidem religiosi ius quod in vulgari dicitur upval et niderval nec aliquod aliud ius de eadem decima preterquam duodecim den. antedictos solvere tenebuntur. In cuius rei testimonium ac perpetuam firmitatem presens scriptum conscribi et sigillo mei Arnoldi et sigillo Emundi de Elveke militis roborari fecimus et eisdem commendatori etc. Datum quinto decimo kal. iunii, anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo quinto.

229. Ferris de Guerlanges iunker schenkt seine gesammten allodialbesitzungen zu Guerlanges nebst dem gericht da-selbst dem deutschen haus zu Metz. 1275 iuni 1.

Universis presentes litteras visuris . . officialis curie Metensis salutem in domino. Noverit universitas vestra, quod in nostra propter hec presencia in iure personaliter et spontanee constitutus Ferricus de Guerlanges armiger donavit inter vivos et contulit pie absque reclamatione in futurum anime sue recordatus in ipsius anime refrigerium remedium et iuvamen in elemosinam . . magistro et fratribus hospitalis domus beate Marie Theoth. in vico Theotonicorum Meten. omnem hereditatem seu allodium sibi provenientem vel proveniens iure hereditario ex parte parentum suorum que vel quod sibi competit et competere potest ex parte eorundem, quam quidem vel quod hereditatem seu allodium habet et habiturus est quocunque iure in banno et finagio de Guerlanges in terris arabilibus vineis pratis piscariis nemoribus hominibus redditibus ac decimis tam grossis quam minutis et omnibus aliis quibuscumque. Donavit etiam inter vivos ipsis magistro et fratribus predictis omnem iurisdictionem quam habet et habiturus est idem F. in predicto banno de Guerlanges et que sibi competit et competere provenit et provenire potest ex parte parentum suorum predictorum; ac eciam omne ius et actiones cessit et donavit idem

F. predictis magistro et fratribus quod et que sibi competebant et competere poterant contra quascunque personas cuiuscunque conditionis existant; faciens insuper idem F. predictos magistrum et fratres possessores vel quasi omnium predictorum et eisdem possessionem super predictis omnibus absque revocatione aliqua attribuit in futurum. In cuius rei testimonium sigillum curie nostre Metensis presentibus litteris ad requisitionem dicti F. est appensum in ipsorum litterarum robur et munimen. Datum et actum anno domini M.CC. septuagesimo quinto, in vigilia pentecostes.

230. Adelheid die abtissin und die klostergemeinde zu Hessen geben dem landcomthur von Lothringen Johann von Kawilre für das ordenshaus in Meterswald alle ihre in der nähe desselben gelegenen güter in erbpacht. 1275 juni.

Nos Aleydis bonitate divina abbatissa totusque conventus sanctimonialium monasterii in Hessen ordinis sancti Benedicti Metensis dyocesis notum esse volumus universis, quod nos communi consilio et consensu locavimus et concessimus religioso viro fratri Johanni dicto de Kawylre, commendatori domus fratrum Theotunicorum per Lothoringiam, loco et nomine domus sue de capella in Meterswalt, Metensis dyocesis, omnia et singula bona sancte Fidis apud capellam sita, ipsam capellam attingencia et a nobis movencia, que nunc sciuntur et imposterum ibidem reperientur. Locavimus inquam eadem bona sibi et ordini ac domui sue de capella in perpetuum habenda iure hereditario et possidenda pro annuo censu duorum summerorum et dimidii tritici et siliginis et duorum summerorum et dimidii avene et quatuor denariorum Sarburgensium bonorum et dativorum; qui de bonis eciam sancte Fidis in Welringen sitis a Gochone filio .. sacerdotis emptis debentur annuatim. Quem censem .. commendator eiusdem domus de capella qui pro tempore fuerit sive ipsa domus tenetur nobis vel nostro mandato de predictis bonis omnibus sancte Fidis singulis annis in festo beati Martini hysmalis dare ac persolvere qualibet occasione postposita et dilatione. Notandum preterea quod de bonis aliis sancti Martini a nobis moventibus ad curiam nostram in superiori Binsunga pertinentibus, que inquam bona domus de capella nunc habet seu in-

posterum de consensu et voluntate nostra conquiret, ipsa domus solvere tenetur census annuos eorundem, salvis semper nobis et . . ministerialibus nostris iuribus et droituris curie supradicte. Hec autem omnia et singula suprascripta prout scripta sunt et narrantur promittimus fide bona inviolabiliter observare, obligantes ad hoc nos et monasterium nostrum per presentes. In huius igitur rei testimonium et robur tradidimus predictis . . fratri Johanni et ordini et domui de capella presentem litteram sigillorum nostrorum munimine roboratam. Actum anno domini M.CC. septuagesimo quinto, mense iunii.

231. Dechant und kapitel von Soest erklären, dass sie eingewilligt haben in den tausch des patronats der [bei der deutschordenscommende gelegenen] kirche zu Mülheim gegen das patronat zu Allagen. 1275 iuli 23.

Nos . . decanus et capitulum ecclesie Susat venerabilibus in Christo domine . . abbatisse et conventui ecclesie in Hyrrike. Notum facimus tenore presencium publice protestantes, quod in permutationem iuris patronatus ecclesie in Mulenheim, pertinentis ad ecclesiam nostram Susat. et ad scolasticum nostrum qui pro tempore fuerit, pro iure patronatus ecclesie in Allagen, quod ad vos pertinet, nos unanimiter consentimus, et ratam habemus. In cuius rei testimonium presentem litteram super eo conscriptam sigillo ecclesie nostre fecimus communiri. Datum anno domini M.CC.LXX. quinto, in crastino Marie Magdalene.

232. Diederich dominikanerprior zu Soest transsumirt eine urkunde erzbischof Sifrid's von Köln, worin der tausch genehmigt wird, den das kapitel zu Soest und die abtissin von Herdeke in betreff der patronatrechte zu Mülheim und zu Allagen eingegangen. 1275 iuli 29.

C. Nos Theodericus prior fratrum predicatorum Susaciensium. Omnibus presentem litteram inspecturis notum facimus quod tale recepimus mandatum.

Sifridus dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius, religioso viro . . priori fratrum predicatorum Susaciensium salutem in domino. Intelleximus, quod capitulum Susaciensie ecclesie, ad quod pertinet ius patronatus ec-

clesie Mulenhem, . . abbatissa quoque et conventus ecclesie Nunherrike, ad quas pertinet ius patronatus ecclesie Allage, ecclesias huiusmodi sive ius patronatus earundem velint et intendant invicem permutari. Nos vero obtentu venerabilis patris domini . . Paderbornensis episcopi, dictorum capituli videlicet et conventus voluntatibus annuentes, vobis mandamus, quatenus, si est ita, circa permutationem huiusmodi faciat auctoritate nostra, quod personaliter facere deberemus. Datum in castris Wlfhagen, anno domini M.CC.LXX.VI.\*), pridie kalendas iulii.

Cum igitur nobis sufficienter constet de consensu parcium, capituli Susaciensis videlicet et abbatisse et conventus Nunhirreke, de permutatione huiusmodi facienda, nos auctoritate nobis a domino nostro Coloniensi archiepiscopo data seu commissa permutationem iuris patronatus predictarum ecclesiarum facimus et confirmamus, in nomine patris et filii et spiritus sancti. In cuius facti firmitatem presentem paginam super eo conscriptam sigillo nostro communimus. Datum et actum anno domini M.CC.LXXV., quarto kalendas augusti in capitulo Susacien.; presentibus decano Hermanno, Rutgero scolastico, Henrico cantore, magistro Gerlaco et magistro Regenhardo, canonicis ipsius ecclesie.

233. Konrad comthur des deutschen hauses zu Mülheim berkundet, dass dem stift zu Soest, insbesondere dem iedesmaligen scholaster desselben, alle von alters her ihnen zustehenden investitur- und synodalrechte an der kirche zu Mülheim verbleiben, nur das patronatrecht ausgenommen, das sie in tausch gegen das patronat zu Allagen abgegeben. 1275 aug. 14.

Nos frater Conradus commendator domus Theutonice in Mulenheim. Omnibus has litteras visuris notum facimus publice protestantes, quod nos recognoscimus in ecclesia in Mulenheim ecclesie Susat. et . . scolastico ibidem, quicunque pro tempore fuerit, tam ius investiture quam iura synodalia et alia quecumque iura, que eis a predicta ecclesia in Mulenheim ab antiquo fieri consueverunt; excepto solo iure patronatus, quod per concubium ecclesie in Allagen est translatum. In cuius recogni-

\*) So steht im original; offenbar schreibfehler statt M.CC.LXXV.

tionis testimonium presentem paginam super eo conscriptam de communi consensu fratum domus in Mulenheim sigilli nostri fecimus impressione muniri. Datum anno domini M.CC.LXX. quinto, in vigilia assumptionis beate Marie.

234. Heinrich graf von Kessel erlässt das lehnsvähniss der von Werner von Gustorp dem deutschen haus zu Gierath verkauften vogtei zu Laach. 1275 oct. 15.

Henricus comes de Kessele omnibus presentem litteram inspecturis cognoscere veritatem. Noveritis quod cum Wernerus filius quondam Danielis de Gostorp militis advocatiam de Laghe sitam in parrochia Gostorp a nobis teneret iure homagii sive hominii, idem Wernerus coram nobis personaliter comparens eamdem advocatiam in manus nostras libere resignavit; petens et requirens ut ipsam fratribus de domo Theutonica in Judenrode liberam et ab omni iure penitus absolutam, ita quod eam tamquam sua tenerent et haberent, concedere curaremus. Nos autem habito consilio fidelium et ministerialium nostrorum, accedente quoque consensu et voluntate uxoris nostre Gertrudis, in remedium animarum nostrarum et progenitorum nostrorum supradictam advocatiam a supradicto Wernero recepimus ac eam memoratis fratribus de domo Theutonica libere et absolute contulimus et donamus ut eam teneant et habeant tamquam suum allodium et proprium et de ipsa tamquam de suis bonis ordinent et disponant et suam faciant voluntatem. In cuius rei testimonium et robur presens scriptum sigillo nostro duximus roborandum. Actum presentibus Nicholao de Brughe, Hildegero socero nostro et filiis suis, Johanne de Edderne, Stiglingo de Beddebure et aliis quampluribus testibus ad hoc rogatis et vocatis. Datum in vigilia beati Galli abbatis, anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo quinto.

235. Carsilius der probst und die mehrzahl des klosterconvents ad martyres bei Cöln verkaufen dem deutschen haus zu Cöln einen bisher ihrem hof bei Altstädt zu ständigen iährlichen zins von vier schilling und fünf hühnern, haftend auf einigen hofstätten und ländereien bei Hermülheim. Cöln, 1275 dec. 1.

Carsilius prepositus ceterique fratres maior et sanior pars monasterii de martyribus extra muros Colonien. Omnibus per presens scriptum notum facimus, quod cum essemus onere debitorum gravati et cottidie per comediones fideiussorum dampna supercrescerent, ex deliberato consilio cum aliunde nobis sub minori dampno non possemus consulere, quatuor solidos denar. Colon. vel circiter et quinque pullos vel circiter et omnia iura que nobis et curti nostre in Alsteiden de quibusdam areis et iurmalibus sitis apud villam Riczenmullenheim et ab hominibus areas et iurnales eosdem tenentibus annuatim solvebantur et hactenus pro tempore debebantur et impendi consueverunt, vendidimus commendatori et fratribus de domo Theutonica apud sanctam Katerinam in Colonia pro quatuor marcis sterlingorum, quas marcas profitemur ab eisdem nos recepisse et in solucionem debitorum et dampnorum huiusmodi convertisse. Ut autem commendator et fratres eosdem de solidis denariis pullis et iuribus memoratis certiores reddamus et contractus vendicionis huiusmodi non possit nec debeat revocari, ipsis septem iurnales terre arabilis nostri allodii curti eorundem ibidem adiacentes, de quibus ipsi decimam recipiunt, obligavimus et assignavimus pignori, ut de ipsis dampnum et impedimentum, si quod exinde sustinuerint, recuperent et se indempnes reservent. In cuius rei testimonium presens scriptum nos prepositus sigillo nostro roboravimus et nos ceteri fratres usi sumus eodem sigillo. Testes eciam huius rei sunt Henricus, Gerardus de Alsteiden, Gerardus dictus Brusen, Hermannus, Arnoldus dicti Nunnekorn, Henricus vinitor et alii quam plures fidedigni. Actum et datum Colonie, anno domini M.CC.LXX. quinto, in crastino beati Andree apostoli.

236. Der comthur und die brüder des deutschen hauses zu Coblenz stellen eine rente von zwei mark, haftend auf einem am markt zu Bonn gelegenen hause, als pfand für eine dem stift zu Bonn tauschweise überlassene rente von einer mark. 1276 mai 19.

Nos . . . commendator et . . . fratres domus Theutonica in Confluencia notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod cum nos cum venerabilibus viris . . . preposito . . . decano et capitulo ecclesie Bunnensis redditus seu proventus unius marce,

que nobis solvi consuevit in Bunna, pro redditibus seu provenientibus unius marce, que solvi consuevit predictis . . preposito . . decano et . . capitulo de bonis quibusdam sitis in Metrico, prout in litteris super hoc confectis plenius continetur, permutaverimus; ut sepedicti . . prepositus . . decanus et . . capitulo de sua marca recipienda in Bunna sufficientem habeant cautionem, obligamus eisdem per presentes et in presencia scabinorum Bunnensium, scilicet Godefridi dicti Bunnekowere, Henrici de Dornheym, Henrici de Olmezehim et aliorum quorundam duas marcas denariorum, que nobis solent solvi singulis annis in festo beati Martini de area quadam et superedificio sito iuxta forum Bunnense, quam inhabitat Johannes dictus Clingilsporre; ita quod memorati . . prepositus . . decanus et . . capitulo quolibet anno, antequam quicquid de nostris duabus marcis predictis percipiamus, recepisse debent ibidem deputatam sibi marcam. In cuius rei testimonium et munimen nos . . commendator sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Actum et datum anno domini M.CC.LXXVI., feria tertia ante festum pentecostes.

237. Hadwig abtissin im kapitol zu Cöln beurkundet dass ritter Albert von Traar gewisse güter bei Kempil die er von ihr zu lehen gehabt in ihrer gegenwart dem deutschen haus zu Coblenz übertragen und dass sie dieselben zu zinsgütern gemacht wovon der orden ihr und ihren nachfolgerinnen iährlich drei schilling zu zahlen habe. 1276 iumi.

Universis presentes litteras inspecturis in perpetuum. Nos H. dei gratia abbatissa ecclesie sancte Marie in Capitolio Coloniensi. Notum facimus, quod cum Albertus de Are miles et Aleidis eius uxor legitima bona quedam sita apud Are iuxta domum eorundem, que quondam fuerunt Alexandri de Kempil, a nobis iure omagii tenerent, iidem Albertus et eius uxor qui ordini . . fratrum Theutonicorum sancte Marie Jerosolimit. reddiderunt dei intuitu se et sua, propter hoc in nostra et aliorum proborum presencia constituti, eadem bona cum omnibus pertinenciis suis ad usus et utilitatem religiosorum virorum . . commendatoris et fratrum domus predicti ordinis in Confluenzia nobis libere resignarunt et supraportarunt. Nos itaque re-

cepta libera resignacione et supraportacione bonorum huiusmodi, prefata bona, que pensata utilitate nostre ecclesie censualia fecimus, cum omni integritate iuribus et pertinenciis suis eisdem . . commendatori et fratribus domus Theutonicorum in Confluencia a nobis recipientibus concessimus et concedimus etc., ita quod singulis annis de bonis eisdem predicti . . commendator et fratres in festo beati Martini hyemalis tres solidos Colon. nobis et nostris . . successoribus pro tempore existentibus nomine census persolvent; hoc adiecto, quod quando . . fratrem ordinis eorum, cui eadem bona nomine ordinis sunt concessa, mori contigerit, alium nobis presentabunt, cui bona huiusmodi concedimus; et idem dabit nobis seu nostris . . successoribus pro tempore existentibus tres solidos Colon. pro investitura seu iure quod gewerf vulgariter appellatur; et nichil ab eo amplius requiremus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Actum et datum anno domini millesimo ducentesimo LXX. sexto, mense iunio.

238. Beatrix abtissin in sankt Cäcilien zu Cöln beurkundet dass ritter Albert von Traar seine von ihr lehnriührgen güter in Kempil die er von seinem schwiegervater ritter Heinrich von Rode als heirathsgabe erhalten mit ihrer genehmigung und unter vorbehalt ihrer rechte dem deut-schen haus zu Coblenz übertragen habe. 1276 iuni.

Universis presentes litteras inspecturis. Nos Beatrix dei gratia abbatissa secularis ecclesie sancte Cecilia in Colonia. Notum facimus, quod cum Albertus miles de Are et Aleydis uxor eius legitima ex instinctu divino ordini . . fratum Theutonicorum sancte Marie Jerosolimitan. reddiderunt se et sua, iidem Albertus et eius uxor, in nostra propter hoc et aliorum proborum presencia constituti, bona eorum sita in Kempil, que quidem bona Henricus de Rode miles predicto Alberto cum prefata Aleyde filia sua in dotem contulit, a nobis movencia, resignarunt libere et supraportarunt cum omni integritate iure et eius pertinenciis ad usus et utilitatem religiosorum virorum . . commendatoris et . . fratum dicti ordinis in Confluencia. Nos vero recepta libera resignacione et supraportacione bonorum huiusmodi a coniugibus memoratis eadem bona cum omni integritate suisque pertinenciis et iuribus predictis . . commendatori et

fratribus domus Theuton. in Confluenzia a nobis recipientibus concessimus et concedimus assignavimus et assignamus tenenda et possidenda in perpetuum cum omni integritate et onere, quo predicti Albertus et eius uxor ipsa bona a nobis tenuerunt et hactenus possederunt, iure nostro in eisdem bonis per omnia nobis salvo. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum. Actum et datum anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo sexto, mense iunio.

239. Abt und convent von Alna cediren ihren antheil am zehnten zu Beckevoirt dem deutschen haus daselbst. 1276 iuni.

Universis presentes litteras inspecturis frater J. dictus abbas et conventus de Alna Cysterc. ordinis Leod. dyoc. salutem et cognoscere veritatem. Noverit universitas vestra quod nos fructus illius portionis decime, quos in decima de Bekenevort possebamus vel possemus in posterum possidere, magistro et fratribus de Bekenevort dicti loci ad firmam perpetuam concessimus possidendos. De cuius censu tenore presentium iam nos pagatos vocamus et quietos, et dictos in perpetuum quittos clamamus. In cuius rei testimonium presentes litteras dictis magistro et fratribus sigillo nostro dedimus roboratas. Datum anno domini M.CC.LXX. sexto, mense iunio.

240. Dithard von Paffendorf der schultheiss, die ritter schöffen rathmannen und ganze gemeinde zu Coblenz beurkunden, dass Gerburg, Heinrich Schonweder's wittwe, und ihre tochter Mechtild, wittwe Cuno's von Pawe, dem deutschen haus zu Coblenz ihre güter übergeben und künftig in geistlichem gewand ein gemeinsames leben führen wollen; ferner dass die kinder der genannten Mechtild dem recht gemäss ihr erbe erhalten sollen; endlich dass Gerburg's sohn Peter den ihm nach seiner mutter tod zustehenden erbantheil ebenfalls dem deutschen hause übergibt. Coblenz, 1276 aug. 5.

Dythardus dictus de Paffendorf miles scultetus, milites, scabini et consules ac universitas opidi Confluent. Treverensis dyocesis per presens scriptum notum facimus omnibus tam presentibus quam futuris, quod Gerburgis vidua, relecta quondam Henrici dicti Scohnweder opidani dicti opidi, et Methildis vidua,

filia dictorum Henrici et Gerburgis, relicta quondam Cononis dicti Pawe, ac Petrus natus eorundem Henrici et Gerburgis, in nostra presentia constituti, recognoverunt et confessi sunt, quod se et bona sua omnia, que tunc habebant et possent in posterrum adipisci, hospitali sancte Marie Theuton. Jerosolimit. in manus . . commendatoris et fratum domus hospitalis eiusdem loci predicti in Confluentia pie et liberaliter in elemosinam reddidissent. Eademque bona . . commendatori et fratribus eisdem coram nobis rite et iuxta consuetudinem iusticie dicti opidi tradiderunt, usufructu bonorum ipsis viduis salvo quoad vivebant, et ut in domo una commaneant sub habitu cum dimidia cruce, continentiam et castitatem servature secundum predicti hospitalis et ordinis instituta, nisi processu temporis inter eos contingere aliter ordinari. Predicta tamen Methildis, quia liberos habet, vult quod ad eos ipsorum hereditas perveniat, prout de iure debet, donatione sua robur in aliis obtinente. Convenit etiam inter eos, quod si dictas viduas urgeret evidens necessitas, nec aliunde possent sibi consulere, ipsis liceret mediante consilio et auxilio . . commendatoris et fratum predictorum partem aliquam dictorum bonorum vendere pro necessitate huiusmodi sublevanda, nisi iidem . . commendator et fratres vellent eas ab ipso necessitatis articulo liberare. Preterea cum Henricus et Gerburgis predicti filie sue Methildi predicte domum quandam in Confluentia sitam in castro inter domum dotis ecclesie sancte Marie et domum Sifridi dicti Spedil; item censem annum hereditarium xxx. solidorum Coloniensium denariorum in domo Henrici dicti Gulsere, sita in vico sancti Castoris et opposita domui de Birlebach; item censem annum hereditarium XVI. solidorum Colon. den. de domo Conradi pistoris, sita in vico Judeorum; item censem annum hereditarium XII. den. Colon. in vinea Henrici dicti Livegeselle, sita in Ruendale; item censem annum hereditarium V. marcarum Colon. den. in Wise de bonis Jacobi dicti Kolve; item censem annum hered. marcam unam in Paffendorf de bonis Gobelini, filii quondam Berwigi, in dotem dederint; et Petro filio suo predicto domum suam dictam ad Speculum, octo solidorum et obolum den. Colon. census hereditarios de domo Conradi de Selhoven, item sex solidorum den. Colon. census heredit. de domo lapidea

domine dicte de Birlebach sita apud curiam fratrum de Veteri monte, item quatuor solidorum et sex denariorum census heredit. de habitationibus iuxta portam beati Georgii in parva platea, item quatuor solidorum denar. Colon. census hered. et unum anserem de domo et orto quam Christina Croyllen et soror eius inhabitant, sitis in eadem platea, item domum que tendit super ortum suum sitam in parva platea que dicit versus plateau de Lere, medietatemque omnium vinearum suarum quos habent in parva Confluentia, item unum iurnale vinearum situm in floro beati Georgii versus portam super Renum, et item unum quartale vinearum situm in floro Spizen super Renum contulerint: ipse Petrus coram nobis..... bona commendatori et fratribus antedictis rite tradidit iuxta consuetudinem iusticie nostri opidi supradicti; salva nichilominus ipsis fratribus, extra bona predicta precipue data et tradita, illa port[ione] heredit] atis que ipsum Petrum post mortem Gerburgis matris sue predice iure successionis contin[git] vel posset contingere si in seculo remansisset. In cuius rei testimonium et firmitatem perpetuam presens scriptum ad petitionem partium predictarum sigillo mei Dythardi sculteti [militis] et sigillo opidi nostri seu civitatis Confluen. duximus roborandum. Nos [quoque Johannes] decanus sancti Florini et frater Adolfus gardianus fratrum minorum in Confluentia ad petitionem dictarum partium sigilla nostra presenti scripto apposuimus in testimonium [premissorum]. Actum et datum Confluencie, anno domini M.CC.LXX. sexto, nonas augusti.\*)

241. J. der probst, magister F. der dechant und das gesammte domkapitel von Lüttich überlässt einen zins von zwanzig schilling zu Petersfuren und von neunzehn schilling zu Spa dem deutschen hause zu Biesen tauschweise gegen dessen besitzungen zu Bors. 1276 aug. 23.

Universis presentes litteras inspecturis J. dei gratia prepositus, magister F. decanus, archidiaconus, totumque capitulum maioris ecclesie Leod. salutem in domino sempiternam. Cum nos apud Foron sancti Petri xx. solidos annui census possiderimus et apud Spaas xix. sol., qui census de Spaas ad decanatum

\*) Vergl. bd. 1, s. 194. 218. 258. 423 (wo durch druckfehler 1386 statt 1286 steht).

nostre dinoscitur ecclesie pertinere; considerantes, dictum censem nobis remotum fore et quia particularis solutio non modicum incommodum affert, pro pace et utilitate nostra dictum censem permutavimus cum fratribus Teutonice domus in Juncceis pro bonis ipsorum in villa de Bors existentibus, tantumdem ad plenum valentibus. In cuius rei testimonium et munimenta presentes litteras nostri sigilli duximus munimine roborandas. Datum anno domini M.CC.LXX.VI., in vigilia beati Bartholomei apostoli.

242. Agnes Tochter des schöffenmeisters Colin und wittwe des bürgers Gobelo zu Trier schenkt dem deutschen haus daselbst ihre weingärten mit dem kelterhaus in Merzelich und der umgegend, mit der bedingung ihr so lange sie lebt iährlich korn weizen erbsen wein einen ochsen zwei schweine zu liefern und ausserdem dem spital zu Echternach einen iährlichen zins zu zahlen. 1276 nov.

Universis presentes litteras inspecturis Agnes filia Colini olim magistri scabinorum et relictia Gobelonis civis quondam Treverensis salutem in domino. Quia hominum memoria labilis est et vita brevis, ideo ego Agnes de salute anime mee cogitans pro mee, Gobelonis mariti mei predicti ac predecessorum meorum animarum salute vineas meas cum torculari, quas habeo iuxta Merzelich et in confinio ibidem ac trans pontem in loco qui dicitur Ryviers in Rucelesgruben et in monte sancti Martini, do et confero de consensu et voluntate Henrici filii mei religiosis viris . . commendatori et fratribus domus Theotun. in Treveri possidendas perpetuo et tenendas; et omne ius quod in eisdem vineis cum torculari habeo exnunc transfero in eosdem; tali adiecta conditione quod michi diebus vite mee dent de eisdem in autumpno carratam boni vini, in festo beati Remigii quinque maldra frumenti et quinque siliginis et maldrum pise, in festo vero beati Martini bovem honestum et in natali domini duos porcos honestos; insuper de torculari et vinea adiacente dabunt annuatim ad hospitale in Epternaco viginti solidos Treveren. den. annui census, et de quolibet iugere vinearum sitarum in monte de Mercelich duos den. et obolum annui census, ac de vinea que dicitur elemosina duos den. In cuius rei memoriam sigillum curie Treverensis ad meam petitionem presentibus est appensum. Nos vero officialis curie Trev. ad petitionem dicte

Agnetis hiis litteris sigillum curie nostre Trev. apponi fecimus  
in testimonium veritatis. Actum et datum anno domini M.CC.LXX.  
sexta, mense novembri.

243. H. offizial des königs Th. bürgermeister und andre ritter  
und bürger zu Lautern setzen den comthur Johann von  
Kawilre und die brüder des deutschen hauses zu Ein-  
siedel gerichtlich in den besitz der güter der wittwe  
Reinhard's von Hoheneck. Lautern, 1277. apr. 11.

Anno domini M.CC.LXX.VII., feria sexta post dominicam qua  
cantatur letare, constituti sunt coram nobis H. officiali domini  
regis, Th. magistro civium, advocoato Cosmanno, G. dicto de  
Odenbach, S. dicto de Turrim, Ja. dicto Stango, militibus, Lode-  
wico, Lo. Nurembergere, H. dicto circulo, Symone, Walhalbere  
ac universitate Lutr. apud Lutram et positi per sententiam ius-  
tam et rationabilem, requisitam a scabinis et universitate civi-  
tatis Lutr., (et eadem sententia fuit a domino Ja. Stangen per-  
lata et perducta,) frater Jo. dictus de Kawilre et fratres domus  
Teut. in Heremo in possessionem et utilitatem omnium bonorum  
que domina Cunegundis relicita domini Reinhardi quondam de  
Honecken in obitu mariti sui habere dinoscebatur. In cuius  
rei testimonium firmorem ego H. officialis sigillo meo una cum  
sigillo civitatis Lutr. presentem litteram predictis fratribus de-  
dimus consignatam. Datum et actum anno domini M.CC.LXX.VII.,  
dominica qua cantatur misericordia domini.

244. Volkwin der comthur und die deutschordensbrüder zu  
Cöln beurkunden dass Heinrich Rapa kanonich zu Marien-  
greden sein haus [genannt Laffendail, auf der hochpforte]  
im kirchspiel Klein-Martin zum geleuchte ihrer kirche  
geschenkt unter vorbehalt einer lebenslänglichen rente.  
1277 sept. 7.

Frater Volquinus commendator ceterique fratres domus  
hospitalis sancte Marie Theut. in Colonia. Notum facimus om-  
nibus per presens scriptum et publice protestamur, quod domi-  
nus Henricus dictus Rapa, canonicus ecclesie sancte Marie ad  
gradus in Colonia, domum suam sitam inter capellam sancti  
Stephani et domum Henrici dicti Pullere in parrochia sancti  
Martini minoris in Colonia, pro sue et sororis sue Christine ac  
parentum suorum animarum remedio nobis et ecclesie nostre  
sancte Katherine ad eius luminaria devote in elemosinam con-

tulit; ita ut ab ipsa ecclesia nullo umquam tempore alienari debeat, sed in dominio ac proprietate eiusdem et nostro perpetuo remaneret ad ipsius luminaria, ut est predictum; ita etiam ut nos eidem Henrico quoad vixerit annis singulis tres marcas denar. Colon. bonorum et legalium in duobus terminis videlicet in festo nativitatis domini medietatem et reliquam medietatem in festo nativitatis beati Johannis baptiste persolvamus. Quam elemosinam dicte domus cum onere et sub modis predictis, ut est prescriptum, cum gratiarum actionibus ab eodem Henrico accepimus; promittentes bona fide eidem de predicta pecunia satisfacere terminis antedictis, domum eciam predictam seu eius redditus in nostro dominio ad ecclesie nostre predice luminaria perpetue conservare; non obstante si Godefridus Grin cognatus prefati Henrici vel quisquam aliis de cognatione sua seu quilibet aliis collationi elemosine huiusmodi dicte domus se opponat vel contradicat in iudicio vel extra; non obstante eciam casu aliquo opinato vel inopinato aut quovis alio impedimento; quia certificati sumus de iure nostro et iure ipsius Henrici, eo quod dictum Henricum invenimus scriptum ad domum eandem in carta officialium parrochie sancti Martini minoris in Colonia, ipsum quoque voluntatem suam posse facere de eadem; censem quoque annum sex denariorum, qui dicitur in vulgari hovescins tenemur solvere de domo predicta, quem censem nunc percipit Bruno dictus Scerfkin civis Coloniensis. In cuius rei testimonium et firmitatem perpetuam presens scriptum sigillo nostro et sigillo commendatoris domus hospitalis predicti in Confluenzia fecimus communiri. Actum et datum presentibus fratre Mathia commendatore domus in Confluenzia, fratre Gernando, fratre Winrico, fratre Symone, fratre Waltero, presbiteris, fratre Theoderico dicto de Colonia, fratre Henrico dicto Schele, fratre Joanne dicto de Pixide, fratre Hermanno de Confluentia hospitalis predicti; in vigilia nativitatis beate virginis Marie, anno domini M.CC.LXX. septimo.

245. Johann der probst des benediktinerklosters und der guardian der minoriten zu Saint Trond beurkunden, dass Tillmann von Versen und seine ehefrau dem deutschen haus zu Bernsheim alle ihre gütter geschenkt haben.  
1277 nov. 12.

Universis presens scriptum visuris Johannes prepositus sancti Trudonis ordinis sancti Benedicti et frater . . gardianus fratrum minorum eiusdem loci salutem in domino sempiternam. Noverint universi quod in nostra presentia constituti Tilmannus dictus de Verssen et Beatrix uxor eius legitima cupientes saluti anime sue providere omnia bona sua mobilia et immobilia, que habuerunt et possederunt et que adhuc domino concedente poterunt adhipisci, beate Marie et domui de Bernechem ac fratribus domus Theuton. absolute et libere supraportarunt et omni iuri suo quod in hiis habebant effestucando renunciantes in perpetuam elemosinam contulerunt. In cuius rei testimonium presentibus litteris sigilla nostra duximus apponenda. Datum et actum in crastino beati Martini hyemalis, anno domini M.CC.LXX. septimo.

246. Diederich sohn ritter Bertram's von Freialdenhoven dankbar eingedenk der liebe und freundschaft die die deutsch-ordensbrüder zu Siersdorf seinem oheim Rütger von Brempt ihrem mitbruder erwiesen haben schenkt ihnen den zehnten von 54 morgen zu Freialdenhoven und einen andern zehnten zu Ungershausen. 1277 nov. 30.

Universis Christi fidelibus presentibus et posteris hanc litteram inspecturis Theodericus filius quandam Bertrami militis de Vridenaldehoven felicis recordationis nobilis viri salutem et rei geste cognoscere veritatem. Noveritis universi quod nos quandam decimam ad nos hereditario iure devolutam quam habuimus in agro et campo de Vridinaldinhoven in quinquaginta quatuor iurnalibus, item decimam, quam in agro et curia de Ungershusen habuimus qualitercumque sitam, fratribus hospitallis sancte Marie domus Theutonice in Seyrstorph ob remedium anime nostre ac specialem amiciciam, quam nobis idem fratres in dilecto nostro avunculo domino Rutcheru milite de Bremth fratre ordinis ipsorum exhibuerant, in puram contulimus elemosinam, et eandem utramque decimam in ipsos fratres et dictam domum transtulimus et transferimus titulo donationis perfecte inter vivos, ab ipsis iure perpetuo possidendam. Dicti itaque fratres pro recognitione eiusdem donationis a nobis legitime facte nobis et nostris heredibus sex denarios Colon. usualis monete anno quolibet in festo beati Martini episcopi hyemalis

in perpetuum persolvere tenebuntur. In cuius rei testimonium et robur perpetuum presentem litteram predictis fratribus contulimus sigilli nostri munimine roboratam. Datum anno domini M.CC.LXX. septimo, in festo beati Andree apostoli.

247. Cunegunde wittwe ritter Reinhard's von Hoheneck ver macht den deutschordensbrüdern in Lothringen, die ihres mannes bedeutende schulden bezahlt haben, alle ihre güter und überlässt ihnen auch ihre erbansprüche an ihren bruder Friedrich von Hoimberg und dessen söhne wegen eines allodialguts, mit der bedingung das anniversarium ihrer familie zu feiern. Lautern, 1277 dec. 14.

Universis presentes litteras inspecturis vel audituris Cune gundis reicta domini Reinardi de Honekken quondam militis salutem in omnium salvatore. Quia vita hominis labilis est et brevis nec sciat quisquam quando de hoc transire debeat mundo, inde notum facio omnibus tam presentibus quam futuris, quod sana mente et corpore de bonis michi a deo collatis ordino et dispono in hunc modum ne post meam mortem aliqua questio oriatur de eisdem. Sane quia religiosi viri commendator et fratres domus Theutonice in Lothoringia multa et magna debita, in quibus bone memorie dictus dominus Reinardus meus maritus debens remansit, in se receperunt et persolverunt meo nomine, eisdem commendatori et fratribus do lego et confero omnia bona mea, sive ex parte mariti mei ad me pervenerint sive aliunde, post mortem meam perpetuo tenenda et possidenda. Item do lego et confero eisdem omne ius et omnem actionem quod vel quam contra dominum Fridericum fratrem meum de Hoimberg, Ludewicum et Philippum filios suos habeo ratione allodii, quod ad me post mortem pie recordationis . . . matris mee est devo lutum et super quo prefati F. frater meus, L. et Ph. filii sui iniuriantur mihi, si antequam recuperare possim dictum allodium me premori contingat. Premissa etiam facio pro predicti mariti mei parentum meorum ac mee remedio animarum et ut per petuo nostri memoria apud dictos habeatur fratres et anniversaria peragantur. Actum in iudicio apud Lutream; presentibus Herthe lone sculteto, Theoderico de Wilrebach, Nurimbergere, Lude wico de Alsbruge, Luce et aliis quampluribus testibus ad hoc vocatis et rogatis. In cuius rei testimonium presentibus pre positi de Lutra et civitatis de Lutra sigilla ad meam petitionem

sunt appensa. Nos vero prepositus et magister civium ad petitionem dicte domine Cunegundis presentibus sigilla nostra apposuimus in signum veritatis. Datum anno domini M.CC.LXX.VII., in crastino Lucie.

248. Gottschalk abt von Knechtsteden und der convent daselbst verkaufen dem deutschen haus zu Gierath für sechs mark einen auf seinen ländereien zu Höningen haftenden erbzins von sechs schillingen, den ritter Friedrich von Höningen ihnen für ein anniversarium geschenkt hat. 1278 febr. 10.

Godeschalcus dei gracia abbas totusque conventus ecclesie in Cneitstede ordinis Premonstratensis omnibus tam presentibus quam futuris per presens scriptum notum facimus, quod nos ecclesie nostre utilitate pensata de unanimi assensu nostro ac libera voluntate censem annum sex solidorum denariorum Coloniensium, quem fratres de domo Theutonica in Judenrode de triginta iornalibus terre de bonis suis apud Hoinchen nobis solvere consueverunt, quem censem bone memorie vir nobilis Fridericus miles de Hoinchen nobis legavit in elemosinam ut inde anniversarius suus perpetuo ageretur, vendidimus . . commendatori et . . fratribus dicte domus in Judenrode ac libere deportavimus pro sex marcis denariorum Coloniensium nobis numeratis et solutis et in predicte ecclesie nostre utilitatem conversis; et promisimus . . commendatori et . . fratribus eisdem, plenam et sufficientem de dicto censu facere warandiam; renuntiantes etiam exceptioni pecunie non numerate et omni iuris auxilio si quod nobis possit in contrarium suffragari. Ut autem anniversarius dicti nobilis non minus propter hoc modo debito peragatur, ordinavimus et constituimus ut in locum seu recompensationem dicti census de manso nostro apud Dailhoven annis singulis in perpetuum sex solidi denariorum Coloniensium qui nobis illic solvuntur recipientur, de quibus anniversarius predictus tempore suo fiat et refectio seu consolatio fratribus nostris ministretur sicut est hactenus observatum. In cuius rei testimonium et firmitatem perpetuam presens scriptum sub sigillis nostris duximus roborandum. Datum III. idus februar., anno domini M.CC.LXX. septimo.

249. Friedrich erzbischof von Salzburg bestätigt auf die bitte der deutschordensbrüder in Grätz die freie schule die

ihnen könig Rudolph zu gründen gestattet. Wien, 1278  
märz 14.

Fridericus dei gratia sancte Saltzburgensis ecclesie archiepiscopus apostolice sedis legatus etc. Noverint igitur tam presentes quam futuri quod nos pro laudabili et honesta conversatione et rogatu honorabilium fratrum ordinis domus Theutonice in Gretz et ut cultus divinus preclarus celebretur, liberam scholasteriam quam gloriosissimus rex Romanorum Rudolfus prenominatis fratribus in loco predicto videlicet in Gretz in colle contulit et concessit, propter hoc quod etiam prelibati fratres se nobis in nostris servitiis multipliciter exhibuerunt et exhibent cum nostro favore et benivolentia premissam scolastriam confirmamus etc. Datum Wienne, pridie idus martii, indictione VI., anno ab incarnatione domini M.CC.LXX. octavo, regnante gloriosissimo rege Romanorum Rudolfo anno V.

250. Hermann ritter von Lay und Adelheid seine ehegemahlin verkaufen dem deutschen haus zu Coblenz ihren in Volrad bei Lay gelegenen weinberg und stellen als pfand einen beim Zagel gelegenen weinberg. 1278 iuni 29.

Scultetus scabini ac universitas opidi Confluentini universis presens scriptum visuris volumus esse notum, quod constituti in presencia nostra Hermannus miles de Leye et Aleydis eius uxor dixerunt et confitebantur, se legitime vendidisse et tradidisse viris religiosis . . commendatori et fratribus domus Theutonice in Confluentia vineam suam apud Leye, sitam in Volrade, tanquam rem propriam et allodialem perpetue possidendam. Et ne dictis fratribus super dicta vinea aliqua impeditio fieret in posterum ab aliquo vel cuiuslibet materia questionis, dicti H. et A. vineam suam sitam iuxta caudam, quod dicitur bi dem Zagele, sub vinea dictorum fratrum nomine pignoris perpetuo obligarunt; ita quod ipsis H. et A. vel suis heredibus eandem vineam vel pignus absque consensu dictorum fratrum alienare vel vendere non licebit. In cuius rei testimonium et robur nos ad petitionem predictorum H. et A. presentem literam sigillo civitatis nostre sepeditis fratribus tradidimus communitam. Datum anno domini M.CC. septuagesimo octavo, in die beati Petri apostoli.

251. Heinrich von Hoheneck und Margaretha seine frau schenken dem deutschen haus zu Einsiedel das patronat zu Wisebach. 1279 jan. 25.

Ego Henricus de Hoenecken et uxor mea Margareta. Universis quibus innotuerit presens scriptum volumus esse notum, quod nos communicata manu parique consensu ob reverentiam et honorem virginis gloriose necnon ob remedium animarum nostrarum omniumque progenitorem nostrorum animarum salutem viris religiosis et in Christo venerandis domino . . commendatori et fratribus ordinis domus Theutonice ad Heremita ius patronatus sive donum ecclesie in Wisebach, quod ad nos dinoscitur pertinere, dedimus pure et simpliciter propter deum; litteris presentibus assignantes eisdem ipsum ius quemadmodum ab imperio habuimus, ad conferendum. Recognoscimus etiam per presentes in ipsa ecclesia Wisebach sive dono nemini immo nulli omnino hominum contulisse quicquam iuris, exceptis solis dominis superius memoratis. In testimonium et robur premissorum perpetuo presenti littere meum duximus sigillum proprium apponendum. Actum et datum anno domini M.CC.LXX. nono, in die conversionis beati Pauli.

252. Heinrich von Hoheneck und Margaretha eheleute verkaufen alle ihre güter zu Mulenhusen, ererbte und erkauft, für vierundvierzig pfund heller dem deutschen haus zu Einsiedel mit gewährleistung durch bürgen und deren verpflichtung zum einlager. 1279 mai 27.

Nos Heinricus de Honecken et Margaretha coniuges notum esse volumus universis presentes litteras inspecturis quod nos pari consensu curtim nostram et omnia bona nostra in agris pratis nemoribus ac aliis quibuscumque rebus et redditibus apud Moullenhusen consistentia, que ad nos Henricum iure spectant hereditario et que communiter vel divisim nobis comparavimus seu emimus erga Agnetem sororem nostri Heinrici, vendidimus . . commendatori et fratribus domus Theuton. in Heremo perpetuo habenda et possidenda, pro quadraginta et quatuor libris Hallen. nobis ante confectionem presencium litterarum numeratis et persolutis. Preterea ne dicti commendator et fratres in posterum inpediantur seu infestentur ab aliquibus in dictis bonis ipsis a nobis legitime venditis, nos eisdem fratribus de dic-

tis bonis portabimus warangtagiam per annum et diem prout  
 moris est et consuetudinis, et pro huiusmodi warangtagia ipsis  
 a nobis facienda debita et consueta constituimus predicto com-  
 mendantori et fratribus fideiussores, videlicet Theodericum dic-  
 tum de Wilrebach, Symonem dictum magnum, Gelfridum de  
 Ramestein, cives de Lutra, et Numponem; qui fideiussores, si  
 in eisdem bonis impedirentur vel infestarentur dicti fratres, in-  
 fra dictum terminum intrabunt civitatem de Lutra in domum  
 quam dictus commendator seu eius certus nuntius eis nominabit  
 et ibidem tenebunt prisionem in expensis nostris, non inde re-  
 cessuri donec sepedictis fratribus predicta bona libera faciamus  
 et soluta, ac de expensis si que occasione huiusmodi occasionis  
 supervenerint integraliter satisfecerimus. Et nos Theodericus Sy-  
 mon Gelfridus et Numpo fideiussores predicti obligamus nos  
 apud dictos fratres pro dicto domino H. et eius coniuge sub  
 omnibus modis et conditionibus predictis. Renunciamus etiam  
 nos Heinricus et Margareta predicti exceptioni non numerate  
 etc. In huius rei testimonium presentes litteras sigillo nostro  
 et sigillo civitatis de Lutra que presentibus rogavimus apponi  
 predictis commendatori et fratribus tradidimus communitas;  
 et nos consules et cives civitatis de Lutra ad petitionem dic-  
 torum coniugum et fideiussorum sigillum civitatis predicte de  
 Lutra presentibus apposuimus. Actum et datum in vigilia sancte  
 trinitatis, anno domini M.CC.LXX. nono.

253. Der comthur und die brüder des deutschen hauses zu  
 Cöln bekennen, dem Diederich des ordens halbbruder  
 auf lebenszeit eine iährliche rente von einundzwanzig  
 malter korn zu verschulden, haftend auf fünfzig morgen  
 land und sechs morgen wald zu Gosdorp und Viel.  
 1279 aug. 26.

Nos commendator et fratres domus Theut. hospitalis sancte  
 Marie Jerosolimit. apud sanctam Katerinam in Colonia commo-  
 rantes. Universis presentes litteras visuris salutem in domino.  
 Universitati vestre cupimus innotescat, quod nos Theoderico  
 semifratri nostro presencium conservatori annuatim quamdiu  
 vixerit et non amplius in die beati Remigii singulis annis de  
 quinquaginta iurnalibus terre arabilis et sex nemoris in Gos-  
 dorp et Viele sitis viginti et unum maldrum siliginis mensure

Coloniensis: que bona seu terram arabilem et nemus idem Theodericus una cum matre sua nunc defuncta bone memorie in elemosinam nobis legavit et assignavit; que iugera seu iurnales terre et nemoris predicta deditus et concessimus Wolbergo et uxori sue Margarete ac ipsorum heredibus prout in littera nostra super hoc confecta plenius continetur pro dicto pacto colenda et possidenda: omni protectione defensione dolo et fraude postpositis mensurabimus dabimus et solvemus. In cuius rei testimonium et robur deditus eidem Theoderico presentes litteras sigillo nostro sigillatas. Datum anno domini M.CC.LXX. nono, sabbato post festum beati Bartholomei apostoli.

254. Magister Vogel Trierischer official beurkundet dass die nonnen auf der Leer zu Coblenz und Adelheid von Müden [rechtsvorgängerin des deutschen hauses zu Coblenz] einem schiedsrichterlichen spruch über gewisse güter sich unterworfen. 1279 nov. 28.

Datum per copiam. Universis presentes litteras visuris nos magister Volucris officialis curie Treverensis volumus esse notum, quod cum inter religiosas dominas . . abbatissam et conventum sanctimonialium de Lera in Confluentia ex una parte et Aleydim de Mude relictam quandam Henrici de Welechin opidani Confluentini ex altera super domibus vineis et bonis aliis Eynolfi quandam presbiteri dicti de Mude, fratris dicte Aleydis, coram nobis questio verteretur, tandem super decidenda dicta questione in discretos viros scilicet Gobelonem de Ryvenacho militem ex parte dictarum sanctimonialium et in Syfridum dictum Spedel scabinum Confluentinum ex parte altera utpote in arbitros seu arbitratores vel amicabiles compositores coram nobis concorditer exstitit compromissum, facta promissione ipsis arbitris sollempniter stipulantibus sub periculo cause et perditione dictorum bonorum ac fide prestita corporali a dictis partibus hinc inde, quod ipsorum ordinationi pronuntiationi sive dicto vellent et debent stare per omnia in omnibus et parere et non contrafacere vel venire ullo modo. Qui arbitri habitu bonorum virorum consilio et plena deliberatione apud se ordinaverunt et pronuntiaverunt, quod dicta Aleydis infra octavas epyphanie domini proxime nunc instantis viginti quinque marcas bonorum et legalium denariorum monete usualis in Confluentia numerabit

et ab impetione dictarum sanctimonialium super prefatis bonis manebit perpetuo absoluta. Si vero dictam pecuniam non solverit in termino memorato, extunc ipsa A. et sui heredes cadent a causa et omni iure si quod habebant in bonis predictis et ipse moniales mittentur in eorundem bonorum possessionem pacificam et quietam. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillo curie Trev. fecimus communiri. Datum anno domini M.CC.LXX. nono, feria tertia ante festum beati Andree.

255. Heinrich erzbischof von Trier, Engelbert ritter von Arken schultheiss, die schöfften und ganze gemeinde von Coblenz erlauben den deutschordensbrüdern zu Coblenz, einen bei ihrem hause vorbeiführenden weg zu sperren, so dass derselbe nur zu ihrem gebrauch dienen soll, unter gewissen näher angegebenen bedingungen. 1279 dec. 3.

Henricus dei gracia Treverensis archiepiscopus. Engelbertus miles dictus de Archa scoltetus, milites, scabini et universitas opidi Confluentini Trev. dyocesis omnibus tam presentibus quam futuris in perpetuum. Per presens scriptum notum esse cupimus universis presentes litteras inspecturis vel audituris quod nos pro bono publico et evidenti utilitate dicti opidi Confluen. matura deliberatione prehabita, omnium nostrum concurrente consilio et assensu, propter deum precipue et propter commodum infirmorum et pauperum languentium et decubentium in hospitali domus fratrum Theutonicorum hospitalis sancte Marie in Confluentia ordinavimus statuimus et licentiam dedimus et per presentes damus religiosis viris . . commendatori et fratribus iam dicte domus, quod viam publicam per quam itur intra iam dictum hospitale et capellam fratrum predictorum per portam quan-dam construendam sumptibus eorundem in principio seu in capite edificiorum dicte domus iuxta capellam predictam versus plagam occidentalem ad utilitatem dicte domus et fratrum obstruere libere valeant et licenter, aperiendam pariter et claudendam tantummodo pro necessitatibus dicte domus et fratrum et quando ipsorum placuerit voluntati, residua parte dicte vie, videlicet a porta predicta usque ad portam opidi Confluen. sitam iuxta tyliam versus flumen Moselle, dictis fratribus et eorum usibus minime precludenda. Dicti vero commendator et fratres pro re-

compensatione pariter et restauro vie prefate, a porta predicta fratrum usque ad finem nove domus site super flumina Reni et Moselle videlicet usque ad parietem orientalem ipsorum fratrum ut predictum est usibus deputate, iuxta parietem iam predictam per murum exteriorem opidi Confluen. ex opposito vie per quam itur de Mosella versus chorum ecclesie sancti Castoris, portam unam ad latitudinem et mensuram eiusdem vie, et a fronte rubricate domus dictorum fratrum viam publicam ad latitudinem octo pedum extra muros opidi Confluen. usque ad predictam portam dicti opidi Confluen. clausam et munitam versus flumen Moselle firmo murali propugnaculo dicti . . commendator et fratres ad utilitatem reipublice Confluen. opidi construere tenebuntur et quoties opus fuerit reedificare suis laboribus et expensis; ne per ruinas aliquas in quantum dicta via publica se extendit sepedictum Confluen. opidum deformetur. Insuper promisimus et promittimus dictis . . commendatori et fratribus pro nobis et pro nostris successoribus in omne evum, quod nec per nos nec per alium vel per alios super dicta via, a porta fratrum predicta usque ad novam domum predictam, vel super edificiis construendis ibidem ipsis umquam ullo tempore movebimus vel moveri procurabimus aliquam questionem; sed eosdem defendemus et disbrigabimus contra omnem hominem et contra quemlibet impetentem, et ipsis de ipsa via debitam prestabimus warandiam. In cuius rei testimonium et firmitatem perpetuam nos Henricus archiepiscopus supradictus sigillo nostro, et nos . . scoltetus milites scabini et universitas dicti opidi Confluen. sigillo nostro sive sigillo opidi Confluen. presens scriptum roboravimus et antedictis . . commendatori et fratribus tradidimus et tradimus roboratum. Acta sunt hec anno domini M.CC. septuagesimo nono, III. nonas decembres; presentibus honorabilibus viris domino Henrico de Boland. archidiacono Trev., magistro Vogelone officiali curie Trev., domino Johanne decano ecclesie sancti Florimi in Confluen., Dithardo de Paffendorf, Henrico de Bacheim, Symone de Bopardia, militibus, Sifrido dicto Spedil, Anselmo, Conrado, Nycolao, Gilone, Aplone, Wirico, Erwino, Henrico dicto Hoische, Henrico de Aldenvelt, Ludewico, Sifrido iuniore et Tilmanno de Mulene, scabinis, et aliis quampluribus fide dignis, ad hoc vocatis pro testimonio specialiter et rogatis.

256. Rütger von Helrode lässt durch das gericht zu Aachen urkunde ausstellen über die von ihm schon das iahr vorher dem deutschen haus zu Siersdorf gemachte schenkung zweier höfe zu Vreialdenhoven und Kinzweiler. 1279 dec. 4.

Notum sit omnibus presentibus et futuris ad quos presens pervenerit instrumentum, quod Rutcherus de Helrode filius quondam Conradi militis civis et scabinus Aquensis compositionis corporis atque rerum, eo tempore quo id bene et de iure facere potuit et hiis firmus fuit et validus quibus fecit, viris religiosis et in Christo venerandis . . commendatori et conventui domus de Seirsdrop ordinis domus Theutonice, ipsi quoque ordini eidem, curiam suam cum omnibus suis attinentiis Kenswilre sitam, item curiam suam Vrindenaldenhoven similiter cum universis pertinentiis suis sitam, prout in agris terris pratatis pascuis campis aut quibuscumque modis aliis hec omnia sunt sita vel de iure debeat esse sita, cum omni etiam iure quod in hiis bonis omnibus iam habet seu de iure habere debet, anime sue salutis providus et inductus consilio salutari, in elemosinam dedit pure et simpliciter propter deum; quorum bonorum omnium se possessione mox exuens, ipsos . . commendatorem et conventum ac ordinem de hiis bonis omnibus investitit; que eis etiam supraportans ad opus et usus eorumdem, renunciavit ut est consuetudinis cum calamo bonis omnibus supradictis. Dum hec res primo fieret, interfuerunt in testes et denemmannos ex utraque parte rogati et vocati hii viri fide digni: Willelmus de Geheut, Wiricus de Cruthus et Reinardus de Entvelt, qui milites sunt; item Willelmus dictus Malebranke et Willelmus de Hasselhoutz, qui scabini sunt Aquenses; Hermannus dictus Kalf et Johannes dictus de Golopia, magistri civium Aquen.; Reinmarus de Luchene, Rycolphus de sub testudine, Heinricus dictus Doye et Gerardus dictus Odacker frater eius, Gerardus dictus Blume, Heinricus de Nydecgen, Heinricus dictus Saxo et Johannes de porta regis et alii cives Aquenses quamplurimi fide digni. In cuius rei testimonium atque robur petiverunt hinc et inde presentem litteram conscribi et sigillo regalis sedis Aquensis firmiter communiri. Actum feria quarta ante festum beati Gregorii pape, anno domini mil-

lesimo ducentesimo septuagesimo octavo. Verum quia propter defectum legitimorum et verorum iudicium et ob absentiam maioris ac senioris partis scabinorum Aquensium hec res conscribi et sigillari iuxta tenorem premissum suspensa remansit usque ad hec tempora et dilata, supradictus Rutcherus de Helrode memoratis . . commendatori et conventui domus de Seirdorp ac ipsi ordini Theutonico predictarum duarum curtium et suorum attinentium omnium in elemosinam largitionem se plane ut est recitatum superius fecisse liberaliter est confessus; et id ipsum iuxta modum et formam que est in serie prenarrata fecit iterum cum effectu. Si quis quoque super hac re forsitan defectus fuit, hunc per modum novationis et ratificationis, sui executor propositi munificus, adimplevit. Facta est huius rei novatio ratificatio et defectus si quis fuerit suppletio super omnibus et singulis premissorum in presentia et sub testimonio nobilis viri domini Willelmi advocati et sculteti Aquensis, Heberti de Steinbrucgen, Willelmi dicti Malebranke, Godefredi de Ponte et Ludowici de Sleida, Aquensium scabinorum, qui et in testes et in denmannos huius rei ex utraque parte sunt rogati. Preterea hii quorum secuntur nomina etiam in testes et denmannos huius eiusdem rei similiter ex utraque parte sunt rogati: Rutcherus filius domini Anselmi, Arnoldus de Sleida, Heinricus Mayart, Johannes filius eius, Anselmus super Bag, Adam pistor, Franco in platea sancti Jacobi, Gysco de Worsoldia, Johannes calvus et Petrus supra Driz et alii cives Aquenses quamplurimi fide digni. In cuius rei testimonium atque robur petivit predictus Rutcherus ex una parte et ipse . . commendator pro se et conventu suo et ordine ex alia parte, presentem litteram conscribi et sigillo regalis sedis Aquensis necnon et sigillo predicti nobilis viri W. advocati et sculteti Aquensis feliciter communiri. Actum feria secunda ante festum beati Nycholai episcopi, anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo nono.

257. Gottfried burggraf von Hochstaden und Kunegund seine gemahlin genehmigen, dass Mathias von Sinsteden dem deutschen haus zu Gierath einen zehnten überträgt, haben das lehnsvverhältniss desselben auf, und Mathias tritt dagegen für seinen hof zu Sinsteden zu ihnen in lehnspflicht. Rommerskirchen, 1279 dec. 18.

In nomine domini amen. Cognitio rerum et facti facilius habetur etc. Noverint ergo singuli ac universi tam posteri quam presentes quod nos Godefridus burgravius in Honstaden et Kunegundis uxor nostra legitima de unanimi consensu liberorum nostrorum ac heredum ad preces etc. dilecti fidelis nostri Mathie dicti de Sinsteden nostra bona feodalia intendentes augmentare decimam quinque mansorum, quam ipse Mathias a nobis tenuit et habuit in feodum, assignamus et concedimus liberam et in proprietatem viris religiosis commendatori et fratribus domus Theutonice in Judenrode perpetuo pacifice et quiete possidentem; loco cuius decime predictus Mathias quinquaginta et duos iurnales terre arabilis, quorum viginti et quatuor fratrum fuerant predictorum, una cum curte sua in Sinsteden sita, que quondam fuerat Dytmari militis, nobis in presentia fidelium nostrorum liberaliter supraportavit; quos iurnales una cum curte predicta eidem Mathie loco dicte decime concessimus et concedimus in feodum perpetuo possidendos. Acta sunt hec Rumerskirghen, anno domini M.CC.LXX. nono, feria secunda ante festum beati Thome apostoli; presentibus fidelibus nostris etc. In cuius rei testimonium presentem litteram dedi predictis commendatori et fratribus in Judenrode etc., sigilli mei munimine communitam. Datum anno et die predictis.

258. Johann Melzere bürger zu Cöln bestätigt nochmals die von ihm und seiner nun verstorbenen ehegattin Adelheid dem deutschen haus zu Cöln gemachte schenkung aller seiner gütter unter vorbehalt der nutzniessung auf lebenszeit. 1280 märz 1.

Universis presentes litteras inspecturis Johannes dictus Melzere civis Coloniensis ad perpetuam rei memoriam cognoscere veritatem. Cum ego et Aleydis uxor mea legitima dum vixit, gratia divinitus inspirata, bona nostra mobilia et immobilia presentia et futura habita et habenda conquisita et conquirenda contulimus et donavimus religiosis viris . . . commendatori et . . . fratribus ordinis domus Theutonice sancte Katerine in Colonia ob animarum nostrarum salutem in elemosinam propter deum; et licet donacio huiusmodi per mortem . . . uxoris mee predicte quoad ipsam sit confirmata: ego tamen donationem eandem ratificans de novo post mortem dicte . . . uxoris mee et adtendens

fragilitatem presentis vite ac omnipotentis dei largitoris omnium bonorum retributionem exspectans, omnia bona mea tam' mobilia quam immobilia, que teneo habeo et possideo in presenti, et futura conquisita et conquirenda habita et habenda, do et confero predictis . . commendatori et fratribus donatione perfecta inter vivos in elemosinam et in remedium ac salutem animarum mearum et uxoris mee predice; et eadem bona in eosdem . . commendatorem et fratres et domum predictam transfero ad habenda et tenenda in perpetuum pleno iure; salvo michi in bonis huiusmodi quoad vixero usufructu; exceptis solummodo viginti quinque marcis Colon. den., quas convertere potero ad usus quoscunque ad mee libitum voluntatis, et quod ille marce solummodo recipientur in bonis meis mobilibus, aliis bonis meis remanentibus . . commendatori et fratribus antedictis. Renuncians exnunc proprietati dictorum bonorum etc. Testes huius rei sunt, qui interfuerunt, Henricus plebanus sancti Johannis baptiste Colonien., Goswinus presbiter, Rycholfus commendator, Theodericus olim commendator dicte domus, qui priori donacioni interfuit, Christianus et Johannes fratres dicte domus sancte Katerine, Christianus dictus Vulen, Henricus de Lutzheym, Wilhelmus dictus braxator, Johannes venditor antiquarum vestium, Johannes de albis dominabus, Hermannus scolaris, Hildegundis et Gertrudis sorores predice domus et alii quamplures fide digni. In cuius rei testimonium, quia proprio sigillo careo, presentes litteras sigillis religiosi viri . . abbatis sancti Pantaleonis, Henrici sancti Johannis, Gerardi sancti Jacobi plebanorum ecclesiarum Coloniensium, necnon predictorum . . commendatoris et fratribus rogavi communiri ad perpetuam firmitatem. Et nos Embrico dei gratia abbas sancti Pantaleonis, Henricus sancti Johannis baptiste, Gerardus sancti Jacobi plebani ecclesiarum Colon. et Rycolfus commendator et fratres dicte domus sancte Katerine Colon. confitemur sigilla nostra etc. hiis litteris appendisse etc. Et ego Johannes predictus recognosco etc. Datum anno domini M.CC.LXX. nono, feria sexta ante dominicam qua cantatur Esto michi.

259. Johann der iustiziar von Wärnsberg schenkt dem deutschen haus zu Metz boden und bestand des waldes Eichholt im bann von Mommersdorf. 1280 iuli 25.

Noverint universi quod ego Johannes iusticiarius de War-  
nesperch miles nemus meum fundumque et situm ipsius nemoris,  
quod lingua theuthonica eichholt gallice vero boix de cheine  
vulgariter appellatur, situm in finagio de Mommerstorf, prout  
hodie positis lapidibus finalibus a terris arabilibus circumiacen-  
tibus per villicum et scabinos et iusticiam secularem ville de  
Mommerstorf ipsum nemus feci distingui, religiosis viris . . com-  
mendatori et fratribus hospitalis Theutonicorum Meten. et hos-  
pitali eorum pro remedio anime mee et antecessorum meorum  
perpetue et irrevocabilis donationis intuitu pure libere ac sim-  
pliciter inter vivos dudum donavi et per presentes dono confero  
et concedo cum omni iure dominio proprietate et possessione  
michi competentibus in eodem tenendum possidendum et haben-  
dum ab eisdem . . commendatore et fratribus et eorum succes-  
soribus quiete et libere infuturum; promittens donationem huius-  
modi religiosis eisdem firmiter attendere et servare et nullo  
unquam tempore per me vel per alium contrafacere vel venire.  
In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appen-  
sum. Actum et datum in die beatorum Jacobi et Christofori,  
anno domini M.CC. octuagesimo.

260. Johann herzog von Lothringen und Brabant befreit die  
deutschordensbrüder in Deutschland vom schiffszoll in  
Antwerpen. 1280 aug. 17.

Joannes dei gratia dux Lotharingie et Brabantie universis  
presentes litteras inspecturis salutem et cognoscere veritatem. Notum  
vobis facimus quod nos ob remedium anime nostre et antecessorum  
nostrorum liberamus quitamus et quitos clamamus inperpe-  
tuum fratres domus Teutonicorum in Allemania ab omnibus  
exactionibus winagiis seu theloniis et ab omnibus iuribus que  
ab ipsis fratribus hactenus perceperimus seu percipere consuevi-  
mus de quibuslibet navibus et vinis ipsorum fratrum in Ant-  
verpia; volentes quod dicti fratres et ipsorum nuntii in aqua  
Antverpiensi liberum habeant transitum eundi et redeundi. Da-  
tum anno domini millesimo ducentesimo octuagesimo, sabbato  
post assumptionem.

261. Arnold herr zu Zeelhem Machtild seine mutter und Adel-  
heid seine schwester schenken dem deutschen haus zu

Beckevoirt ihr allod daselbst wovon der orden ihnen zu einem erbzins verpflichtet war nämlich zu gewissen denaren kapänen und einem halster roggen von der mühle.  
1280 oct. 5.

Arnoldus vir nobilis miles dominus de Zelhem, Maghtildis mater eius domina dicte ville et Aleidis domicella eiusdem domine filia omnibus in perpetuum. Cum labilis sit hominum memoria et que in tempore tractantur processu temporis ab humana memoria citius evanescant, expedit ut ea litterarum munimine dilucide perennentur. Universis igitur et singulis presentium litterarum testimonio declaramus veraciter attestantes, quod nos Arnoldus dominus de Zelhem predictus et Aleidis domicella de Zelhem soror eius allodium nostrum quod habuimus apud Begkenvoert, de quo . . . commendator et fratres de Begkenvoert ordinis domus Teutonicae Leodiensis diocesis nobis in censu annuo tenebantur, videlicet in denariis caponibus et uno halstario siliginis de molendino, prenotatis . . . commendatori et fratribus ob remedium et salutem animarum nostrarum nostrorumque parentum eo tempore quo bene et legitime facere poteramus in puram elemosinam donavimus et contulimus propter deum habendum hereditarie in perpetuum et ab ipsis . . . commendatore et fratribus possidendum tamquam verum sum allodium pacifice et quiete. Nos etiam Maghtildis domina de Zelhem supradicta usumfructum nostrum, quem ad dictum allodium habebamus coaddonatione nostrorum liberorum predictorum similiiter . . . commendatori et fratribus in puram elemosinam tradidimus in omni eo statu et firmitate prout expressum est superius liberaliter et perpetue obtinendum. In cuius rei testimonium et firmitatis evidentiam nos Arnoldus dominus de Zelhem predictus sigillum nostrum presentibus duximus appendendum. Nos vero Magthildis domina de Zelhem et Aleidis domicella sepedicte ad maiorem rei geste constantiam et certitudinem omnium premissorum rogavimus viros religiosos et discretos . . . gardianum et fratres domus fratrum minorum in Dist sigillo suo etiam coapposito cum sigillo domini de Zelhem prenotati presentem paginam roborare. Nos etenim frater Henricus domus fratrum minorum in Dist gardianus ceterique fratres eiusdem domus, dictarum nobilium domine Maghtildis et Aleidis domi-

celle precibus inclinati, ad ampliorem evidentiam et robur in hiis litteris contentorum sigillum nostrum huic sedule concessimus annexendum. Datum anno domini M.CC. octogesimo, sabbato ante [festum] beati Dyonisii.

262. Alexander abt von Moyenmoutier übergibt dem deutschen haus in Saarburg alle zur vogtei in Irgesingen gehörigen leute. 1280 oct. 21.

Nos Alexander dei bonitate abbas Mediani monasterii totusque conventus eiusdem loci Tullensis dyocesis ordinis sancti Benedicti notum esse volumus universis, quod nos provida deliberatione prehabita divine remunerationis intuitu contulimus et per presentes conferimus homines ad nostram spectantes advocatiam quam habemus in villa de Irgesingen Metensis dyocesis, salvis tamen aliis nostris iuribus nobis in dicta villa et banno provenientibus que antea habebamus et habemus, viris religiosis . . commendatori et fratribus domus Theotunice sancte Marie in Sarburg iure hereditario perpetuo habendos et pacifice possidendos; renunciantes per presentes omni actioni exceptioni et beneficio iuris tam canonici quam civilis quibus dictos fratres super premissa nostra eis facta donatione impetrare vel gravare possemus aliquo modo in futurum. In huius donationis et facti evidentiam pleniorem dedimus ipsis fratribus presentes litteras sigillorum nostrorum munimine roboratas. Acta sunt hec anno domini M.CC.LXXX., feria secunda post festum beati Luce ewangeliste.

263. Der abt und die klostergemeinde in Brauweiler übergeben den ihnen resignirten hof nebst dem zehnten und patronat in Auenheim dem deutschen haus zu Cöln. 1280 oct. 31.

Nos abbas totusque conventus monasterii sancti Nycolai in Bruwilre ordinis sancti Benedicti. Universis presentes etc. Cum omnium habere memoriam fragilitas non possit humana etc. Noverint ergo tam presentes quam posteri, quod nos habito consilio communi et quo potuimus saniori, nostre ecclesie utilitati providere cupientes, curtum sitam in Owinheim, decimas duorum mansuum et duodecim iurnalium ac decimas quadraginta iurnalium ad dictam curtum pertinentes, cum iure pa-

tronatus ecclesie de Owinheim et omnibus ac singulis attinen-  
ciis curtis predicte; quas decimas una cum iure patronatus  
dicte curti ac decimis attinentis Hermannus dictus Mengart  
tenuit a nobis habuit et possedit in feodum, ad liberam ipsius  
resignationem in manus nostras factam, damus concedimus et  
appropriamus in proprietatem liberam et perpetuam viris reli-  
giosis commendatori et fratribus domus Theut. sancte Katherine  
in Colonia presencium conservatoribus etc. perpetuo quiete et  
pacifice possidendas. Renunciantes etc. omni iuri etc. actioni  
defensioni ac exceptioni, que nobis super decimis seu iure pa-  
tronatus predictis repetendis possent etc. suffragari. Et ut hec  
rata permaneant et inconvulsa, dedimus predictis commendatori  
et fratribus presentes litteras sigillis nostris communitas. Actum  
et datum anno domini millesimo ducentesimo octuagesimo, in  
vigilia omnium sanctorum.

264. Johann und Christencia eheleute von Kellenbach verkau-  
fen mit einwilligung ihres schwiegersohns des ritters  
Heinrich von Scharfeneck und ihrer tochter Lugard dem  
deutschen haus zu Einsiedel ihren hof in Wilrebach.  
1281 jan.

Nos Johannes et Christencia coniuges de Kellenbach con-  
stare volumus presentium inspectoribus universis, quod nos ac-  
cedente consensu et voluntate generi nostri Heinrici de Scharf-  
fenecken militis et uxoris sue Lugardis nostre filie allodium  
nostrum videlicet curiam in Wilrebach sitam cum proventibus  
seu censibus ac aliis redditibus universis spectantibus ad ean-  
dem, ad nos iure successionis hereditarie devoluta, . . commen-  
datori et fratribus sancte Marie Teutonice domus de Heremitis  
iuste venditionis titulo vendidimus pro certa pecunie quantitate;  
profitentes publice, hanc pecuniam nobis fore numeratam; pos-  
sessionem et dominium prefate curie et omnium attinentium  
eidem cum sollempni resignacione coram sculteto scabinis seu  
hubariis apud Wilrebach per nos facta in iamdictos fratres  
Teutonice domus libere transferendo etc. Testes autem qui huic  
venditioni interfuerunt sunt Heinricus et Margareta coniuges de  
Hoheneke, Helewicus, Stephanus ac alii quamplures etc. In cuius  
rei testimonium atque robur nos Johannes de Kellenbach et  
Heinricus de Scharffenecke antefati nostra sigilla una cum si-

gillo Heinrici de Hohenecke presentibus litteris duximus appen-  
denda. Acta sunt hec anno domini M.CC.LXXXI., mense ianuario.

265. Arnold und Gobelin vom Maulbeerbaum bürger zu Coblenz schenken mit zustimmung ihrer mutter Swanhilde und Elisabeth's, Arnold's ehefrau, dem deutschen haus zu Coblenz für die dort verpflegten kranken und zur hülfe des heiligen landes alle ihre gütter, unter vorbehalt lebens-länglicher nutzniessung und gewissen andern sorgfältig überlegten bedingungen. Coblenz, 1281 febr. 17.

In nomine domini amen. Universis presens scriptum vi-  
suris et audituris in perpetuum. Nos Arnoldus et Gobelinus  
fratres dicti de Moro cives Confluentini universitatem vestram scire  
volumus et tenore presencium recognoscimus et publice protesta-  
mur, quod nos de consilio et assensu domine Svenhildis matris  
nostre et Elizabeth, uxoris mei Arnoldi predicti, pro remedio  
et salute animarum nostrarum et progenitorum nostrorum tam  
viventium quam mortuorum donavimus et per presentes dona-  
mus pure simpliciter irrevocabiliter et donacione inter vivos re-  
ligiosis viris . . commendatori et fratribus domus sancte Marie  
Theutonicorum in Confluencia, recipientibus nomine suo et no-  
mine domus sue predicte et infirmorum inibi decumbencium, ac  
nomine subsidii terre sancte, omnia et singula bona immobilia  
que in presenciarum habemus in areis domibus possessionibus  
censibus vineis agris pratis nemoribus et aliis quibuscumque bonis,  
quocunque nomine censeantur, ad habendum tenendum possi-  
dendum et quicquid ipsis . . commendatori et fratribus ac  
suis successoribus placuerit faciendum, cum omni iure et actione  
usu et requisitione nobis occasione eorundem bonorum modo  
aliquo pertinente, salvis condicionibus et pactis subscriptis, que  
tales sunt quod nos habebimus et tenebimus dicta bona et usu-  
fructum in eis quamdiu vixerimus. Si tamen ego predictus Go-  
belinus me applicero ex toto ad dictos . . commendatorem et  
fratres ipsorum consortium eligendo, medietas eorumdem dona-  
torum me sequetur et libere cedet . . commendatori et fratribus  
antedictis; dummodo sanus ipsis me applicem non infirmitate  
detentus decumbente. Hoc eciam acto, quod si alter ex nobis  
moriatur qui non applicuerit se ex toto consortio supradicto  
alter superstes habebit et tenebit quoad vixerit omnia et sin-

gula bona superius memorata. Hoc tamen pacto, quod si me Arnoldum predictum mori contingat, predicta E. uxore mea superstite, ipsa E. in parte dictorum bonorum me contingentem scilicet medietate ipsorum bonorum usufructum habebit quoad vixerit, sive dictus Gobelinus mortuus fuerit sive vivat. Si eciam me Arnoldum predictum de predicta E. uxore mea generare contingat prolem seu proles et liberos, ille, sive una fuerit sive plures, partem ipsorum bonorum me contingentem habebit et habebunt non obstante donacione predicta. Si tamen dicte proles, una sive plures, moriantur, antequam se locaverint alicui matrimonialiter seu uxores duxerint seu ad ecclesiam aliquam vel religionem se transtulerint perpetuo, dicti commendator et . . fratres dicta donata habebunt generacione prolis huiusmodi non obstante. Hoc eciam adiecto, quod si quod absit nos predictos G., Ar. et E. per casum fortuitum sterilitatis pestilencie ignis aque sive captivitatis seu alium casum fortuitum gravari contingat per importuna onera debitorum, de consilio predictorum . . commendatoris et . . fratrum partem dictorum donatorum secundum debitorum exigenciam alienare poterimus, si dicti . . commendator et . . fratres ab huiusmodi debitorum oneribus nos non duxerint sublevandos. Si tamen me predicto Ar. defuncto predicta E. uxor mea ad secundas nuptias convolaverit et extunc ipsa uxor mea debita contraxerit, dicta bona donata seu aliquam partem alienare non poterit ad talia debita persolvenda. Quam donacionem et omnia et singula suprascripta promittimus eisdem . . commendatori et . . fratribus per sollempnem stipulacionem rata et firma habere tenere et non contrafacere vel venire per nos vel per alium vel per alios aliqua ratione ingenio sive causa nec eandem donacionem ingratitudine seu quacunque causa alia revocare. Et hec donacio facta est publice et insinuata Confluencia coram honorabilibus viris Johanne decano ecclesie sancti Florini in Confluencia, iudice a domino Trevirorum archiepiscopo constituto, Richwino plebano parochialis ecclesie sancte Marie ibidem, Engilberto sculteto seu iudice, militibus, scabinis et illis per quos exercetur in Confluencia iurisdictio secularis seu temporalis, ipsis iudicibus pro tribunal sedentibus, et ipsis et aliis auctoritatem prestantibus ad donacionem pretactam. Et ego Swenildis predicta, predicta omnia sic esse confiteor et

vera, et dicte donacioni consencio. Et ego predicta E., certificata quod dicta bona sint obligata mihi pro meis dotibus, renuncio omni iuri ipotecarum et cuicunque alii si quod mihi competit in bonis predictis, et dicte donacioni consencio, ut superius est expressum. Facta est autem seu insinuata et publicata predicta donacio in locis seu locorum vel villarum terminis et pertinenciis in quibus consistunt predicta bona donata que in presentiarum habemus. Videlicet Confluencie curtis nostra quam inhabitamus cum omnibus suis attinenciis, exceptis tribus domunculis contiguis curti nostre predice et se contingentibus, quas intendimus convertere ad alias pios usus. Item in Mettrico vinee et agri arabiles cum omnibus attinentiis; presentibus ibidem Gobelino de Gulse, sculteto domini Salatini de Isinburg et domine . . . de Castele, fratre Alberto monasterii de loco sancte Marie, . . . plebano dicte ville, Arnoldo, Adolfo, Heinmanno, Johanne de Andernaco, Theoderico, Gilone, Waltero, Gerardo, Heinrico dicto Turn, Gobelino lapicida, Heinrico fratre eius, et Th. de Poppardia, scabinis et iuratis. Item in Revenaco curtis nostra cum omnibus suis pertinenciis et omnia que habemus in Bisholtere cum insinuatione ut superius; presentibus Cunone dicto Gurremäge, Arnoldo lapicida, Bertramo, Gulone et Lamberto, iuratis seu scabinis, Bartholomeo milite, Hartwino et Wernero, Sifrido dicto Spedil, Anselmo, Lodvico et Sifrido iuniore, scabinis de Confluencia. Item in Crufte curtis nostra cum omnibus suis pertinenciis et omnia que habemus in Cretziche cum insinuacione predicta coram domino abbatte monasterii Lacensis; presentibus Jacobo sculteto de Crufte, Johanne fabro fratre suo, Everardo, Tilmanno dicto Tinche et Lodvico, scabinis, et Richwino pastore de Bleide, Rudincherio de Crufte et Petro de Bleide, militibus, et aliis pluribus fide dignis. Item in Ture curtis nostra cum omnibus suis attinenciis cum insinuatione predicta; presentibus Jacobo sculteto, Heinrico dicto Greive, Marsilio et Cristiano fratribus eius, et Johanne de Berhinsheim, iuratis seu scabinis. Item in Mertlaco curtis nostra cum omnibus suis attinenciis, insinuatione facta in Monasterio in Meinevelt in curia domini . . prepositi ecclesie eiusdem loci; presentibus Johanne sculteto dicto Zuverlacis, Petro dicto Mauro milite, Johanne genero dicti sculteti, Heinrico filio Iwani, Mathia et Johanne fratre eius, iuratis pa-

riter et scabinis. Et nos . . commendator et . . fratres predicti recognoscimus omnia et singula supradicta sic esse confitemur et vera. In testimonium itaque predictorum nos predicti . . commendatur et . . fratres sigillum domus nostre predicte una cum sigillis domini . . decani predicti et opidi Confluen., . . guardiani fratrum minorum et . . plebani ecclesie sancte Marie in Confluen. ad preces nostras et predictorum Swenildis, G., Ar. et E. presentibus sunt appensa. Presentis eciam instrumenti donacionis fieri fecimus duo instrumenta sub eisdem sigillis unius et eiusdem tenoris, utriusque parti unum. Nos eciam predicti . . decanus . . scultetus milites scabini et universitas Confluen. recognoscimus predictam donacionem coram nobis factam et insinuatam ut superius est expressum et eidem donacioni nostram auctoritatem interponimus et decretum in robur et firmitatem donacionis predicte. Et propter hoc ad peticionem predictorum parcium sigilla nostra, scilicet nostri predicti . . decani nostri opidi Confluen. nostri guardiani et nostri plebani predictorum sigilla appendi fecimus isti scripto. Datum Confluencie, anno domini M.CC. octuagesimo, XIII. kal. marci.

266. Mathäus meier in Sirk verkauft dem landcomthur Johann von Kawilre drei morgen ackerland bei Rusdorf und zwei müdden weinzins. 1281 febr.

Noverint universi presentes et futuri quod ego Matheus villicus de Sierkes de consensu Elisabeth uxoris mee . . vendidi et venditionis nomine concessi magistro Johanni de Chawilre commendatori domus Theothonicorum in provincia Treverensi ceterisque fratribus sui ordinis universis tria iugera terre arabilis subtus villam de Rustorf sita et duo modia vini, vide-licet unum modium ibidem in vinea que dicitur in Roeden aliud vero modium super vinea mea subtus predictam villam sita, pro octo libr. Treveren. denar. perpetuo habenda et pacifice possidenda. In cuius rei testimonium predicto magistro Johanni commendatori ceterisque fratribus domus Theothonicorum Treveren. presentes litteras sigillo illustris viri domini mei Frederici ducis Loth. et marchionis tradidi roboratas. Actum et datum anno domini millesimo ducentesimo octogesimo, mense februario.

267. Arnold graf von Looz beurkundet dass ritter Rasso von Houte die von ihm lehnruhrigen im bezirk von Corte-

sen gelegenen zweiundzwanzig bonnare theils ackerland  
theils wiesen dem deutschen orden geschenkt und er  
dies bewilligt habe mit der bedingung dass das ordens-  
haus Bernsheim oder das ordenshaus Biesen ihm einen  
lehnsträger stelle. 1281 märz.

Nos Arnoldus comes de Los universis presentes litteras  
inspecturis salutem et fidem subsequentibus adhibere. Noverint  
universi, quod cum dominus Rasso miles de Ligno, gratia sancti  
spiritus illustratus mentis sue compos sanus et incolmis, in  
nostra et hominum nostrorum plurimorum presentia constitutus,  
quedam bona feodalia que a nobis tenebat in feodum, videlicet  
viginti et duo bonnaria paulo plus vel minus iacentia in terri-  
torio de Kortercen, tam terra arabilis quam prata, quorum  
bonnariorum undecim bonnaria, tam prata quam terra arabilis,  
sita sunt secus Scipat qui dicitur itque Vorst, et decem bonna-  
ria sita sunt iuxta Stockit et Yvenbruke, et unum bonnarium  
situm est retro ortum Ghoylifs quod fuerat Ghiselberti dicti  
Ghent, fratribus hospitalis sancte Marie domus Theutonicorum,  
in subsidium sancte terre quam dominus noster Jesus Christus  
proprio sanguine consecravit, in puram et perpetuam elemosi-  
nam irrevocabiliter contulisset et superportasset et omni iuri  
suo quod in hiis bonis habebat ad opus et usus dictorum frat-  
rum effestucando renunciasset: nos ob amorem dictorum fratrum,  
qui pro fide Christi et augmentatione fidei christiane in trans-  
marinis et in aliis mundi partibus personas suas exponunt et  
res sibi pia donatione collatas, et ob favorem quem nostri an-  
tecessores hactenus ad dictum ordinem habuerunt, predicta  
bona contulimus et concessimus fratribus domus Theuton. viris  
religiosis antedictis imperpetuum tenenda et iure hereditario  
possidenda cum omni iure quo ipse Rasso miles prefatus eadem  
bona a nobis tenebat. Tenebantur autem hec supradicta bona  
quondam nomine pensionis solvere cum molendino dicto ter  
Dorthen viginti et quatuor modios bladi cum dimidio, cuius  
medietas una est siligo altera vero ordeum, mensure Tungrensis,  
et XXIII. capones et quinque sol. Leodienses cum VI. denariis.  
Porro eadem bona nunc et imperpetuum a solutione talis pen-  
sionis libera erunt et quieta. Immo ammodo erunt bona feoda-  
lia fratrum Theutonicorum prefatorum a nobis et a nostris

successoribus descendantia et derivata; ita quod commendator et fratres de Bernechem seu commendator et fratres domus de Juncis sepedicti ordinis nobis et nostris successoribus unum hominem de nostra voluntate constituent qui de dictis bonis homagium faciet prestito nobis fidelitatis iuramento. Huic facto et compositioni testes interfuerunt homines nostri feodales, quorum hec sunt nomina: Henricus dominus de Pyterchem, Willelmus dominus de Langdrisg, milites; Johannes de Uplewe dapifer de Los et castellanus de Calmunt, Johannes de Langdrisg, Daniel de Hamele, Johannes castellanus de Los, castellanus de Memunt, Johannes de Mere et alii quamplures. Ut omnia premissa robur obtineant debite firmitatis et ne super hiis postmodum discordia oriatur, nos A. comes antedictus sigillum nostrum una cum sigillis hominum nostrorum domini H. de Pyterchem et domini Willelmi de Langdrisg militum et Johannis de Uplewe dapiferi et castellani de Calmunt predictorum presentibus litteris duximus apponendum. Datum mense martio, anno domini M.CC.LXXX.

268. Die meisterin und die klostergemeinde zu Wattendorf verkaufen dem deutschen haus zu Muffendorf eine weinrente zu Lannesdorf und Muffendorf und einen geldzins nebst der betreffenden allodialberechtigung. 1281 iuni 5.

Noverint universi presens scriptum visuri quod nos . . magistra et conventus monasterii sancte Marie in Wattindorp ordinis beati Augustini Colon. dyoc. utilitate monasterii nostri et nostra provida deliberatione pensata ac onere debitorum gravium urgente . . provisori ac fratribus domus Theutonice in Muffindorp duarum amarum vini redditus etc. de allodio nostro videlicet quadam vinea in Landesdorp, item alia parvula vinea in Muffindorp situatis, una cum dicto allodio, vendidimus et assignavimus etc. Item eisdem provisori et fratribus vendidimus et vendimus censem etc. viginti den. Colon., quos nobis Theodericus dictus Spileman de quadam terra arabili, que quondam fuit Kalduni, nunc nostro allodio, persolvit, et ipsum allodium assignavimus et assignamus, ita quod quando dictam terram arabilem ad quancunque novam manum venire contigerit, quoddam ius, quod vulgariter dicitur levende kurmede, in concessionē dicte terre arabilis dabitur et assignabitur fratribus memoratis. In cuius rei testimonium presentem kartam cum si-

gillo ecclesie nostre una cum sigillo honesti viri Anselmi decani christianitatis Arkowensis, nostri provisoris tam in spiritualibus quam in temporalibus auctoritate Colon. archiepiscopi constituti, supradictis fratribus tradimus communitam. Datum et actum feria quinta proxima post festum penthecost., anno domini M.CC. octuagesimo primo.

269. Johann der comthur und die brüder des deutschen hau-  
ses zu Einsiedel vergleichen sich mit Johann herrn zu  
Hoheneck über gewisse besitzungen. 1281 iuli 17.

Universis presentes litteras inspecturis nos Johannes commendator et fratres domus Theuton. in Heremo notum facimus, quod de omni controversia et rancore que dudum vertebantur inter nos et Johannem dominum de Honecken mediantibus probis viris et honestis pervenimus ad concordiam et pacem in hunc modum, quod nobis fratribus hec bona cedebantur: ber-  
garten infra viam que dicit Morlut. et lacum inferiorem, item ager iuxta Meizersteige, item Roriehwach, sicut nunc habetur, item area . . . . . , item area inter domum Hervellonis et pis-  
trinum Th. de Wilrebach, item redemptionem molendini apud Culebach. In cuius rei testimonium presentem litteram nostro sigillo neonon sigillo domini prepositi Lutr. dedimus consigna-  
tam. Datum anno domini M.CC.LXXX primo, feria sexta post divisionem apostolorum.

270. Lucia wittwe des ritters Simon von der Pforten, die dem deutschen haus zu Coblenz für zehn mark eine hausstätte verkauft hat es aber noch nicht in besitz setzen konnte, weist ihm von verschiedenen gütern so viel zins an als die summe von zehn mark an iährlichem zins einbringt, nämlich eine mark. 1281 iuli 22.

In nomine domini amen. Universis presens scriptum visuris et audituris. Nos Lucia relicta quondam Symonis dicti de porta militis Confluentini et universi nostri liberi seu heredes recog-  
noscimus et tenore presencium publice protestamur, quod cum nos religiosis viris . . commendatori et fratribus domus Theu-  
tonice in Confluencia aream sitam Confluen., ex cuius uno latere scilicet versus orientem est hospitale predictorum . . commen-  
datoris et fratrū, ex alio latere versus septentrionem est mu-  
rus opidi Confluentini, ex tertio latere versus meridiem est via

publica, et si qui alii sunt confines, vendidimus iure proprio, eo tamen salvo quod ipsi . . commendator et fratres opido Confluentino et universitati ipsius solverent annis singulis tantummodo duos solidos denariorum usualis monete in Confluencia de eadem, pro precio decem marcarum eiusdem monete; quod precium confitemur nobis numeratum esse integraliter traditum et solutum; renunciantes omnino exceptioni non numerate nobis [pecunie] non tradite non solute. Nos vero per sollempnem stipulacionem eisdem emptoribus promisimus, dictam aream ab omni homine et universitate legitime defendere auctorizare et disbrigare et facere debitam warandiam. Et quia nos hec actenus iam dudum facere non potuimus, taliter convenimus cum predictis emptoribus, quod pro predicto precio, pro quo communiter emitur Confluencie et emi hactenus consuevit census seu redditus unius marce monete predicte imperpetuum annis singulis persolvend., assignavimus et deputavimus assignamus et deputamus unam marcam census, eis annis singulis persolvend., qui nobis hactenus solvi consuevit de bonis que inferius plenius sunt expressa. Quem censem marce nos constituimus eorundem . . commendatoris et fratum nomine possidere, donec possessionem ipsius acceperint corporalem; quam accipiendi sua auctoritate et retinendi deinceps licenciam omnimodam eis damus; salvis tamen condicione et pacto subscriptis; scilicet quod si aliquo modo potuerimus laborare, quod iidem emptores dictam aream pacifice possidere et optinere valeant deliberatam et disbrigatam imperpetuum, postquam hoc procuraverimus nostris laboribus et expensis, extunc dicta marca census ad nos libere revertetur, nec prius. Quam assignationem et deputationem et omnia et singula suprascripta per sollempnem stipulationem promittimus eisdem emptoribus rata et firma habere tenere et non contra facere vel venire per nos vel per alium vel alias de iure vel de facto aliqua ratione ingenio sive causa, et eandem marcam census ipsis ab omni homine et universitate legitime defendere auctorizare et disbrigare et deliberare in toto et in qualibet parte eius et facere debitam warandiam. Super quibus etiam omnibus et singulis fideiussores constituimus principaliter et insolidum, Henricum dictum senem de Cimiterio, Wernerum dictum Wenze de Confluencia. Et nos fideiussores predicti, pre-

dicta omnia et singula sic esse confitemur et vera. Renunciantes itaque nos predicti venditores et fideiussores pariter exceptioni doli et fori condictioni sine causa actioni in factum epistole divi Adriani et novarum constitutionum beneficio omnique alii auxilio iuris vel facti quod posset obici vel opponi contra presens instrumentum vel factum. Bona autem de quibus dicta marca solvitur sunt hec. Domus sita iuxta portam in Lere, quam Margareta uxor dicti Godberait inhabitat, solvit dimidiam marcam. Item una particula vinee sita apud sanctum Georgium, ex cuius una parte possidet Wolframus de Limpurch et ex alia parte possidet ecclesia de Loco sancte Marie, solvit unum solidum. Item superior particula vinee site in Loubach solvit triginta tres denarios, quorum solvit Walterus filius Ottonis decem et octo denarios et Rukerus gener dicti Eifelere quindecim denarios. Item due particule terre arabilis site apud Kalchovin solvunt viginti et septem denarios, quos nostri heredes predicti solvere tenebuntur. In cuius rei testimonium nos predicti venditores et fideiussores predictis emptoribus tradidimus presens scriptum sigillatum ad preces nostras sigillo communi scabinorum Confluentinorum. Et nos predicti scabini recognoscimus et omnia et singula supradicta sic esse confitemur et vera; et propter hoc ad preces preditorum emptorum venditorum et fideiussorum sigillum nostrum commune appendi fecimus isti scripto. Datum in festo beate Marie Magdalene, anno domini millesimo ducentesimo octuagesimo primo.

271. Die meisterin und die klostergemeinde in Wattendorf verkaufen dem deutschen haus zu Muffendorf zwei weinrenten und einen geldzins nebst ihrer allodialberechtigung. 1281 aug. 6.

Noverint universi etc. quod nos magistra et conventus monasterii sancte Marie in Wattendorf ordinis beati Augustini Colon. dyoc., utilitate monasterii nostri predicti et nostra provida deliberatione pensata ac onere debitorum gravium urgente, provisori ac fratribus domus Theutonice in Muffendorf unius ame vini et octo deniariorum redditus, que nobis dedit Petrus de Reindorp, videlicet de quatuor iurnalibus terre arabilis et particula vinee, item unam amam vini in Volcoldo de Muffendorf vendidimus et vendimus assignavimus et assignamus cum

eo iure et consuetudine que hactenus percepimus de dictarum possessione vinearum et agrorum. Predicta bona Petri de Reinsdorf quandocumque ad novam manum venire contigerit, possesores predictorum bonorum acquirent duabus amis vini et XVI. denariis quos assignabunt fratribus memoratis. In cuius rei testimonium presentem kartam cum sigillo ecclesie nostre una cum sigillo honesti viri domini Anselmi decani christianitatis Arkowen. nostri provisoris etc. constituti supradictis fratribus tradimus communitam. Datum et actum anno domini M.CC.LXXXI., in die beati Sixti pape et martiris.

272. Wilhelm von Printhalen beurkundet dass ritter Rasso herr von Houte der in den deutschen orden eingetreten demselben alle seine von ihm lehnruhigen güter nämlich den hof Houte mit ackerland wald wiesen weiden fischerei mühlen brauhäusern und allem andern Zubehör geschenkt hat und bestätigt dies mit der bedingung dass der orden einen lehnsträger bestelle. Bernsheim, 1281 aug. 31.

Universis presentes litteras inspecturis Willelmus de Printhalen salutem et subscriptam cognoscere veritatem. Noverint universi presentes et futuri, quod cum dominus Rasso miles de Houte, nunc existens frater ordinis fratrum Theutonicorum, spiritus sancti gratia illustratus mentis sue compos sanus et incolmis, in mea et hominum meorum plurimorum presentia constitutus, omnia bona feodalia alta et bassa, sita in madido vel in sicco, que a me habebat et tenebat in feodium, fratribus hospitalis sancte Marie domus Theutonicorum in subsidium sancte terre, quam dominus noster Jesus Christus proprio sanguine consecravit, in puram atque perpetuam elemosinam contulisset et superportasset et omni iuri suo quod in dictis bonis habebat ad opus et usus dictorum fratrum coram me et meis hominibus et aliis fide dignis quamplurimis effestucando renunciasset; ego ob amorem dictorum fratrum, qui pro fide Christi et augmentatione fidei christiane in transmarinis et in aliis mundi partibus personas suas exponunt et res sibi pia donatione collatas, et ob favorem dicti Rassonis militis mei consanguinei predicta bona cum omnibus attinenciis suis ubique sint iacentia sive sita, videlicet omnem curiam de Houte cum area fundo edificiis agris nemoribus paludibus pascuis et pratis

aquis vivariis fossatis et septis molendinis domibus braxatoriis  
 prediis et campis et cum aliis quibuscumque rebus ad dictam  
 curiam pertinentibus contuli dedi et concessi fratribus domus  
 Theuton. antedictis imperpetuum et iure hereditario possidenda  
 cum omni iure quo ipse miles prefatus eadem bona a me te-  
 nuit et habebat; ita tamen quod . . commendator et fratres  
 supradicti ordinis, dictorum bonorum possessores, michi et meis  
 successoribus unum hominem constituent, qui de dictis bonis  
 homagium faciet, prestito michi et meis successoribus fidelitatis  
 iuramento. Ordinationi vero huic et facto homines mei feodales  
 interfuerunt ad perhibendum testimonium veritati; videlicet  
 Balduinus de Kuttenkoven, Henricus villicus, Godefridus de  
 Sconewinkele filius Lutgardis, Godefridus dictus Marbays, Wil-  
 lelmus dictus Tutenneve, Johannes sartor et alii quamplures.  
 Ut autem omnia firma maneant et inconcussa premissa superius  
 et robur obtineant debite firmitatis, ego Willelmus de Printha-  
 gen antedictus sigillum meum duxi presentibus litteris appo-  
 nendum. Acta sunt hec in curia de Bernechem domus Theuton.  
 prope sanctum Trudonem, secundo kalendas septembr., anno  
 domini millesimo CC.LXXX. primo.

273. Raulet von Warmeranges knappe und Margaretha seine  
 frau verkaufen für hundertneun Metzer pfund dem deut-  
 schen haus zu Metz dorf und bann Manberfontaine die  
 sie vom edlen mann Johann von Warnsberg zu lehen  
 tragen. 1281 nov. 8.

Noverint universi quod nos Rauletus de Warmeranges ar-  
 miger et Margaretha uxor eius necessitate urgente de consilio  
 consensu et approbatione domini Ponci dicti Troixin militis de  
 Mallerot patris dicte M. et Bertranni de Warmeranges fratris  
 dicti R. et aliorum amicorum nostrorum vendidimus et nomine  
 venditionis concedimus imperpetuum et quittamus religiosis vi-  
 ris . . preceptor et fratribus hospitalis beate Marie Jherosolimit-  
 mit. domus Metensis villam et bannum de Manberfontainne  
 Metensis dyocesis, moventes de feodo viri nobilis domini Jo-  
 hannis militis de Warnesperch, cum hominibus iurisdictione ac  
 districtu terris pratis vineis nemoribus molendinis furnis stang-  
 nis censibus iuribus et droituris et quibuscumque rebus aliis et  
 pertinentiis universis cum omni etiam iure dominio proprietate

possessione nobis competentibus et competere valentibus in eisdem, pro centum et novem libris Meten. nobis in numerata pecunia persolutis et in utilitatem nostram et necessitatem urgentem conversis. Quam quidem villam cum hominibus iurisdictione et banno et universis pertinentiis suis in ipsos religiosos transferimus per presentes tenenda libere et habenda a se suisque successoribus infuturum; promittentes fide et iuramento corporaliter prestitis, venditionem eandem dictis religiosis ratam et firmam tenere perpetuo et habere, et predicta eis vendita garantizare eis legitime et defendere iuxta usum et consuetudinem patrie contra omnes, et nichil iuris in eisdem villa et banno hominibus iurisdictione aut quibuslibet eorum pertinentiis ullo unquam tempore per nos vel per alium reclamare; renunciantes exceptionibus venditionis et quittationis huiusmodi non factarum, non numerate pecunie et non tradite et in utilitatem nostram et usus urgentes et necessarios non converse deceptionis ultra dimidiam iusti precii ac precii minoris doli mali et in factum deceptionis circumventionis, et specialiter ego Margaretha beneficio senatusconsulti Velleiani dotis dotalicij et omnibus auxiliis beneficiis et exceptionibus canonum et legum, et specialiter iuri dicenti, mulieres in dotibus debere omnibus creditoribus anteferri, privilegiis statuti usus et consuetudinis que nobis possunt prodesse et obesse quomodolibet religiosis predictis, certificati de dictis iuribus et auxiliis et exceptionibus quid sint et quid dicant. Assero etiam ego M. quod tempore dicti contractus alie res supersunt dicto R. viro meo ex quibus de dote consuli poterat sufficienter michi. Volumus etiam quod vir discretus . . . officialis curie Metensis aut quicunque iudex alias, quem ad hoc dicti religiosi elegerint, ad observantiam predictorum omni iudiciario strepitum et iuris sollempnitate aut iudiciaria cognitione cessantibus per censuram ecclesiasticam nos compellat. Et hec omnia et singula promittimus nos R. et M. predicti et specialiter ego Margareta predicta, spontanea non coacta, de consensu dicti R. mariti mei dictis religiosis et eorum successoribus firmiter attendere et servare, et nullatenus contraire per nos vel per alium infuturum fide et iuramento predictis. Nos Poncius et Bertramus predicti utilitatem dictorum R. et M. et ex necessitate urgenti in predictis esse habi-

tam perhibentes predictis omnibus consentimus. Ego Johannes de Warnesperch miles iusticiarius, dominus feodalis predictorum ville et banni de Manberfontainne, ad preces R. et M. venditioni predicte consensum meum adhibeo pariter et assensum; ceterum omne ius michi competens ratione dicti feodi vel alia in villa et banno predictis in puram et perpetuam elemosinam dictis religiosis dono confero et concedo, promittens contra id nullo unquam tempore facere vel venire. Nos autem officialis Metensis prefatis R. et M., predicta coram nobis creantibus et ea servare ut dictum est iurantibus volentibus et sponte recipientibus, sub debito ipsorum fidei et iuramenti precipimus et utrique eorum insolidum, ut predicta omnia et singula dictis religiosis teneant et observent. In cuius rei testimonium nos officialis, Jo. iusticiarius, Poncius et Rauletus prefati sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum anno domini M. ducentesimo octuagesimo primo, sabbato ante festum beati Martini hyemalis.

274. Der offizial zu Metz beurkundet dass der knappe Raulet von Warmeranges das ihm zu lehen aufgetragene dorf Manberfontaine seinem lehnsherrn ritter Johann von Warnsberg zurückgegeben. 1281 nov. 8.

Universis presentes litteras inspecturis . . officialis curie Metensis salutem in domino. Noveritis quod in nostra presentia propter hoc personaliter constitutus Rauletus de Warmeranges armiger recognovit, se anno domini M.CC. octuagesimo primo, feria quarta post festum omnium sanctorum, in castro de Velsperch Treverensis dyocesis propter hoc personaliter constitutus in presentia domini Johannis iusticiarii de Warnesperch militis, domini scilicet feodalis ville et banni de Manberfontainne Metensis dyocesis, quam se ab eodem Johanne in feodum tenuisse dicebat, in manibus dicti domini Johannis recipientis dictum feodum sponte et libere reddidisse penitus et quitasse. In cuius rei testimonium sigillum curie Metensis ad petitionem dicti R. presentibus est appensum. Datum et actum dicto anno, sabbato ante festum beati Martini hyemalis.

275. Albert von Traar und Diederich von Vrinthe einigen sich dahin dass letzterer Alberts rechte an den [später dem deutschen orden gehörigen] güttern in Diemers anerkennt. 1282. ian. 20.

Omnibus Christi fidelibus innotescat, quod dominus Albertus de Ar et Th. de Vrinthe amicabilem inter se fecerunt compositionem de bonis in Diemurse tali forma quod ipse Th. domino Alberto predicto omne ius predictorum bonorum veluti sita sunt dare non negabit, et si dare recusaverit, deinceps nullum ius vel fructum de prefatis bonis Diemurse requiret. In huius rei testimonium et robur ego Walterus de Eyle miles sigillum meum apposui, et dominus Heinricus de Rade miles, Uncramus de Cische, Theodericus de Hulse, niger Apollonius, Philippus de Stenhorst famuli presentibus testimonium perhibent, et ipsa una mecum esse vera testantur. Datum anno domini M.CC.LXXX. primo, in vigilia Agnetis virginis.

276. Johann von Bedburg und Johann von Malberg (bruder und sohn Friedrich's von Reiferscheid) stellen bürgschaft dass die noch minderiährigen brüder des letztern wegen des durch tausch an das deutsche haus zu Gierath gekommenen Grévenforstes keine ansprüche erheben werden. 1282 febr. 19.

Nos Johannes de Beddebure et Johannes de Moylberg filius quondam domini Fryderici de Ryferscheit militis presentibus recognoscimus et publice profitemur quod ad amputandam omnem questionis materiam, si qua ex parte filiorum fratris mei Johannis de Beddebure videlicet fratrum meorum Johannis de Moylberg predicti, qui adhuc ad annos nondum pervenerunt, commendatori et fratribus domus Theutonice in Judenrode occasione permutationis facte a me Johanne de Beddebure de rubo seu foresta quondam mea dicta Greenvorst, sita apud Judenrode in terminis parrochie de Beddebure, moveri posset: nos constituimus et constituisse recognoscimus fideiussores de hoc, quod cum predicti pueri ad annos discretionis pervenerint, dictam permutationem et donacionem meam ratam habeant et gratam per omnia bona fide procurabimus cum effectu. In cuius rei testimonium presentes litteras predictis commendatori et fratribus sigillis nostris dedimus communitas. Actum et datum anno domini millesimo ducentesimo octogesimo primo, feria quinta post dominicam qua cantatur invocabit; presentibus Johanne dicto Prynzel milite, Syberto de Howeschilt, Gerardo dicto Schorensteyn, Adam filio Ade militis dicti de Boyren, domino

Johanne presbitero commendatore de Judenrode, fratre Hermanno de Ryele commendatore domus Coloniensis, fratre Hermanno de Kolne et aliis quampluribus fide dignis.

277. Ludwig und Philipp herren von Homberg überlassen dem deutschen orden den erbantheil ihrer tante Cunegunde wittwe des ritters Reinhard von Hohenek, die sich und ihre habe dem orden übergeben, bestehend aus gütern zu Wissen Mohr Neuemohr etc. 1282 iuni 24.

Nos Ludovicus Phyliphus fratres domini de Homberg notum facimus universis etc., quod nos de consensu et bona voluntate uxorum nostrarum videlicet Beatricis et Margarete ac etiam heredum nostrorum dedimus et assignavimus damus et assignamus fratribus Theotunicis et terre sancte pro portione Cunegundis dilecte amite nostre, relicte domini R. quondam militis de Honecken, hereditaria ipsam contingente, que Cunegundis predicta se et sua predicto ordini erogavit, ad eundem ordinem se transferendo, bona infrascripta tenenda fruenda in perpetuum possidenda; videlicet in Wissen duodecim iugera vinearum et dimidium, quinquaginta ibidem iugera agrorum cum pratis ibidem existentibus et quarta parte torcularis et domus ibidem; in More allodium quod fuit quondam domini Lodovici comitis de Houmbec patris nostri; item in Neuemoren molendinum eo iure quo antecessores nostri illud possederunt, ita quod ante vel retro seu supra vel infra molendinum aliquod non construatur impedimentum dicti molendini; item census ibidem; item in Vogewhac novem mansus qui solverunt novem solidos annui census singulis annis partim Metensis monete et partim Lutrensis; item in curia de Lammesbure quatuor maldra silihinis mensure Lutrensis; item in curia in Merborch quatuor maldra silihinis dicte mensure, pro quibus quatuor maldris dictis fratribus obligamus seu constituimus quod vulgariter dicitur anegrite molendinum nostrum in Kirchberg cum omni iure et dominio quo dictum molendinum hactenus habuimus et possedimus; item undecim solidos Meten. denariorum in molendino de Limphac a dictis fratribus annuatim percipiendos, hoc adiecto quod si dictum molendinum incendio vel casu alio periret quod absit dicti fratres se ad fundum tenebunt, et si quidquam dictos fratres ibidem edificare contigeret ante restitucionem dicti edificii, nos

aut nostri successores eos reddemus indempnes. Renunciamus etiam expresse omni iuri quod hactenus habuimus in dictis bonis, possessionem bonorum eorundem in potestatem et dominium fratrum et terre predictorum cum resignatione solempni libere transferendo. Et nos Beatrix et Margareta domine predicte et heredes nostri dicte traditioni seu assignationi consentimus; promittentes fide prestita corporali quod dictos fratres non inquietabimus seu infestabimus super bonis antedictis. Hec autem acta sunt in presencia dominorum Wirici de Duna, Johannis et Lodovici fratrum de Kirchele, Bonmundi de Grimberc, Friderici de Castris, Henrici de Theytinga, Wernere de Honberc, militum, Lamberti dicti Pannesherra, Landulphy et aliorum quamplurimorum fidelium ad hoc rogatorum. In cuius rei testimonium nobilium virorum domini Walrammi comitis de Geminoponte, domini Wirici de Duna, domini Bonmundi de Grimberc predictorum una cum nostro et domine Margarete predicte ad nostram petitionem sigilla presentibus sunt appensa. Datum anno domini octuagesimo secundo, in festo beati Johannis baptiste.

278. Johann sohn Gerbodo's aus Trier in den deutschen orden eintretend gibt ihm all seine habe. 1282 aug. 5.

Ego Johannes filius quondam Gerbodonis civis Treverensis notum facio universis, quod me dedicavi et dedico ordini beate Marie domus Theutonice Hierosolimitan. et specialiter domui Theutonice in Treveri et vovi et voveo suspicere ordinem predictum in manus fratris Theoderici sacerdotis eiusdem domus nomine commendatoris et fratrum dicte domus, qui me in fratrem dicte domus recepit. Insuper do dono et confero fratribus antedictis pro salute anime mee et parentum meorum bona mea videlicet vineas in Eschouwe et apud sanctum Remigium prope Trevirim, census meos et omnia bona mea immobilia presentia et futura in quibusunque rebus consistant et specialiter bona mea et census seu portionem bonorum et censuum me continentem quorum Henricus frater meus habet usumfructum ex ordinatione dicti patris mei, ad me et Ordulphum et Bartholomeum fratres meos post mortem dicti Henrici reversura; exceptis bonis que a Frederico dicto Cydelix de decima ultra pontem teneo in feudum, que confero dictis fratribus meis Or-

dulpho et Bartholomeo. Dispositionem vero bonorum meorum et ordinationem mobilium omnium michi reservo ad faciendum de eis meam plenariam voluntatem. In cuius rei testimonium ad petitionem meam et fratrum predictorum sigillum . . officialis curie Trev. presentibus litteris est appensum. Et nos . . officialis predictus sigillum curie Treverensis ad petitionem predictorum Johannis et fratrum antedictorum presentibus duximus apponendum. Acta sunt hec in presencia virorum discretorum . . Frederici sculteti Treverensis, Jacobi de Orreo, Johannis Walrami et Walteri scabinorum Treveren. necnon magistri Nicholai advocati curie Trev. et Henrici de Wesalia clerici notarii cur. Trev. Datum anno domini M.CC. octogesimo secundo, feria quarta post festum beati Petri ad vincula.

279. Ludwig herr von Randerath und Adelheid seine eheliche hausfrau verzichten auf ihre rechte an den von Heinrich von Kinzweiler dem deutschen haus zu Siersdorf verkauf-ten dreissig morgen land zu Bettendorf. 1282 nov. 13.

Universis presens scriptum visuris. Nos Lodewicus dominus de Randeraede et Aleydis uxor eiusdem legitima notum esse volimus et presentibus protestamur, quod venditionem triginta iurnalium terre arabilis site apud Bettendorf cum decem et octo den. annui censu, factam ab Henrico de Kenswilre viris religiosis fratribus de domo Theutonica in Sersdorp, ad petitionem dicti Henrici et ob salutem anime nostre eo quod religioso loco applicantur approbantes, omne ius quod nobis in dictis bonis, que a nobis in feodo tenebantur a dicto Henrico, remittimus et eisdem bonis renunciamus per presentes; volentes et consentientes tam pro nobis quam pro nostris heredibus, ut dicta bona ad dictos religiosos seu ad domum eorundem apud Sersdorp predictam pertineant pleno iure et eorundem fratrum seu dicte domus allodium sicut prius et usque ad hec tempora nostrum fuerat reputetur; renunciantes quo ad premissa exceptioni doliali et quibuscumque auxiliis iuris canonici vel civilis que nobis contra premissa possent quomodolibet suffragari. Testes autem huic nostre concessioni seu facte renunciationi interfuerunt Franco miles, Baldewinus et Willelmus dictus Kusin de Randenraede. In cuius facti testimonium sigillum nostrum Lodewici scilicet domini predicti presentibus est appensum; quo

sigillo et nos Aleydis uxor predicta contenta sum, eo quod proprium aliis negotiis est in presenti prepeditum. Datum feria sexta post festum beati Martini hyemalis, anno domini M.CC. octogesimo secundo.

280. Diederich herr zu Hackenbroich verkauft dem deutschen haus zu Cöln für vierhundertachtzehn mark den hof Rath im kirchspiel Auenheim mit allem was dazu gehört, den äckern dem weizen- und hühnerzins und dem abwechselnden patronat. 1282 dec. 12.

Universis presentes litteras inspecturis Theodericus vir nobilis dominus de Bruyche miles, Agnes mater eius, Walramus Adolfus fratres eiusdem, Aleydis Adela Agnes et Sophia sorores, liberi et heredes dicte Agnetis matris et eius mariti quondam domini de Bruychge. Notum facimus quod nos de consensu et voluntate nostra communis curtem nostram iure proprietatis et allodii ad nos spectantem dictam Rode, sitam in parrochia Owenheim, cum omnibus suis pertinentiis etc. ad iustum mensurum iurnalium, mansorum et quantitatem denariorum, maldrorum siliginis et pullorum et annorum censuum habendam et computandam; ita tamen quod curtis predicta non mensuretur; cui curti attinent et attinere dinoscuntur tres mansi et dimidius terre arabilis vel circa, quemlibet iurnalem pro quindecim solidis Col. den.; insuper et decimam octo mansorum eidem curti attinentium, decimam cuiuslibet mansi pro quindecim marcis Col. den., cum iure patronatus quod eisdem bonis attinet pro quarta vicissitudine presentandi, marcam census anni pro duodecim marcis, maldrum siliginis pro duabus marcis, pullum censualem pro decem et octo denariis Colon., decima minuta dicte curtis inclusa, . . commendatori domus Theutonice et fratribus sancte Katerine Colonien. vendidimus pro quadringentis marcis et decem et octo marcis Colon. denar., iuxta mensuram numerum et quantitatem premissorum; quam pecuniam dicti commendator et fratres nobis numeraverunt tradiderunt etc.; statuentes dictis commendatori et fratribus fideiussores, videlicet Wolterum dictum Stecke nobilem, Henricum de Budberg, milites, Gyselbertum de Revele militem, Richewinum de Budberg, Albertum Zoybbe, Henricum Vlecke fratres, et Johannem de Benrode. Et nos Thnobilis et Walramus principales predicti nos fideiussores facimus

et constituimus erga commendatorem et fratres predictos cum fideiussoribus predictis etc. Et nos moniti ex parte dictorum commendatoris et fratrum nos fideiussores Nussiam et nos Th. et Walr. fratres predicti Bergheim intrabimus ad iacendum in hospicia nobis etc. demonstranda, abinde non recessuri donec etc. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillis nostri Th. domini predicti, Johannis de Bedbure nobilis, Conradi de Elvervelde Wolteri dicti Steckin, Henrici de Budberge militum fideiussorum predictorum sigillatas eisdem commendatori et fratribus dedimus et donamus. Et nos fideiussores etc. sigilla nostra apposuimus, renunciantes pro nobis epistole divi Adriani, auctentico novo iure, et omni auxilio iuris civilis canonicique, quod nobis contra hoc posset aliquatenus suffragari. Nos vero Johannes de Bedbure nobilis et Conradus de Elvervelde recognoscimus sigilla nostra etc. presentibus appendisse. Datum sabbato post festum beati Nicolai, anno domini M.CC.LXXX. secundo.

281. Johann herr zu Neu-Warnsberg schenkt dem deutschen orden in Lothringen alle seine rechte an den güttern zu Menmersbrunn die Rodulph von Wolmeringen demselben verkauft hat. 1283 dec. 5.

Nos Johannes dictus iusticiarius ducis Lotteringie dominus de novo Warnesperch notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod nos de voluntate et consensu Godefridi et Roberti de Dorneswilre fratrum, consanguineorum nostrorum, pro remedio anime nostre et progenitorum nostrorum dedimus et donavimus damus et donamus donatione irrevocabili inter vivos viris religiosis commendatori et fratribus domus Teuthonice in Lotteringia omne ius quod habemus seu habere possumus in bonis de Menmersborne et suis attinenciis, que Rodulphus de Wolmeringen vendidit de nostro consensu et voluntate dictis commendatori et fratribus pro certa pecunie quantitate, que a nobis dictus Rodulphus in feodo tenebat; volentes quod dicti commendator et fratres dicta bona tanquam allodium habeant et possideant imperpetuum libera et absoluta; item silvam iuxta Menmersborne dictam Heyholth; insuper omne ius quod habuimus in sex iugeribus terre arabilis sitis in nostro territorio, que fuerunt quandam villici patris Cononis et Bertrammi; item novalia que commendator et fratres predicti de

nemoribus ad terram arabilem redegerunt; necnon eciam liberam potestatem pro omnibus pecoribus suis que dicti fratres habent vel habebunt in Menmersborne pascendis in pascuis villarum de Beyste, Weyse et Monmerstorf et earum attinenciis et in omnibus locis que attingunt bannum de Menmersborne. Et nos Godefridus et Robertus fratres predicti predice donationi pie facte commendatori et fratribus per dictum dominum Johannem consentimus, et eandem donationem habere volumus in perpetuum roboris firmatatem; promittentes bona fide pro nobis et hereditibus nostris quod neque per nos neque per alios dictos religiosos molestabimus et conturbabimus in bonis supradictis; renuntiantes eciam omni iuri et actioni quod habuimus seu habere potuimus in dictis bonis et omni iuris auxilio tam canonici quam civilis et iuri per quod dicere possemus generalem renuntiationem non valere et omnibus aliis exceptionibus et defensionibus per que dictam donationem possemus recindere vel aliquatenus contraire. In cuius rei testimonium sigillum nostri Johannis predicti una cum sigillo nobilis viri domini Johannes de Vinstingen presentibus est appensum. Et nos Johannes predictus ad requisitionem domini Johannis de novo Warnesperch et Godefidi et Roberti predictorum sigillum nostrum presentibus apposuimus in testimonium premissorum. Datum anno domini M.CC. octuagesimo tercio, in vigilia beati Nicholai.

282. Ludwig sohn ritter Peter's von der brücke erlässt dem Jacob von Oeren schöffen zu Trier [rechtsvorgänger des deutschen hauses] die lehnspflicht wegen seiner güter bei Wilre und allodificirt dieselben. 1283 dec. 14.

Universis presentes litteras inspecturis ego Lodowicus filius quondam domini Petri dicti de Ponte militis notum facio, quod super homagium mihi factum a viro honesto Jacobo de Orrio scabino Trev. ratione bonorum quorundam sitorum apud Wilre que fuerunt allodium antecessorum meorum et meum, et que quondam dominus Carolus pater eius a predicto domino Petro patre meo et ipse Jacobus a me in feodo tenuerunt et habuerunt, renuncio et effestuco volens et consciens ut ipse Ja. et sui successores exnunc dictis bonis tamquam bonis eorum allodialibus utantur et fruantur sine mea contradictione et reclamatione et cum eis disponant prout eis visum fuerit expedire;

omni iuri michi competenti in predictis bonis ratione homagii predicti pro me et meis successoribus renuntians per presentes. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillo civitatis Trev. rogavi communiri. Datum anno domini M.CC. octuagesimo tercio, feria tercia post festum beate Lucie virginis.

283. Hermann von Rüngsdorf und Richmudis seine ehemaligen verkaufen für zehn und eine halbe mark dem deutschen haus zu Muffendorf eine rente von drittelböhmen ohm wein und zehn hühnern, haftend auf drei stückchen weingarten bei der kirche zu Rüngsdorf. 1284 jan. 18.

Universis presentes litteras inspecturis. Nos Hermannus de Reinsdorf et Richmodis uxor mea notum facimus, quod nos unica manu et consensu pensionem duarum amarum et dimidie vini ac decem pullorum, que nobis solvi consuevit et solvitur de tribus peciis vinearum apud ecclesiam de Reinsdorf sitarum, vendidimus . . fratribus domus Teuthonice in Muffendorf pro decem marcis et dimidia Aquensium denariorum; tali condicione apposita, quod si infra quatuor annos, qui in festo annunciationis beate virginis proximo nunc futuro currere incipient, de bonis nostris propriis fraude et dolo exclusis, primo quidem anno duntaxat excepto, dictam pecunie quantitatem prenominatis . . fratribus reddere et restituere potuerimus, dicta pensio ad nos liberaliter revertetur etc.; et monetam que tempore liberacionis huiusmodi legalis fuerit, reddemus fratribus antedictis. Finitis vero quatuor annis predictis predictam vendicionem ratam et incommutabilem perseverare volentes fratribus antedictis, ius redimendi pensionem prefatam nobis de cetero nolumus esse salvum. Renunciantes in hiis scriptis exceptioni non numerate etc. In cuius rei testimonium et robur firmitatis, quia sigillum proprium non habemus, sigilla discretorum virorum Gerardi plebani de Melenheym et Alberti advocati de Muffendorf appendi impetravimus huic scripto. Et nos plebanus etc. in testimonium premissorum. Actum et datum in die beate Priscae virginis, anno domini M.CC.LXXX. tercio.

284. Johann von Neu-Warnsberg und Hadwid seine schwester nonne in Wadgassen verzichten auf ihre berechtigung an dengütern zu Pachten die ihr bruder Diederich abt

in sancto Mathias bei Trier [für 180 Trierische pfund] dem Jacob von Oeren [rechtsvorgänger des deutschen hauses zu Beckingen] verkauft hat. 1284 ian. 25.

Universis etc. nos Johannes dominus de Novo Warnisperch iusticiarius illustris principis Friderici ducis Lothoringie et marchionis advocatus de Kelchen necnon Hadewidis sanctimonialis de Wadeozinga soror nostra notum facimus, quod cum venerabilis frater noster Theodericus dei gratia abbas monasterii sancti Mathie Trev. et eiusdem loci conventus vendiderint ac nomine vendicionis acquitaverint provido viro et honesto domino Jacobo dicto de Horreo scabino civitatis Trev. bona sua omnia apud Pathen in hominibus terris pratis campis nemoribus piscariis censibus iuribus fructibus proventibus et redditibus droituris usibus et rebus aliis quibuscumque existentia: nos dicte vendicioni et acquitationi plenarie consentimus; renuntiantes sponte libere et expresse omni iuri quod nobis in dictis bonis competebat aut competere posset infuturum etc. Quod ut ratum et stabile permaneat, nos Johannes dominus de Novo Warnisperch iusticiarius predictus sigillum nostrum presentibus duximus apponendum, quo nos Hadewidis sanctimonialis predicta in hac parte quia sigillum proprium non habemus etc. Datum et actum anno domini M.CC. octuagesimo tercio, in die conversionis sancti Pauli.

285. Priorim und klostergemeinde im Kottenforst verkaufen für fünf mark dem deutschen haus zu Muffendorf zwei stückchen land zwischen Godesberg und Muffendorf. 1284. febr. 27.

Noverint universi presencia visuri, quod nos . . priorissa et conventus monasterii in Kottenvorst ordinis sancti Augustini Coloniensis dyocesis, accedente mandato et consensu honesti viri Anselmi decani christianitatis Arcuensis nostri monasterii provisoris in temporalibus auctoritate reverendi patris et domini nostri S. Colon. archiepiscopi, cui immediate subesse dinoscimur constituti, religioso viro fratri Henrico provisori curtis in Muffendorf domus Theutonicae duas particulas terre arabilis inter villas Gudesberg et Muffendorf sitas, quarum una septem quartaria, que a nobis sub annuo censu unius denarii tenetur et tenebitur, altera vero quinque quartaria, quam dicto fratri pro

allodio quo vulgariter dicitur eygen, vendidimus et tradidimus pro quinque marcis brabantinorum, et possessionem dictarum particularum eidem fratri tradidimus et tradimus seu in possessionem misimus et mittimus earundem; quam pecunie summam nobis a dicto fratre numeratam et in usus nostri monasterii conversam necessarios confitemur; renunciantes et effestucantes infra nostrum monasterium communiter et singulariter dictis terris et exceptionibus non numerate pecunie doli actioni in factum et omni auxilio iuris canonici et civilis que nobis et monasterio nostro contra premissa possent aliquatenus suffragari. In cuius rei testimonium sigillum nostri monasterii una cum sigillo prefati Anselmi provisoris nostri presentibus est appensum. Et nos Anselmus predictus in testimonium omnium premissorum sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum et actum in crastino dominice Invocavit, anno domini M.CC.LXXX. tercio.

286. Johann herzog von Brabant verkauft dem deutschen haus zu Coblenz eine in Antwerpen gelegene besitzung. 1284 mai 29.

Nos Joannes dei gratia dux Brabantie et Lotharingie universis presentes litteras visuris et audituris volumus esse notum quod nos hereditatem cum omnibus appenditiis suis et pertinentiis sitam in castro Antverpiensi, que hereditas quandam fuit Gerardi de Anderstat militis et quam erga heredes dicti Gerardi emimus, viris religiosis commendatori et fratribus domus sancte Marie Teutonicorum in Confluentia legitime vendidimus, de qua hereditate ex parte dictorum religiosorum nobis ad plenum est satisfactum; promittentes dictos religiosos de dicta hereditate contra quoscunque defendere et guarandire presentium testimonio litterarum sigilli nostri munimine sigillatarum. Datum et actum anno domini millesimo ducentesimo octuagesimo quarto, in crastino pentecostes.

287. Diederich herr zu Hackenbroich entlässt gewisse von Albert Zobbe von Heltorf dem deutschen haus zu Köln verkaufte zehnten in der pfarrei Rommerskirchen aus dem lehnsverband. 1285. apr. 9.

Universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentes litteras visuris et audituris nobilis vir Theodericus

dominus de Brugke miles salutem et cognoscere veritatem. Acta delet oblio nisi stabili litterarum testimonio conscribantur. Hinc est quod vobis singulis et universis notum esse cupimus presenti scripto dilucide protestantes, quod nos de consensu et libera voluntate virorum nobilium Adolphi et Walrami clericorum fratrum nostrorum dilectorum et nostra ad hoc principaliter accedente, decimas sitas in parrochia de Rumerskirge, quas Albertus dictus Zobbe de Heldorp a nobis tenuit in feodo, viris religiosis . . commendatori et fratribus domus Theutonice sancte Katerine in Colonia presencium conservatoribus pro certa summa pecunie ab ipso Alberto venditas videlicet centum marcis den. Colon. minus tribus marcis ipsi Alberto numeratis traditis et assignatis, concedimus et damus easdem decimas ipsis . . commendatori et fratribus perpetuo pacifice et quiete in proprietate possidendas et habendas etc. In cuius rei testimonium eisdem . . commendatori et fratribus presentes litteras dedimus sigillo nostro sigillatas. Et nos Adolphus et Walramus clerici fratres predicti nobilis viri Theoderici, sigilla non habentes, premissa omnia et singula vera esse recognoscentes etc. Actum et datum anno domini M.CC.LXXX. quinto, in crastino dominice qua cantatur misericordia.

288. Abt und klostergemeinde von sankt Martin zu Glandar übergeben dem deutschen haus zu Metz gegen einen erbzins ihr allod in Scinringa bei Maimberfontaine. 1285 aug. 25.

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Ad perpetuam rei memoriam. Universis Christi fidelibus presentibus et futuris Godefridus dei permissione abbas totusque conventus monasterii sancti Martini Glandariensis ordinis sancti Benedicti Metensis dyocesis salutem in eo qui nichil ignorat et cuius oculis omnia nuda sunt et aperta. Sane nos bonorum et iurisperitorum freti consilio ac nostri monasterii utilitate pensata et ut res, que nobis iamdiu fuit inutilis vel quasi, nobis et monasterio nostro fructum afferat et nostri monasterii conditionem faciat meliorem etc. religiosis viris . . preceptor et fratribus domus beate Marie Jherosolimit. Theotonicorum Meten. allodium nostrum, quod habemus in Scniringa iuxta villam de Maimberfontainne, consistens in terris arabilibus pratis nemoribus seu rebus aliis quibuscunque cum omnibus suis appendiciis et adherenciis tenendum possidendum ab eisdem

preceptore et fratribus et eorum successoribus ac habendum imperpetuum concedimus et dimittimus; ita tamen quod predicti . . preceptor et fratres quolibet anno in festo nativitatis dominice decem solidos Metenses nobis et monasterio nostro tenebuntur persolvere et persolvent. In qua quidem concessione seu dimissione nostri predicti monasterii conditio melior est effecta in eo quod hactenus in ipso allodio nichil percepimus sed laicis in feodum erat concessum. Renunciamus autem in hiis exceptioni doli mali etc. et specialiter et expresse iuri dicenti generalem renunciationem non valere. In cuius rei testimonium sigilla nostra una cum sigillo . . preceptoris provincialis per Lothoringiam presentibus sunt appensa. Datum et actum anno domini millesimo ducentesimo octuagesimo quinto, in crastino beati Bartholomei apostoli.

289. Boemund von Saarbrücken Gottfrid von Dorzweiler und Robert dessen bruder willigen ein in die von ihrem oheim Johann von Warnsberg dem deutschen haus in Meimersbrunn gemachte schenkung. 1285 sept. 4.

Nos Boemundus de Sareponte miles dictus de Grinberch, Godefridus miles dictus de Dorzwile et Robertus frater eius. Notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod nos collationem elemosine quam venerabilis ac dilectus avunculus noster Johannes dominus de novo Warnisperch et advocatus de Chaseyo erogavit seu donavit pro salute et remedio anime sue et suorum parentum . . religiosis viris commendatori et fratribus domus Theotonice in Meymersbourne approbamus et confirmamus per presentes; asserentes hoc esse factum per nostram voluntatem liberam et consensum; promittentes . . dictis fratribus militari fide nostra, quod contra dictam collationem seu donationem per nos vel per alium seu alios communiter vel divisim coram quocunque iudice non veniremus vel venire faciemus ulla tenus in futurum. Et quia nos dominus G. et R. frater noster antedicti sigillis caremus, sigillis venerabilium virorum videlicet domini Jo. dilecti avunculi nostri antedicti et domini Boemundi prefati usi sumus in hac parte. Et nos domini prenotati nostro et predictorum nomine sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum anno domini M.CC. octuagesimo quinto, feria tercia ante festum nativitatis beate Marie virginis.

290. Heinrich von Lüssem und Mechtild seine mutter geben dem deutchen haus zu Cöln ihre besitzungen zu Her-mülheim Stotzheim Sürdt und Jussenhoven gegen eine präbende für sich und ihre magd in genanntem ordens-haus und die iährliche lieferung von achtundvierzig malter weizen. 1286 dec. 13.

Universis presentes litteras inspecturis et audituris. Henricus et Mechtildis mater mea dilecta, dicti de Lutzeym, infra-scriptorum cognoscere veritatem. Noverint tam singuli quam universi quod nos saluti animarum nostrarum salubriter provi-dere cupientes compotes mentium nostrarum et sensuum dedi-mus et damus etc. viris religiosis . . commendatori et fratribus domus Theutonice sancte Katerine Coloniensis presentium con-servatoribus aream nostram sitam in Riczemulenheym cum edificiis in eadem existentibus et omnes agros terre arabilis dicte aree attinentes ibidem ac etiam omnes agros nostros ubi-cunque locorum sitos et iacentes in pascuis et nemoribus eidem curie attinentes, tali adiecta conditione quod predicti commen-dator et fratres cuilibet nostrum, quamdiu vixerit et non ultra, unam prebendam fratris conventionalis et ancille nostre unam prebendam unius famuli servantis dabunt etc. Cum vero unum ex nobis mori contigerit, superstes unam prebendam cum pre-benda ancille superius expressa tantummodo obtinebit; et cum ambo fuerimus defuncti domino volenti, ancilla nostra a com-mendatore etc. nullam prebendam postmodum requiret etc. In-super scire cupimus universos quod nos dedimus etiam etc. commendatori etc. omnia bona nostra sita in Stothzeym, deci-mam quam communem habemus et habuimus cum sorore Ju-liana in Efferne, bona nostra in Sorde cum vinea sita ibidem, sex maldra de bonis sororis Julianae predite, et etiam sex maldra que ipsi commendator et fratres nobis solvere consue-verunt, bona nostra in Goishinhove, et omnia bona nostra cen-sualia pensionaria ac propria ubicunque locorum sita ad nos spectantia, pacifice et quiete perpetuo possidenda; tali condi-tione addita, quod predicti commendator et fratres etc. singulis annis in die beati Remigii vel infra octo dies ipsum festum sequentes etc. de predictis bonis nobis quamdiu vixerimus, vel alteri nostrum uno defuncto, quadraginta maldra et octo siligi-nis mensure Colon. persolvent et ante domum nostram Coloni

nobis adduci facient etc., de quo pacto vestimenta nostra et alia nobis necessaria comparabimus etc. Promittentes bona fide de dicto pacto in quantum possumus res nostras augmentare etc. Renunciamus etiam omni iuri quod habuimus in decimis maioribus et minoribus ecclesie in Riczemulenheym, ita quod predicti commendator et fratres decimas ecclesie predicte integraliter percipient, et pastori dicte ecclesie pactum suum totum persolvent et ipsam ecclesiam in Riczemulenheym more solito officiari procurabunt. Insuper ego Henricus predictus, cum satus fuero corpore et incolumis, prebendam meam prenotatam in mensa fratrum domus predicte comedam hora debita et secundum ordinis consuetudinem consuetam. In cuius rei testimonium rogavimus venerabilem virum dominum Godefridum abbatem sancti Panthaleonis Coloniensis ordinis sancti Benedicti et virum discretum dominum Henricum plebanum sancti Johannis baptiste Coloniensis presentem litteram sigillare, et nos abbas etc. Datum et actum anno domini millesimo ducentesimo octagesimo sexto, in die beate Lucie virginis.

291. Heinrich ritter von Baxen und Agnes seine ehewirthin bescheinigen dass die ihnen von Rasso von Houte vermachten hundert mark vom deutschen haus zu Biesen gezahlt worden. Cortersen, 1286 dec. 17.

Universis presentes litteras visuris Henricus miles de Baxen et Agnes eius uxor salutem et cognoscere veritatem. Universitati vestre significamus per presentes quod commendator domus Theutonice in Juncis nobis centum marcas Leodienses legatas a domino Rasone milite pie memorie, quandam dicto de Houte, integraliter persolvit et ad plenum; et ipsum commendatorem seu fratres dicte domus a dicta legatione dictarum centum marcarum quitos proclamamus. Huic vero solutioni interfuerunt testes qui sequuntur; videlicet Engelbertus decanus Curtensis, Daniel de Baxen canon., frater Daniel de Nishem, Johannes miles castellanus de Montenake, Daniel de Horne, Johannes de Oplewe et Renerus de Baxen. In cuius eciam rei evidenciam sigillum domini E. decani Curtensis predicti una cum sigillo meo proprio ego H. miles de Baxen predictus apponi postulavi. Acta sunt hec apud Curtersen, anno domini M.CC.LXXX. sexto, feria tercia ante festum beati Thome apostoli.

292. Heinrich herr von Isenburg erklärt in einem an seinen sohn Gerlach gerichteten [im deutschen haus zu Coblenz deponirten\*]) schreiben, er habe in der für seine drei söhne gemachten theilung angeordnet, dass gewisse einkünfte und gerechtsame in Heimbach im Isenburger thal in Horbach Sessenhausen Elkenhausen etc. wie auch gewisse vasallen zur burg Isenburg gehören sollen. 1287 jan. 25.

Domino Gerlaco. Nos Henricus dominus de Ysenburg notum esse cupimus tam futuris quam presentibus omnibus presentes litteras inspecturis, quod nos de consilio proborum et discretorum virorum ob dei omnipotentis honorem nostrorum amicorum petitionem et nostre anime salutem omnium bonorum nostrorum sive redditum absque proprietate vel allodio, que ad presens possidere dinoscimur et habere, divisionem dilectis filiis nostris nobilibus viris domino G., L. et E. statuimus sub hac forma et ordinamus. Inponimus enim castro Ysenburg decimam in Heimbag omnem nobis ibidem cedentem, et collationem ecclesie dicte ville, molendinum in valle Ysenburg, item iurisdictionem quam habemus Horhusin cum omnibus attinenciis ibidem et molendinum, item quadraginta maldra avene uno minus et omnia iura nostra in dicto loco, item quartam partem decime in Saisenhusen, molendinum in Elkinhusin, item decimas apud Wanenbag cum hominibus adiunctis, item decimam in Berengerhusin, item homines sancte Walburgis et homines de Remersterpt ad nos spectantes; item vassallos et ministeriales Ysenburg attinentes ipsi castro adjudicamus, item homines infra muros Andernacenses nobis attinentes, item pueros Manegoldi quondam de Rupach, item honestos viros inferiorum partium usque ad oppidum Andernacen. nostros fideles ad sepedictum castrum ordinamus; statuimus etiam ut quilibet dictorum filiorum nostrorum ad solutionem dicti castri Ysenburg triginta tres marcas et quatuor sol. domino sepedicti castri presentet; et ordinamus presenti castro viginti quinque marcas redditum apud Essende; preterea volumus ut unusquisque suos castrenses et fideles de redditibus sibi deputatis paget et pagabit. In cuius rei testimonium presentem litteram sigilli nostri munimine tradidimus roboratam. Datum anno domini M.CC. octuagesimo sexto, in die conversionis beati Pauli apostoli.

\*) Vergl. bd. i. s. 269.

293. Peter von Winrich schoffe zu Trier verkauft dem deutschen haus daselbst einen weinberg. 1287 febr. 16.

Ego Petrus de Winrich scabinus Treveren. ad universorum noticiam volo pervenire quod vineam meam que vocatur vulgariter olka, que fuerat Wenzonis dicti Vommehame, sitam iuxta domum Theutonicam in Treveri inter olkam dicte domus et olkam que fuerat Damiete mulieris, quam quidem vineam seu olkam emi de novo erga Henricum dictum de Palchele civem Treveren, quam eciam ipse Henricus emerat erga Wenzonem predictum postquam Gertrudis uxor sua mater suorum liberorum viam universe carnis fuit ingressa, vendidi et vendo . . commendatori et fratribus domus predicte pro centum libris Treveren. den., ab omni onere alio liberam et absolutam nisi quod decimam solvit debitam et consuetam; promittens bona fide ipsi . . commendatori et fratribus antedictis portare garandiam debitam et consuetam de venditione predicta secundum consuetudinem civitatis Treveren. Facta est vendicio hec predicta in presencia Jacobi et Ortulphi fratrum, Johannis, Walrami et Wernerii filii dicti Petri, scabinorum Treveren. In cuius rei testimonium sigillum civitatis Treverensis ad petitionem Petri prefati presentibus est appensum. Datum anno domini M.CC. octuagesimo sexto, dominica qua cantatur esto mihi.

294. Simon ritter von Kuthingen schenkt dem deutschen haus zu Saarburg sein allod zu Kuthingen das patronat zu Rorbach nebst gütern und hörigen daselbst und hörige zu Anweiler und Kirberg. 1287 apr. 14.

Ego Symon miles de Kutthinge Metensis dyocesis notum facio universis presentes litteras inspecturis, quod sanus et compos mee mentis provida deliberatione prehabita contuli et confero irrevocabiliter per presentes post mortem meam in remedium anime mee parentumque meorum . . commendatori et fratribus hospitalis sancte Marie Theot. Jerusalem. apud Sarburg predicte dyocesis omne allodium meum ac hereditatem meam quod et quam habeo apud Kutthinge tam in hominibus quam in nemoribus boscis censibus ac rebus aliis quibuscumque, exceptis duntaxat pratis et campis nunc ad culturam redactis. Insuper confero eisdem . . commendatori et fratribus ius pat-

ronatus ecclesie de Rorbach cum universis attinentiis me contingentibus, homines etiam quos habeo in eadem villa de Rorbach residentes, et boscos sitos in banno ville eiusdem, exceptis tantum pratis et campis nunc fructiferis factis sitis in banno ville sepefate. Preterea apud Anwilre confero predictis . . commendatori et fratribus Suffiam viduam cum filiis eius et filiabus cum allodio et hereditate ipsorum; insuper apud Kirberg iuxta Duze Johan qui de Kutthinge se transtulit ad locum predictum, et Johan natum Kunigundis et sorores suas cum liberis suis et eorum hereditate. Tali conditione, quod premissi . . commendator et fratres pleno iure gaudeant prenotatis omnibus iure hereditario et possideant pacifice et quiete, quemadmodum ego possedi et post obitum meum invenerint me fuisse gavisum. Volens tamen si urgens et evidens necessitas mihi incubuerit dum vixero, quod bonis et rebus predictis uti possim et gaudere ad vite mee sustentationem. Ceterum recognosco et presentibus profiteor, quod hereditate fratris mei domini Tancereti presbiteri de ordine hospitalis predicti devoluta ad predictos . . commendatorem et fratres ex parte ipsius in hominibus nemoribus boscis censibus ac rebus aliis quibuscumque apud Kutthinge Rorbach Anwilre et Kirberg iuxta Duze sitis et residentibus utar de gratia et voluntate predictorum . . commendatoris et fratrum quamdiu fuero in vita constitutus. Huic mee collationi et recognitioni interfuerunt viri discreti dominus Johannes decanus et dominus Gotefredus dictus Creychelerhe canonici ecclesie beati Stephani in Sarburg, Henricus Syberti, Nicolaus dictus Swicho gener eius, Wiricus dictus Bygeling scabinus, Johannes dictus Remmickelo, Johannes et Metthelo filii quondam Hecelonis sculteti, Sifridus Eberardi et Litthardus, burgenses de Sarburg, testes ad hoc a me specialiter vocati et rogati. In cuius rei testimonium ad petitionem meam sigillum capituli predicti beati Stephani in Sarburg et sigillum communitatis oppidi de Sarburg presentibus sunt appensa. Datum anno domini M.CC. octogesimo septimo, feria secunda post octavas pasche.

295. Abtissin und klostergemeinde zu Münsterbilsen verkaufen dem bischof Emund von Kurland vom deutschen orden [für das ordenshaus in Muffendorf] ihre güter und zinsen zu Godesberg. Münsterbilsen, 1287 iuni 11.

Universis presentes litteras inspecturis Megtildis divina miseratione humilis abbatissa totusque conventus monasterii Beiliensis ordinis sancti Benedicti Leodiensis dyoc. salutem et rei geste cognoscere veritatem. Noverint universi tam presentes quam posteri, quod nos maturo prehabito consilio et delibera-  
tione ordinata de consensu unanimi et libero, singulariter universaliterque requisito, bona nostra et census, que et quos habemus vel habuimus in Gudensberhc super Renum, reverendo patri domino Emundo Curionensi episcopo, ordinis domus Theutonice, vendidimus pro summa pecunie nobis accepta, et pagamento legali et nobis numerato. In cuius rei testimonium et munimen presentes litteras sigillorum nostrorum munimine eidem patri contulimus roboratas. Actum et datum Belisie, in die beati Barnabe apostoli, anno domini M.CC. octuagesimo septimo.

296. Der offizial zu Cöln schreibt den pfarrern und pfarrverwesern der stadt und diözese Cöln, dass eine gewisse Hildegund dem deutschen haus sich angeschlossen das gelübde der enthaltsamkeit und des gehorsams abgelegt nun aber in ihrem leichtsinn sich zu verehelichen beabsichtige, und verbietet bei strafe der suspension die trauung derselben. 1287 aug. 20.

Offic. cur. Colon. . . plebano sancti Johannis baptiste ac universis plebanis et eorum vices gerentibus civitatis et dyoc. Colon. ad quos presentes littere pervenerint salutem in domino. Religiosi viri . . commendator et fratres domus beate Katherine Theutonicorum in Colonia nobis graviter sunt conquesti, quod licet Hildegundis mulier se et sua ordini ipsorum reddiderit, votum continentie et obedientie sollempniter faciendo, signum eciam et habitum ordinis per longa tempora publice gestando, ipsa tamen instinctu fraudis dyabolice ex animi levitate signo et habitu huiusmodi contumaciter abiectis et voto continentie et obedientie penitus relegatis, de facto cum de iure non possit cum Johanne de Panhusen laico matrimonium contrahere nititur seu contraxit ut dicitur et matrimonium cum eodem publice intendit sollempnizare, in ipsorum . . commendatoris et fratrum scandalum iniuriam non modicam et gravamen et contra indulta privilegiorum.. magistro ipsis et ordinia sede apostolica indultorum; super quibus iidem commendator et fratres petiverunt humiliiter a nobis sibi et ordini contra prefatos Hilde-

gundim et Johannem subveniri. Hinc est quod vobis universis et singulis quibus presentes littere exhibite fuerint sub pena suspensionis et excommunicationis summe in hiis scriptis late districtius inhibemus, ne matrimonium inter dictos Hildegundim et Johannem sollempnizare seu contractui ipsi interesse aliquatenus presumatis, donec questio super impedimentis matrimonii predictis inter dictos . . commendatorem et fratres ac ipsos Hildegundim et Johannem legitime et canonice fuerit terminata; inhibendo eiam eisdem Hildegundi et Johanni et cuilibet ipsorum, prout super hoc fueritis requisiti, ne pendente questione super impedimenta matrimonii predicta matrimonium ad invicem aliquatenus contrahant seu sollempnizent; alioquin ipsos et quemlibet ipsorum, si secus fecerint, quos exnunc ut extunc trium dierum monitione per vos facienda premissa ut mandatis nostris obtemperent, si non obtemperaverint, propter hoc excommunicamus in hiis scriptis, excommunicatos absque alterius mandati nostri expectatione publice ante missarum celebrationem in ecclesiis vestris singulis diebus nuncietis et artius ab omnibus evitandos. In hiis autem exequendis unus vestrum alium vel alios non expectet. Reddat has litteras cum appensione sanguinorum vestrorum in signum excommunicationis. Datum anno domini M.CC.LXXX septimo, feria quarta post assumptionem beate Marie virginis.

297. Heinrich graf von Sponheim bevollmächtigt die deutschordensbrüder zu Coblenz, eine bei ihnen deponirte summe von fünfzehnhundert mark dem grafen Johann von Sayn zu übergeben. Kaiserswerth, 1288 febr. 1.

Universis presentes litteras visuris Henricus nobilis vir comes de Sponheim salutem et cognoscere veritatem. Ut commendator et fratres domus Theutonice in Confluenzia mille et quingentas marcas in massis argenti grossis Turonensibus et aliis denariis sigillo nobilis viri Johannis comitis Senensis, filii fratris nostri, signatas et litteras sigillo nostro signatas pro nobilibus viris comite de Monte et Walramo de Bercheym et pro nobilibus viris dominis Ruperto de Virnenburg et Henrico de Solsze, filio sororis nostre, et Henrico de Arca de Confluentia necnon Hedenrico et Werneru fratribus de Luczillenkovelence et Henrico de Palze iuxta Treverim, laicis, apud eosdem com-

mendatorem et fratres per nos depositas occasione castri de Werde, ipsi Johanni comiti Senensi vel eius certo nuncio seu nunciis nomine nostro dent tradant et assignent, ipsis commendatori et fratribus plenam et liberam damus et concedimus potestatem per presentes; ipsos et domum ipsorum predictam ac ordinem eorundem de dictis pecuniarum summis et litteris exnunc quitantes et liberantes; promittendo bona fide firmiter, quod prefatos commendatorem et fratres super eisdem pecuniarum summis et litteris occasione earundem non inquietabimus nec molestabimus per nos nec per alios in posterum quoquo modo. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum apud Werde, anno domini M.CC. octuagesimo septimo, in vigilia purificationis beate Marie virginis.

298. Ricarda gräfin von Jülich beurkundet dass sie dem deutschen haus zu Cöln den rodezehnten von grundstücken des hofes zu den Birken geschenkt. 1288 febr. 2.

Nos Ricarda cometissa Juliacensis notum facimus universis quod dominus Willelmus comes Juliacensis maritus noster et nos dominus Willelmus senior noster filius ac domina . . uxor sua legitima indivisi unanimi consensu et voluntate viris religiosis . . commendatori et fratribus domus Theuton. sancte Katerine in Colonia in subsidium sancte terre quam dominus noster Jesus Christus proprio sanguine consecravit in puram ac perpetuam elemosinam contulimus et donavimus, donatione facta inter vivos, decimam dictam rodetinde de viginti iurnalibus terre site ten Berken iuxta curtim dictorum religiosorum ibidem dictam ten Berken. In cuius rei testimonium et ne prefati religiosi super dicta donatione decime que facta fuit per vivos et inter vivos a nobis seu nostris successoribus postmodum impetantur aut calumpniam sustineant aliquam vel gravamen, sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum. Datum in purificatione beate Marie virginis, anno domini M.CC.LXXX. septimo.

299. Engelbert probst in sankt Kunibert zu Cöln belehnt das deutsche haus daselbst mit einem mansus ackerland. 1288 febr. 19.

Engelbertus dei gratia prepositus ecclesie sancti Kuniberti

Coloniensis. Universis presentes litteras inspecturis salutem et cognoscere veritatem. Tenore presencium recognoscimus et publice protestamur, nos ratum et firmum habere et inviolabiliter voluntates observare, quod magister Reynerus clericus noster et officialis, canonicus ecclesie sancti Kuniberti predice, concessit nomine nostro et hoc ex commissione speciali sibi a nobis concessa iure homagii fratri Hermanno ordinis domus Theut. sancte Katerine in Colonia, dicto de Thuitio, unum mansum terre arabilis cum ipsis pertinentiis, que fuit quondam fratrum Bardonis et Hermanni civium Coloniensium; hoc adiecto bona fide, quod nos quandocunque predictus frater Hermannus ad nos venerit et hoc a nobis requisierit, eidem H. dictum mansum iure homagii manu et ore concedemus, prout commendator et fratres domus sancte Katerine predice dictum mansum a nobis tenent et iam diu tenuerunt, omni dolo et fraude postpositis et exclusis in premissis. Datum et actum anno domini millesimo ducentesimo octuagesimo septimo, feria quinta ante festum beati Petri in cathedra.

300. Johann und Gertrud Seythze eheleute, in die bruderschaft des deutschen hauses von Coblenz aufgenommen, übertragen demselben ihren hof zu Sinsteden nebst zubehör und einen zehnten im kirchspiel Rommerskirchen unter vorbehalt lebenslänglicher nutzniessung. 1288 febr. 22.

Universis presentes litteras inspecturis. Johannes dictus Seythze, frater, et Gertrudis uxor eius legitima, soror, coniuges, ordinis fratrum domus beate Marie Theutonicorum in Confluentia cognoscere veritatem. Tenore presentium protestamur et recognoscimus publice manu coniuncta, curtim sitam in villa Sinsteden et duos mansos et dimidium mansum terre arabilis eidem curti attinentes et decimas decem mansorum terre arabilis consistentes in parrochia Rumerskirghen, que bona omnia hucusque tenuimus et habuimus, nomine commendatoris et confratrum nostrorum predictorum, ipsorum esse et ad ipsos spectare et spectare debere pleno iure; usufructu tamen dicte curtis mansorum et decimarum ad nos ex libera voluntate et concessione etc. nobis ab eisdem commendatore et fratribus super hoc facta spectante, ita quod quamdiu ambo vixerimus, dictum usumfructum etc. habebimus levabimus percipiems et capiemus in

solidum et in totum; altero vero nostrum defuncto, superstes in curte mansis et decimis predictis eisdem habebit usumfructum pro media parte, reliqua vero media pars cedet ipsis commendatori et fratribus pleno iure. Animalia tamen que ibidem inventa sunt et suppelletilia et utensilia idem superstes habebit etc. Et est adiectum quod si alter nostrum superstes altero defuncto ad vota secundi matrimonii de facto et de iure convolare presumpserit, quod tamen nobis non licere recognoscimus ratione ordinis predicti domus Theutonice assumpti et voti emissi, vel ad alium ordinem transierit, extunc dicti commendator et confratres nostri de universis bonis que ipse superstes habuerit tenuerit et possederit et que superlucratus fuerit etc. se intromittent in continenti, de ipsis pro sue voluntatis libito disponendo. Et nos commendator et fratres predicti omnia et singula supradicta vera esse profitentes, ac dictos curtis mansos et decimas eisdem Johanni et Gertrudi fratri et sorori nostris ac usumfructum in bonis predictis de licentia ordinis nostri ex speciali gratia eis super hoc facta ad dies vite ipsorum ut dictum est concedimus; sigillum nostrum una cum sigillis venerabilium virorum . . sancti Panthaleonis in Colonia et . . in Knethsteden Colon. dyoc. monasteriorum abbatum, quibus nos coniuges predicti contenti sumus, in testimonium etc. est appensum etc. Datum et actum anno domini millesimo CC. octuagiesimo septimo, in die cathedre beati Petri apostoli.

301. Prior meisterin und klostergemeinde zu Marienrode verzichten auf ein malter weizen, das ihnen Deyme der iunker von Rhense von einem jetzt dem deutschen haus zu Coblenz verkauften bei Dreckenach gelegenen stück land zu liefern hatte. 1288 mai 10.

Nos . . prior . . magistra . . totusque conventus in Rode significamus fratri Mathye commendatori et fratribus domus Theutonice in Confluentia et universis presentes litteras inspecturis, quod nos super maldro siliginis, quod Deyme domicellus de Rense tenebatur solvere Cristine sorori nostre de terra quam vendidit . . commendatori et fratribus predictis apud Dragnake, renuntiamus guerpimus et effestucamus sub testimonio presentium litterarum. Datum anno domini M.CC.LXXX. octavo, in die Gordiani et Epimachi martirum.

302. Hermann herr von Tomberg nimmt die in seinem gebiet gelegenen besitzungen des deutschen hauses zu Muffendorf in seinen schutz. 1289 jan. 18.

Hermannus dominus de Thoneburg miles dilecto fideli suo officiato in ipsius dominio et territorio ac omnibus amicis suis et fidelibus ad quos presentes littere nostre pervenerint salutem cum dilectione sincera. Vobis etc. notum esse cupimus presentibus litteris dilucide profitentes et protestantes, quod nos omnia bona immobilia et mobilia in pecoribus nemoribus pascuis ac aliis bonis quibusunque virorum religiosorum commendatoris et fratrum domus Theutonice, curtis in Muffindorp, sub nostro recepimus et recipimus per presentes conductu et defensione speciali; nolentes ipsos fratres per nos vel per aliquos de nostris in aliquo casu ledi vel offendit, quia ipsos favore prosequimur speciali, quicquid ipsis factum fuerit nobis factum reputantes. In cuius rei testimonium dedimus eisdem fratribus presentes litteras sigillo nostro communitas ac roboratas. Datum anno domini M.CC.LXXX. octavo, in die Prisce virginis.

303. Heinrich graf von Lohn überträgt dem deutschen haus zu Münster das eigenthum des Heldinchofs [schulten Heiling's erbe]. Vreden, 1289 april 14.

Hinricus comes de Lon omnibus presentia visuris notum esse cupimus, quod constitutis coram nobis commendatore et fratribus sancti Georgii Monasteriensis et Alberto dicto Dungehop, idem Albertus bona sua, quibus a nobis infeudatus exstitit, videlicet curtem que dicitur Heldinchoff sive Guldenbodem et domum dictam Dulhus ex consensu uxoris sue et heredum suorum in manus nostras libere resignavit. Nos ergo divine retributionis intuitu et amore ordinis fratrum predictorum eadem bona et proprietatem ipsorum cum omnibus attinentiis eorundem contulimus fratribus prefate domus perpetuo possidenda. Actum in Vredene, fratre Ludewico de Bardeleve tunc temporis commendatore predicte domus, fratre Hinrico de Hopingen et fratre Thiderico de Baclo prenominata bona de manu nostra recipientibus ad usum et utilitatem domus memorate. Presentibus Alhardo et Joanne, plebanis in Vredene, Suedero de Ringenberg milite, iudicibus et scabinis in Vredene et aliis quam pluribus

fide dignis. Datum anno domini M.CC.LXXX. nono, Tiburtii et Valeriani martirum.

304. Friedrich herzog von Lothringen beurkundet dass Alard knappe von Inne auf alle güter verzichtet die er von seinem oheim ritter Wilhelm von Inne [rechtsvorgänger des deutschen ordens] zu lehen hatte. 1289 iuli 1.

Je Fferris dus de Lohoreing et marchis fais cognosans a tous, que Alart escuier de Inne ait recogneut et cranteit par devant moi, quils ne autres pour lui ne puet ne ne doit riens demander ne reclamer a tous les fief quil ait repris et tient an fief et en homaige de son oncle monseignor Willame chevalier de Inne, tant cum li devant dit Willames et damme Sofie sai femme viveront, ainz vult bien li devant dis Alars quil tengnent et facent toute leur volonteit de tous lor fies tant cum il viveront paxiulement tant cum de lui et de suens per son loz et per son crant et per sa bone volanteit. Et pour ceu que ce soit ferme chose et estable, sunt ces presentes lettres saelleis dou sael de mai cort de Bosonville per la requastre et per la prieure dou devant dit Alars; lesqueles furent faites en lan que li miliaires corroit per mil dous cens quatre vins et nuef ans, aus octabis de sent Jehan baptist.

305. Bruno von Bogge richter und andere bürger zu Soest beurkunden dass Adolph von Bredenohl zu gunsten des deutschen hauses in Münster seinen ansprüchen auf den [im kirchspiel Ascheberg gelegenen] Holthof entsagt hat. 1289 dec. 4.

Nos Bruno de Bogge iudex Susatiensis, Hermannus de Bernkinchusen proconsul, Albertus de Palsole iunior, Heribodus dictus Make et Gerhardus de Attendorne, oppidani ibidem. Universis presentia visuris seu percepturis notum esse cupimus, quod cum inter commendatorem et fratres domus Teutonice in civitate Monasterensi manentes ex parte una et Adolphum de Bredenole et suos heredes et coheredes ex parte altera super curte in Holthof, hominibus et universis dicte curtis attinentiis discordia suborta esset et aliquamdiu inter dictas partes extitisset ventilata, tandem mediantibus nobis et monitionibus nostris dictus Adolphus inductus, in figura iudicii Susatiensis constitutus, dictis bonis cum hominibus pratis pascuis agris cultis

et incultis nemoribus et universis dictorum bonorum attinentiis sepedictus Adolphus pro ~~se~~ et omnibus heredibus suis renunciavit, recedens ab omni iure et actione que ipsi in eisdem bonis competebant seu competere videbantur. In cuius rei testimonium nos viri prescripti ad petitionem partium hinc inde sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Testes huius rei sunt Gerlacus de Lake tunc magister civium in Sosato, item Albertus Palsole maior, Wescelus Allee, Henricus de Lake, Henricus dictus Bülemast, Henricus dictus Putteman, Fridericus de Hörde, Florinus de Volkelinhusen, Rodolphus Fernere, Henricus dictus Risop, Rodolphus de Molandino, Bettekinus de Herborne et alii quamplures. Datum die dominico proximo ante festum beati Nicolai episcopi, anno domini M.CC.LXXX. nono.

306. Der dechant von Mariengreden zu Cöln überträgt dem cantor von sankt Florin zu Coblenz die untersuchung in der streitsache zwischen der edelfrau Adelheid von Are [Traer] und ihren kindern und schwiegerkindern [über die dem deutschen orden geschenkten güter]. 1290 febr. 26.

Decanus ecclesie sancte Marie ad gradus Colonien., iudex a sede apostolica delegatus, discreto viro . . . cantori ecclesie sancti Florini in Confluencia Treverensis dyocesis salutem in domino. Cum nos causis nobis ab eadem sede commissis ad instanciam Aleidis relicte quondam Alberti de Are militis crucisignati contra Johannem dictum de Are, Woltherum eius filium, Henricum de Vetsinchusen, Wenemarum de Tuengenberg, Paulum de Urdingen, laicos, Methildim Johannis, Belam Henrici et Conegundim Wenemari predictorum uxores, Colonien. dyocesis, diversis nostris et ecclesie nostre negociis prepediti, ad presens commode interesse non possimus: vobis in eisdem causis vices nostras committimus per presentes, donec eas ad nos duxerimus revocandas. Datum anno domini M.CC.LXXX. nono, feria quinta post dominicam Reminiscere.

307. Gerlach Adolph und Walram von Milendunc genehmigen dass der deutsche orden von ihren eltern den Gerhard von Elsen als einen der dortigen kirche zinspflichtigen mann erhalten hat. 1290 mai 2.

Nos Gerlacus Adolfus et Walramus fratres viri nobiles de Milendunc. Universis presentes litteras inspecturis notum faci-

mus, quod cum nobilis vir Th. de Milendunc pater noster et domina . . . mater mea Gerhardum de Else braxatorem laicum fratibus et ordini domus beate Marie Theutonicorum, ita ut esset de cetero cerocensualis ecclesie predictorum fratre in Else et ipsorum fratrum et ordinis, in elemosinam liberaliter contulerint et donaverint: nos ob remedium et salutem animarum eorundem progenitorum nostrorum et nostram huiusmodi donationem et collationem ratam et gratam habentes, ipsam ex nostra certa scientia duximus approbandam et promittimus fideliter observandam; sigillum nostrum et nobilis viri domini Jo. de Riferscyeht et Heinrici militis de Gevenich, dapiferi in Bruch, in robur et testimonium presentibus appendentes. Nos vero Jo. vir nobilis dominus de Riferscyeht et Hein. miles dictus de Gevenich, dapifer tunc temporis in Bruch, omnia vera esse profitemur et ad petitionem dictorum nobilium presens scriptum sigillorum nostrorum munimine roboramus. Actum et datum in crastino beatorum apostolorum Philippi et Jacobi, anno domini M.CC. nonagesimo.

308. Stephan und Gottschalk Tork ritter beurkunden und genehmigen dass ihr bruder ritter Nicolaus den Kaldenhof mit den auf demselben wohnenden dienstleuten und seine güter zu Else und Halden dem deutschen haus zu Brakel übergeben hat; unter der bedingung dass letzteres der kirche zu Lünern iährlich ein pfund wachs geben muss bis es den allodialbesitz iener güter erworben.  
Herne, 1290 iuni 24.

Nos Stephanus et Goscalcus dicti Torc milites notum facimus universis et tenore presentium protestamur, quod frater noster Nycolaus miles de voluntate consilio et consensu nostro curiam dictam Caldehof cum hominibus dictam curiam inhabitantibus et eorum liberis, excepta sola filia . . . scultheti iam maritata, nec non bona sua in Elze et Haldene libere contulit beate Marie virginis et venerabilibus viris fratibus domus Theutonice in Brakele pro sue et parentum suorum animarum remedio et salute in perpetuam elemosinam pacifice possidenda. Nos vero et nostri heredes huiusmodi donationem a fratre nostro predicto factam ratificamus et perpetuo volumus esse ratam; et nos et nostri heredes eadem bona in homagio habebimus, quounque

dicti fratres Theutonici proprietatem dictorum bonorum poterunt optinere; extunc vero nos et nostri heredes prefata bona ad voluntatem et utilitatem dictorum fratrum resignare debemus et promisimus contradictione nostra qualibet quiescente. Medio vero tempore domus fratrum in Brakele pro recognitione huiusmodi homagii annis singulis super altare in Lunhere talentum cere dabit et persolvet in vigilia purificationis virginis gloriose, quousque nos et nostri heredes bona resignaverimus prenarrata. Actum Herne, anno domini M.CC.LXXX., ipso die nativitatis beati Johannis baptiste; presentibus Theoderico Volenspit, Pulsiano filio suo militibus, fratre Henrico de Dusburg plebano tunc temporis, fratre Alexandro, Willikino Dobbe, .. villico de Herne, Oamaro et aliis quampluribus fide dignis. In premissorum testimonium presens littera sigillo mei Stephani predicti firmiter est munitum; et ego Goscalcus, quia sigillum proprium non habeo, dicto sigillo presentibus appenso sum contentus. Datum ut supra.

309. Wilhelm von Inne schenkt dem deutschen haus zu Saarburg fünf schilling erbzins haftend auf einer wiese die Isenbard und Irmengard eheleute in erbpacht haben sammt dem Isenbard seinem dienstmann. 1290 iuni 26.

Noverint universi tam presentes quam futuri quod ego Willelmus dictus de Ynne sanus et compos mee mentis de bona mea voluntate contuli pro remedio anime mee, presente domino presbitero de Malestat, Folmaro subdyacono scolare fratrum Theothuniorum et aliis fide dignis, commendatori et fratribus domus Theothunice in Saraponte in puram elemosinam contradictione cuiusquam non obstante quinque solidos censuum Metten. denariorum annuatim super quodam prato sito in Breydenbach quod iacet iuxta Enkenroit, quod est meum verum allodium quod habet a me Ysenbardus et Yrmengardis eius uxor ac ipsorum heredes de Breydenbach predicto iure hereditario, tanquam veros census in perpetuum possidendos; ac eciam contuli predictis commendatori et fratribus predictum Ysenbardum meum hominem ipso iure quo michi servire solebat; ita quod post meum obitum anniversarium meum ac eciam Sophie quondam mee uxorius annuatim in perpetuum faciant sicut est consuetum, et quod simus in ipsorum confraternitate. Et quia sigillum ipsum non habeo, sigillo domini L. decani sancti Arnualis

procuravi sigillari, quod precibus meis presentibus litteris est appensum in signum firmatatis. Et nos L. decanus sancti Arnualis predictus ad preces predicti domini Willelmi militis de Ynne sigillum nostrum presentibus litteris apposuimus in testimonium premissorum. Datum et actum anno domini M.CC. nonagesimo, in festo sanctorum martirum Johannis et Pauli.

310. Sibert von Elenze und sein schwager Mathias von Clothen verkaufen dem deutschen haus zu Coblenz für vierzig mark alle ihre bei Bubenheim gelegenen güter. Coblenz, 1290 iuli 23.

In nomine domini amen. Universis presens scriptum visuris et audituris imperpetuum. Nos Sybertus de Elenze et Mathias de Clothene et uxor eiusdem Mathie soror eiusdem Syberti. Recognoscimus quod nos diligent deliberatione prehabita vendidimus et vendimus et tradimus in hiis scriptis iure proprio imperpetuum pro nobis et nostris heredibus religiosis viris . . commendatori et fratribus domus Theutonice in Confluentia eamentibus et recipientibus nomine suo et successorum suorum . . commendatorum et fratrum domus eiusdem omnia et singula bona et predia rustica et urbana, que habemus in pertinenciis ville de Bovenheim, sive illa bona consistant in terris vineatis sive arabilibus sive pratis sive quibusunque aliis prediis sive rebus ad habendum tenendum possidendum et quicunque sibi et suis successoribus deinceps placuerit perpetuo faciendum, cum omnibus et singulis que infra ipsas res venditas continentur, et cum omni iure et actione usu seu requisitione nobis occasione eorundem bonorum seu ipsis bonis modo aliquo pertinente, pro precio quadraginta marcarum denariorum usualis monete in Confluentia. Quod precium confitemur et contenti sumus nobis esse numeratum traditum integraliter et solutum, exceptioni pretii nobis non numerati non traditi non soluti renunciantes omnino. Quas res venditas nomine eorundem . . commendatoris et fratrum nos constituimus possidere donec possessionem ipsorum acceperint corporalem, quam accipendi sua auctoritate et retinendi deinceps licentiam omnimodam damus ipsis; promittentes pro nobis et nostris heredibus ipsis . . commendatori et fratribus, pro se et dictis suis successoribus sollempniter stipulantibus, eis super dictis rebus venditis vel aliqua parte sua

litem vel controversiam per nos vel per alios ullo tempore non inferre nec inferenti consentire sed easdem res venditas tam in possessione quam in proprietate eis ab omni homine et universitate legitime defendere auctorisare et disbrigare, et predictam vendicionem et omnia singula suprascripta perpetuo rata et firma habere tenere etc. non contra facere vel venire per nos vel per alium vel alios aliqua ratione ingenio sive causa. In cuius rei testimonium robur et perpetuam firmitatem eisdem emporibus conscribi fecimus presens scriptum et sigillari communi sigillo schabinorum opidi Confluensi. Et nos schabini predicti recognoscimus quod nos ad preces eorundem venditorum sigillum communis nostri appendi fecimus isti scripto. Acta sunt hec Confluencie, x. kal. augusti, anno domini M.CC. nonagesimo.

311. Wilhelm ritter von Inne schenkt dem deutschen haus zu Saarbrücken all seine habe, das verzeichniss seiner schulden beifügend die sie für ihn bezahlen sollen. 1290 aug. 30.

Universis presentes litteras inspecturis ego Willelmus miles dictus de Ynne tenore presencium cupio esse notum quod ego pie propter deum et in remedium mee Sophie uxoris mee et domini Thome dicti Acko militis quondam mariti dicte Sophie animarum pure et liberaliter dedi et contuli do et confero cum effectu fratribus hospitalis beate Marie de domo Theotonica prope Sarapontem omnia bona mea mobilia et immobilia tam in allodio nemoribus agris pratis vineis domibus horreis grangiis hominibus cum eorundem possessionibus et hereditate iure iuridicione et dominio necnon pecudibus equis bobus ovibus capris asinis ceterisque animalibus cunctis frumento silagine avena ceterisque bladis speciebus censibus talliis quam aliis rebus michi ex quacunque causa de iure vel consuetudine debitIs, dictis fratribus et eorundem ecclesie perpetuo irrevocabiliter possidenda et tenenda; eo dumtaxat a prefatis fratribus michi premisso, quod dicti fratres bonorum meorum mobilium et immobilium iam possessores et donatarii de bonis mobilibus debita mea ante donationem huiusmodi factam contracta creditoribus, vide-licet Verner dicto Slikere tres libr. et xix den., uxori H. dicti Kanre xxiii. sol. cum dimidio, Folmaro fabro dicto Xulder-clop xiii. sol., Folmaro ante portam de Saraponte viii. sol., Reymericu civi Meten. viii. libr. duobus solidis minus, monia-

libus de Freystorf v. sol., monialibus de Novo monasterio x.  
sol. apud Kyleburg v. sol. apud Ynne xx. sol. in debitis com-  
munis, apud Vylarium monachis x. sol., et apud Wadegosingam  
monachis vii. sol. cum dimidio, usque ad summam XVI. libr. com-  
putata persolvent; hoc adiecto quod dicti fratres aut eorundem  
ecclesia deinceps preter quam de summa supradicta ad debito-  
rum meorum solutionem minime teneantur seu super hiis inpeti  
vel ad iudicium evocari a quoquam possint. Huic autem dona-  
tioni resignationi bonorum omnium predictorum, factis in manus  
fratris Hermanni provincialis in Lothoringia dicti de Veldunza,  
fratris Johannis dicti de Kawilre, fratris Arnoldi commendatoris  
Metensis, fratris Petri presbiteri de Saraponte ac aliorum frat-  
rum domus supradicte, ac eciam computationi debitorum meorum  
supradictorum a dictis fratribus solvendorum interfuerunt nobiles  
viri dominus Boimundus senior dictus de Grinberc, dominus  
Johannes dictus caseus, dominus Wernerus dictus de Lystorf,  
dominus Rudelmannus et dominus Godelo de Malestat, milites,  
Alardus cognatus meus armiger de Ynne et quam plures alii  
fide digni testes ad hoc vocati et rogati. In cuius rei evidens  
testimonium sepefatis fratribus presentes litteras sigillo domini  
Boimundi senioris dicti de Grinberc predicti precibus meis et  
de certa sciencia eisdem presentibus apposuimus in premissorum  
omnium firmitatem et munimen. Datum et actum anno domini  
M.CC. nonagesimo, in crastino decollationis beati Johannis baptiste.

312. Friedrich herzog von Lothingen beurkundet dass ritter  
Wilhelm von Inne dem deutschen orden seinen gesamm-  
ten allodialbesitz zu Inne und zu Breidenbach geschenkt  
hat. 1290 aug. 30.

Nos Ff. dux Loth. et marchio. Notum facimus universis  
quod in nostra presentia propter hoc specialiter constitutus do-  
minus Wilhelmus dictus de Ynne miles de Sareponte recognovit  
se dedisse donasse et contulisse hospitali beate Marie et fratri-  
bus de domo Theutonica pie et pure propter deum et in re-  
medium anime sue ac eciam Sophie uxoris sue totum allodium  
tam in pratis campis silvis nemoribus vineis ovilibus seu caulis  
domibus horreis areis pascuis pecoribus seu animalium, sitis  
apud Ynne, cum omni iure ac dominio quibus predicta omnia et  
singula pacifice possedit et quiete iusto et vero allodii titulo;

preter Conzonem Gobelonem Henricum et Ulricum suos homines, quos sibi dictus dominus W. miles reservavit, et preter unum quartale terre quod emit erga dominum Jacobum militem quondam patrum suum, cuiusmodi quartale eciam contulit in remedium anime sue et uxoris sue Sophie supradicte ecclesie sancte crucis Bosonisville eodem iure et dominio quibus ipsum quartale possidebat. Item contulit seu erogavit hospitali beate Marie et fratribus predictis de domo Teuthonica allodium suum, in Breydenbach situm et circa, quod habuit seu habere poterit, integre et absque ulla diminutione cum eodem iure quo ipsum allodium diu possedit pacifice et quiete. Dum vero predictus dominus W. miles decesserit seu morietur, omnia bona sua mobilia seu immobilia in quibuscumque usibus consistant, cedent integre pacifice et quiete fratribus antedictis. In cuius rei testimonium sigillum curie nostre que est in Bosonis villa ad preces et instantiam predicti domini W. militis presentibus extat appensum. Datum et actum anno domini M.CC. nonagesimo, in crastino decollationis beati Johannis baptiste.

- 313 Der comthur und die brüder des deutschen hauses zu Coblenz beurkunden dass ihr trapier für die wittwe des schöffen Clovelauch daselbst mit ihrem geld ein haus bei der Arken gekauft hat und verzichten auf jeden anspruch daran. 1291 iuni 8.

Nos commendator et fratres domus Teutonice in Confluen-  
cia etc. Cum genus humanum etc. Hinc est quod nos etc. vo-  
lumus esse notum etc. quod frater Godefridus traperius domus  
nostre predicte de nostra voluntate consensu et permissione  
curiam aream stabulum torcularum cum instructuris et instrumen-  
tis suis et edificiis aliis existentibus in eisdem, sita Confluencie  
in loco qui dicitur in urbe apud arcam, in quibus quondam  
Wolterus dictus Calvus et Sophia eius uxor opidani Confluen-  
tiae inhabitaverunt et que dinoscuntur fuisse eorundem, quarum re-  
rum confines alias conscripte sunt sicut in litteris super hoc  
confectis plenius apparebit, erga Franconem Thilemannum et  
Wolterum fratres clericos natos et heredes legitimos quondam  
Wolteri et Sophie coniugum predictorum, pro precio octoginta  
marcarum monete usualis in Confluenzia, nomine Sophie relicte  
quondam Henrici dicti Clovelouch scabini Confluen. et cum pe-

cunia ipsius Sophie, dicto fratri Godefrido traperio propter comparationem bonorum seu rerum predictarum ab eadem assignata, emit et comparavit ipsi Sophie memorate ad habendum etc. iure proprio in omnem modum quemadmodum in instrumento super dictam venditionem confecto plenius continetur; promittentes bona fide pro nobis et nostris successoribus dicte Sophie eius heredibus aut successoribus universis super dicta emptione etc. litem vel controversiam non movere etc. In cuius rei testimonium etc. nos . . commendator et fratres predicti presens scriptum tradidimus prefate Sophie sigilli nostri munimine roboratum. Datum et actum anno domini M.CC. nonagesimo primo, feria sexta ante festum pentecostes.

314. Diederich und Eberhard grafen von Limburg und die brüder Diederich und Friedrich von Limburg beurkunden, dass sie dem deutschen haus zu Brakel das eigenthum des ihnen von den gebrüdern Torch übergebenen Kaldenhofs geschenkt haben. Dortmund, 1291 sept. 8.

Ne ea que aguntur in tempore simul labantur cum tempore expedit ea scripti testimonio perhennari. Proinde nos Theodericus comes de Limborg, uxor nostra Aleidis, Everhardus comes de Limborg, uxor nostra et nostri heredes, Theodericus et Fridericus fratres de Limborg et soror nostra Meghheldis notum esse cupimus et tenore presencium protestamur, quod nos cum communi consensu et bona voluntate omnium nostrorum heredum [proprietatem] curtis dicte Caldehof, quam Nicolaus miles dictus Torch et Stephanus et Goscalcus sui fratres milites et eorum heredes contulerunt pro salute animarum suarum fratribus domus Teutonice in Brakele, [donavimus] eisdem fratribus quiete et pacifice perpetuo possidendam. Et ne aliquis in posterum etc., dictis fratribus presentem litteram munimine sigillorum nostrorum fecimus firmiter communiri. Actum [Tremonie]; presentibus Everhardo preposito in Else, domino Herbordo comite Tremonie, Henrico de [Ovete]\*), Henrico de Eken schede, Raudolfo dicto Haken, militibus, Hermanno de [Lindenhorst], [Alberto] dapifero, Johanne de Wickede, Winando de Hereke, Ertmaro de Crakowe, Arnoldo dicto [milite], Bertramo

\*) Quete?

dicto Suderman, Henrico dicto Sunnendag ac filio suo Henrico et aliis pluribus fide dignis et in testimonium vocatis. Datum anno domini M.CC. nonagesimo primo, in octava nativitatis beate virginis Marie.\*)

315. Stephan und Gottschalk Torch ritter beurkunden dass das deutsche haus zu Brakel nachdem es das eigenthum des Caldenhofs erworben den iährlichen wachszins an die kirche zu Lünern nicht mehr zu entrichten habe. 1291 sept. 21.

Nos Stephanus et Godescaleus milites et fratres dicti Torch ac nostri heredes universis presencia visuris notum esse cupimus, quod nos de pensione scilicet talenti cere quam fratres domus Teuthonice in Brakele annuatim dare tenebantur in ecclesiam Lunheren de curte que dicitur Caldehof iure homagii quo astricti fuimus ratione dicte curtis, ipsos fratres predictos de pensione predicta de bona nostra voluntate liberos dimittimus et quitos, quia proprietas sepe dicte curtis ad ipsos rationabiliter est devoluta. Et ne hoc factum aliquis in posterum infringere poterit, presens scriptum sigillo nostro roboravimus. Datum anno domini M.CC.LXXX. primo, in festo beati Mathei apostoli.

316. Adolph graf von Berg und Elisabeth seine gemahlin überlassen dem deutschen haus zu Cöln ihre rechte an den gütern bei Höningen im Gillgau die früher ritter Conrad von Höningen von ihnen zu lehen hatte. 1291 sept. 28.

Nos . . Adolphus comes de Monte et Elizabeth uxor nostra. Notum esse volumus universis etc. quod nos in elemosinam et ob salutem animarum nostre . . uxoris nostre parentum et progenitorum nostrorum omne ius quod habemus et hactenus habuimus usque in diem hodiernum in bonis que quondam Conradus miles dictus de Hoyngen a nobis in feodo tenuit, satis apud Hoyngen in Gylegowe, et que religiosi viri . . commendator et fratres domus Theut. sancte Katherine in Colonia nunc possident, eisdem . . commendatori et fratribus damus titulo simplicis donationis et inrevocabilis et eadem bona presentibus appropriamus eisdem, ac omni iuri quod in eisdem

\*) Das pergament ist sehr beschädigt. Nach einer übersetzung aus dem sechzehnten iahrhundert sind die eingeklammerten wörter ergänzt.

bonis habuimus ad manus et ad utilitatem eorum renuntiamus et effestucamus; ita tamen quod propter hoc singulis annis per dictum . . commendatorem et fratres memoria animarum nostre uxoris nostre parentum ac progenitorum nostrorum peragatur. Et ut premissa dictis commendatori et fratribus inconvulsa permaneant, presentes litteras nostras eisdem sigillo nostro dedimus sigillatas. Datum anno domini M.CC.XXXX. primo, in vigilia beati Mychaelis.

317. Friedrich herzog von Lothringen beurkundet dass Sifrid Stal von Siersberg dem Gerard von Beckingen [rechtsvorgänger des deutschen ordens] eine lehenberechtigung in Beckingen verkauft hat. 1292 sept. 17.

Nos Fredericus dux Loth. et marchio notum facimus universis quod in presentia nostra propter hoc personaliter constitutus Siffridus dictus Stal armiger de Siersperch homo noster recognovit spontanea voluntate coram nobis, se vendidisse perpetuo domino Gerardo de Beckinga et heredibus suis tale homagium seu fidelitatem in quo seu in qua Johannes de Hildebriga armiger ei fuit astrictus ratione bonorum, que ab eodem Sifrido Stal in Beckinga seu in confinio dicte ville a prima uxore dicti Johannis seu filiabus quas idem Johannes ex prima uxore sua procreavit descendentia in feodum et in homagium tenuit, pro certa pecunie quantitate de qua idem Siffridus Stal a dicto domino Gerardo plenariam solutionem est assecutus in pecunia numerata; renuncians omnibus exceptionibus et rationibus seu defensionibus per quas dictam venditionem posset perse vel per alium in posterum cassare et irritare. In cuius rei testimonium sigillum curie nostre de Bosonisvilla ad preces et ad instantiam dicti Siffridi Stal presentibus apposuimus. Datum anno domini M.CC. nonagesimo secundo, in die festo beati Lamberti.

318. Wilhelm probst von Echternach und ritter Arnold von Heisiger seitens des deutschordenscomthurs zu Gemert, ritter Goswin Koch und Arnold genannt Rover seitens des iunkers Philipp von Gemert erwählte schiedsrichter erlassen ihren ausspruch dahin, das Philipp sofort den Diederich sohn Jacob's auf freien fuss setzen und dem comthur drei mark zahlen soll um seine lossprechung

vom bann zu bewirken, dass er mit zwanzig von seinen freunden um die kirche von Bakel ziehen sodann die stätte des heiligen Jodocus über meer und unser lieben frauen zu Edinburg besuchen und durch glaubwürdige zeugen sich darüber ausweisen muss. 1293 april 9.

Universis presentes litteras inspecturis seu audituris. Ego Willelmus prepositus monasterii Epternacensis notum esse cupio, quod cum a viris religiosis videlicet fratre Alardo dicto de Horst, commendatore in Ghemerth, ac aliis fratribus dicte domus ordinis Theutonichorum in me ac in nobilem virum dominum Arnoldum de Heysiger militem ex una parte, ac a Philippo armigero de Ghemerth in dominum Gosewinum dictum Koch militem et Arnoldum dictum Roverum de Buschodus ex altera, ad sedandam seu pacificandam discordiam que inter dictas partes vertebatur, tamquam in arbitros fuisset compromissum: nos arbitri prenominati, discreto consilio ac diligentि deliberatione ad hoc adhibita ad sedandam seu pacificandam predictam discordiam, amicabilem inter dictas partes ordinavimus et pronuntiavimus compositionem, prout in articulis infrascriptis continetur. Quorum primus est, quod Philippus antedictus Theodericum filium Jacobi omni dolo et fraude exclusis quitum simpliciter et absolutum vocare et dimittere deberet ab omni occasione quam ipse Philippus tunc temporis contra predictum Th. habebat vel gerebat sine aliqua exceptione facta. Secundus vero articulus erat, quod ipse Philippus fratri Alardo commendatori predicto dare deberet tres marchas emergentes seu provenientes de suis primis redditibus ex iurisdictione sua in Ghemerth; cum quibus dictus commendator deberet procurare ipsum absolvı a sententia excommunicationis qua fuit innodatus. Insuper eciam ordinatum fuit a nobis, quod prefatus Philippus deberet circumire ecclesiam de Bakele cum viginti melioribus suis amicis, ibi in confinio manentibus. Quo facto dictus Philippus coassumptis secum duabus personis debebat visitare limina sancti Judoci super mare et limina beate Marie virginis in Erdinburgh. Quibus visitationibus expletis dictus Ph. debebat reportare litteras testimoniales sub testimonio competenti, quod ipse visitationes predictas legitime complevisset. Preterea vallata fuit a nobis predicta ordinatio cautione fideiussoria in hunc modum,

quod si dictus Philippus nostram compositionem seu ordinatio-  
nem ratam et firmam nolle observare, quod dominus Gosewinus  
dictus Koch miles, Arnoldus dictus Rowerus filius Hylle et Vel-  
linus frater suus et Johannes dictus Choman, opidani de  
Buschodus, ad hoc accepti in fideiussores, promiserunt sine  
aliqua exceptione intrare opidum de Hellemont vel opidum de  
Jndoven, quandocunque super hoc a dictis viris religiosis moniti  
forent seu requisiti; donec de ordinatione a nobis ordinata eis-  
dem plenarie esset satisfactum. Hanc igitur ordinationem inter  
predictas partes a nobis quatuor arbitris predictis de communi  
consensu omnium nostrum factam et pronuntiatam et cautione  
fideiussoria vallatam prout superius est expressum, ego W. pre-  
positus predictus duxi protestandam et per presentes litteras,  
sigillo discreti viri Lodewici decani ecclesie mee meo rogatu nec-  
non sigillo meo proprio consignatas, omnibus quorum interest,  
ne super hoc in posterum scrupulus alicuius dubitationis oriatur,  
duxi signandam. Datum anno domini M.CC. nonagesimo tercio,  
feria quinta post dominicam Quasimodo.

319. Aleidis die ältere gräfin von Cleve und Diederich ihr  
sohn stellen urkunde aus über einen zwischen dem deut-  
schen haus zu Coblenz und den ehegatten Johann und  
Mechtild von Are geschlossenen vergleich, die von Al-  
bert von Are Johann's vater geschenkten güter betref-  
fend. Calcar, 1293 iuli 8.

Nos Aleidis nobilis matrona maior comitissa et Th. nobi-  
lis vir eius primogenitus comes Clivensis notum facimus univer-  
sis ad quos presentes littere pervenerint, quod super lite ques-  
tione et discordia quas movit Johannes dictus de Are nomine  
suo et Megthildis uxoris sue legitime et liberorum suorum,  
videlicet Walteri Hermanni Winemari Rutgeri Jutte et Gele,  
religiosis viris . . commendatori et fratribus domus beate Ma-  
rie Theutonicorum in Confluentia et honeste matrone domine  
Aleydi relicte quondam Alberti de Are militis super bonis dic-  
torum quondam Alberti et Aleydis infrascriptis, scilicet de bo-  
nis curtis de Are, que partim spectant ad abbatissam sancti  
Quirini Nussiensis partim ad abbatissam beate Cecilie Colonien-  
sis et partim ad abbatissam beate Marie in capitolio; item de  
bonis sitis apud Montem, que spectant ad dominum de Bruche;

item de bonis sitis super Vorste, que spectant ad Fredericum de Bodeberge; item de bonis dictis zu der straten; item de bonis in Urden gen et de bonis in Hulse sitis, in dyoc. Colon.; que quidem bona cum universis suis iuribus et pertinentiis prefati coniuges quondam Albertus et Aleydis manu unita . . commendatori et fratribus antedictis tytulo donationis inter vi-  
vos pure et simpliciter absque spe revocandi in elemosinam contulerunt; retento sibi usufructu in solidum et in totum quamdui ipsi coniuges ambo vel eorum alter superstes essent; et iure quo idem Johannes et Megthildis eius uxor et liberi sui predicti in eisdem bonis se habere pretendebant, per viam compositionis amicabilis per nos et nobis mediantibus de consensu et voluntate expressa predictarum partium hinc et inde sic est amicabiliter compositum transactum etc., quod ipsi Johannes, Megthildis eius uxor et liberi sui predicti super dictis lite questione et discordia necnon et super dictis bonis et omni iure, si quod ipsis seu eorum alicui quacunque ex causa in dictis bonis seu occasione eorum competere poterat contra dictos . . commendatorem et fratres et ipsam dominam Aleydem, effestucaverunt et renunciaverunt pure simpliciter et absolute iuxta consuetudinem loci et terre super hiis et similibus obser-  
vatam, receptis ab eisdem . . commendatore et fratribus viginti quinque marcis Colon. den. usualium etc. Et promiserunt coram nobis fide super hoc prestita corporali quod ipsis seu aliquis eorum per se seu per alios nec ipsam dominam Al. nec ipso . . commendatorem et fratres seu quemcunque alium nec illos qui dicta colunt et tenent bona nec homines qui eisdem bonis attinent, cuiuscumque iuris sexus aut conditionis existant, super dictis bonis etc. de cetero vexabunt inquietabunt seu molestabunt in iudicio vel extra quoquo modo; immo quod huiusmodi compositionem inviolabiliter observabunt nec eidem contravenient etc.; renunciantes beneficio restitutionis in integrum et omni iuris auxilio quod ipsis seu eorum alicui contra eosdem . . commendatorem et fratres necnon contra ipsam dominam Aleydem posset quoquo modo in contrarium suffragari. Acta sunt hec in ecclesia opidi de Kalkere; feria quarta proxima ante festum beate Margarete virginis, anno domini M.CC. nonagesimo tertio; presentibus domino . . Luf de Clive fratre nostri . .

X

comitis predicti, Henrico domino de Lecka, Johanne dicto de Husedenne, Arnoldo de Sulen, Arnoldo et Adam filio suo de Mile, Buchardo de Vundere, Jordano de Rinnere, Wetzelino de Gale, Theoderico de Homen, Ottone de Venne, Daneko de Orscheyt, Swedero de Alpheym et Wilhelmo de Kervenheym, militibus. In cuius rei testimonium et firmitatem nos Aleydis maior comitissa et Th. eius primogenitus comes Clivensis predicti sigilla nostra ad petitionem dictorum Johannis de Are Megthildis eius uxoris et heredum suorum predictorum presentibus duximus apponenda. Nos vero Johannes de Are et Megthildis eius uxor predicti recognoscimus etc. premissa omnia et singula vera esse. Actum anno domini die loco et presentibus predictis.

320. Sifrid von Riegol und Andreas sein sohn schenken nach ihrer aufnahme in den deutschen orden dem haus zu Saarburg alle ihre güter zu Lampertheim Eckevordisheim Drutirsheim Westhofen und Ergirsheim. 1293 iuli 27.

Ego Sifridus armiger dictus de Riegol residens in Lampurtheym villa Argentinensis dyocesis et ego Andreas natus ipsius Sifridi notum esse volumus universis Christi fidelibus ad quorum notitiam presentes littere pervenerint, quod post instantem et diligentem requisitionem nostram ex devotione quam habuimus et habemus ad ordinem fratrum domus Theot. divina annuente clemencia fratrumque dicti ordinis accidente consensu, nostro voto sedulo volentium satisfieri, recepti sumus pure et simpliciter propter deum ad domum de Sarburg a fratre Hermanno dicto de Veldeisnce commendatore eiusdem ordinis domus que nova curia appellatur sita apud Ofwilre Argentinensis dyocesis, que receptio de nobis facta de commendatore predicto processit specialiter de licencia et mandato fratris Giselberti commendatoris domus fratrum dicti ordinis per Lothoringiam provincialis; dicte nostre receptioni presentibus fratre Volzone commendatore de Sarburg, fratre Alberto de Kuccilsheim, fratre Petro de Hagenogia et fratre Conrado dicto Morlin de Argentina ordinis sepedicti; ad cuius nostre receptionis exultationem honorem et laudes summo creatori decantandas omnes nostros amicos et Christi dilectos presentibus invitamus; volentes vos universos et singulos non latere, quod

postquam divina gratia aspirante plenum intentum nostrum de voto et desiderio quod ad dictum ordinem habuimus essemus consecuti, sufficienti deliberatione prehabita unanimique consilio favore et consensu ob reverenciam religiositatem et devotionem dicti ordinis et precipue divine retributionis intuitu contulimus et conferimus per presentes dicte domui de Sarburg et fratribus ibidem commorantibus omnia bona nostra immobilia tam hereditaria quam proprietaria omni iure quo possedimus et manutenuimus in villis de Lampurtheym Ekevordisheym Dru-tirsheym Westhoven et in Ergirsheym et in bannis earundem villarum tam in domibus horreis curiis ortis pratis campis et vineis ac aliis quibuscumque cum omnibus bonis mobilibus et debitis quecunque habemus et habuimus sine aliqua exceptione; ita quod ipsi fratres in quos dominium et proprietatem dictorum bonorum tam mobilium quam immobilium ac debitorum omnium exnunc per presentes irrevocabiliter transferimus, perpetuo gaudeant eisdem pacifice et quiete et sine aliqua contradictione. In quorum omnium premissorum evidenciam plenioram et robur perpetuo valitum sigilla venerabilium virorum domini . . decani et . . custodis ecclesie beati Stephani in Sarburg predicte Metensis dyocesis ad diligentem petitionem nostram presentibus sunt appensa. Actum et datum feria secunda ante inventionem beati Stephani prothomartiris, anno domini M.CC.LXXX. tertio.

321. Conrad domprobst und archidiacon zu Cöln belehnt den vom deutschen haus zu Siersdorf präsentirten ordensbruder Arnold von Bongart mit güttern und zinsen zu Martaldenhoven. 1294 jan. 5.

Conradus dei gratia prepositus et archidiaconus ecclesie Coloniensis. Universis vasallis suis presentes litteras visuris vel audituris salutem cum noticia veritatis. Noveritis quod quandam aream sitam in Marthaldenhoven cum quadraginta iurnalibus vel circiter terre arabilis, et decem et octo solidos census redditus annualis, et decem et octo tam capones quam pullos, quæ omnia et singula Cristianus filius quondam Gerlaci militis de Vluverich in feodo et iure feodi tanquam verus vasallus a nobis tenebat, commendatori cuicunque qui pro tempore fuerit,

et fratribus hospitalis beate Marie Jerosol. domus Teutonice in Seyrstorph commorantibus ad dicti Cristiani supraportacionem nobis factam in feodo concedimus, et ipsos de eisdem bonis infedamus, et de dicti commendatoris speciali iussu et mandato dilectum in Christo fratrem Arnoldum de Bungarde de predictis bonis omnibus et singulis infedamus; ita quod ipso fratre Arnoldo viam universe carnis ingresso ad presentacionem sepedicti commendatoris alium fratrem sui ordinis et domus predicte in Seyrstorph, militem tamen, de sepedictis bonis nos et nostri successores infedabimus contradictione cuilibet non obstante, salvo nobis nostrisque successoribus in predictis bonis iure feodi, quod quilibet dominus directi dominii in feodo suo habet vel exigere potest ubicunque vel quandocunque vasallus et dominus utilis dominii a domino sui feodi concessionem bonorum suorum feudalium requirit, sedis apostolice vel imperialis aule privilegio non obstante, quo dicti commendator et fratres si quod eisdem foret indulatum vel indulgendum in nostra constituti presentia renunciaverunt, quod ipsis contra premissa posset vel deberet quomodolibet suffragari. Hec que superius sunt expressa antedictis fratribus adeo firma et solida volumus in perpetuum remanere, quod contra ea nos vel nostri successores non veniemus vel faciemus aliquo ingenio sive causa. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum et actum anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo tercio, in vigilia epyphanie domini.

322. Burchard bischof von Metz bewilligt die verlegung des deutschordenshauses zu Saarburg von der ietzigen der überschwemmung ausgesetzten stelle an eine bessere und gestattet den bau einer kapelle mit einem kirchhof. Metz, 1294 märz 19.

Bouchardus dei gratia Metensis episcopus universis presentes litteras inspecturis in omnium salvatore salutem. Dignum esse credimus ut piis supplicationibus religiose viventium plium nostrum prestemus consensum. Cum igitur viri religiosi commendator et fratres domus Theotonicorum in Sarburch in domo in quo nunc habitant ibidem propter inundationes agrorum Sare et artationem loci multa passi sunt detimenta et incommoda nee inibi morari utiliter valeant ut asserunt: nobis humiliter

supplicarunt ut comparationi domus cum suis appendiciis que quondam fuit Henrici Syberti nostri burgensis in Sarbource que sita est ante portam qua itur versus vivarium, ad quam se transferre et in ea deinceps morari volunt et intendunt, necnon ordinationi et constructioni cimiterii et capelle, prout in domo a qua se transferunt habuerunt, auctoritatem nostram et consensum concedamus. Et nos compatientes et suis indigentias subvenire cupientes, iustis eorum precibus inclinati comparationem domus predicte cum appendiciis approbamus et quantum in nobis est confirmamus; et eis ut cimiterium et capellam ibidem ordinant et construant, a quolibet . . archiepiscopo vel . . episcopo, dum tamen catholico, consecrandum et consecrandam concedimus et auctoritatem prestamus. Volumus autem ut predicti fratres domo predicta sint contenti, ad aliam quam deserunt ad manendum minime reversuri; nisi causa ibidem celebrandi divina per unum tantum fratrem diebus duntaxat dominicis et festivis; ita quod dicta relicta ecclesia ad humanos usus nulla ratione transferri valeat vel reduci; parochiali presbitero in omnibus iure salvo; cum enim id pietatis zelo duximus concedendum, ad aliorum iniuriam nolumus redundare. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus litteris dignum duximus apponendum. Actum et datum Met., anno domini M.CC nonagesimo tercio, feria sexta post dominicam qua cantatur reminiscere.

323. Giselbert der abt und die klostergemeinde von Camp verkaufen für 15 mark das von ihrem conversen Andreas herrührende weingut in Lützelcoblenz dessen bruder Reiner [rechtsvorgänger des deutschen hauses zu Coblenz] mit ausnahme eines hauses und gartens. 1294 nov. 26.

Universis presentes litteras visuris et audituris. Nos frater Gyselbertus dictus . . abbas totusque conuentus monasterii Campensis ordinis Cysterciensis Coloniensis dyocesis. Notum facimus et per presentes publice protestamur, quod provida deliberatione prehabita de communi consensu terras subscriptas seu vineam citra villam, que minor Confluentia nuncupatur, in diversis particulis et variis locis separatim locatas seu locatam, sive omnia bona que ad fratrem Andream conversum nostrum de Confluentia iure hereditarie successionis dinoscuntur devoluta et per

ipsum nobis et ecclesie nostre tradita et assignata, atque post longam contra propinquos, qui sibi ius in eisdem terris vineis seu bonis iniuste usurpare volebant, litem et disceptationem a iudice per dominum . . archiepiscopum Treverensem in dicta lite decidenda substituto nobis et prefate ecclesie nostre per diffinitivam sententiam adiudicata, vendidimus et vendimus Reynero fratri carnali conversi nostri memorati, cum plena prestatione warandie infra diem et annum a dat. presentium iuxta consuetudinem terre ab omni impetitione et impedimento liberrima a nobis et sepedicta ecclesia nostra eidem exhibenda; reservata nobis una domo cum orto adiacente, quam minime vendidimus, de bonis ipsius conversi nostri suprascripti; pro quindecim marcis usualis monete nobis numeratis traditis et integraliter assignatis ac in utiles usus supradicti monasterii nostri conversis. In cuius rei testimonium nos frater G. . . abbas Campensis supradictus pro nobis et ecclesia nostra prefata sigillum proprium non habente presens instrumentum R. suprascripto nostro sigillo tradidimus communitum. Huius rei testes sunt fratres Gerardus cellarius Campensis, Andreas de Xanctis monachi, Geldolfus, Herbertus, Wernerus et alii conversi omnes qui in grangia de Wise fuerant commorantes. Actum et datum in crastino beate Katherine virginis, anno domini M.CC. nonagesimo quarto.

324. Gerard von Nievenheim und Alverade seine ehewirthin verkaufen dem deutschen haus zu Coblenz für neunzig mark ihre zu den höfen Nothhausen und Arken gehörigen äcker. 1295 febr. 21.

Universis presentes litteras visuris et audituris ego Gerardus dictus de Nyvenheym notum facio, quod ego una cum Alverade uxore mea legitima et nostris . . liberis heredibus honorabilibus viris dominis Mathye commendatori et fratribus ordinis beate Marie Theutonicorum domus in Confluentia ementibus septuaginta duos iurnales terre arabilis ex duobus mansis et dimidio, pertinentibus in duas curtes, quarum una vocatur Noythusen et alia sita est iuxta Arken, quam nunc inhabito, quas curtes quos duos mansos et dimidium cum aliis attinentiis a dictis dominis tenebam in feodo, sitos infra terminos parochie de Else iuxta villam Noythusen, quibus ex uno latere ver-

sus Hemerden adiacent agri domini Hermanni de Ymelinhusen militis et ex alio latere versus Else decem iurnales quos teneo a decano et capitulo beati Gereonis in Colonia, pro pretio nonaginta marcarum etc. eosque iurnales divisos in tres pecias et ad tria sata distinctos et deputatos eorumque ius et possessio-nem transtulerim, prout in instrumento super hoc confecto manu magistri Gyselberti clerici Coloniensis dicti de gradibus publici imperiali auctoritate notarii suoque signo consueto sig-nato etc. plenius continetur. Datum et actum anno domini M.CC. nonagesimo quarto, crastino qua cantatur invocavit me.

325. Walram graf von Jülich verleiht dem deutschen haus zu Siersdorf eine zollbefreiung. Siersdorf, 1295 sept. 8.

Walramus comes Juliacensis. Omnibus etc. notum facimus quod etc. commendatori et fratribus de domo Theutonica in Seyrstorpe libertatem hanc contulimus etc.\* ut videlicet vinum quod ipsis in eorum allodio seu proprietate quatuor iornalium apud Tulpetum crescit etc.\* libere deducant etc. Datum Seyrstorp, in die nativitatis beate virginis, anno domini M.CC. nonagesimo quinto.

326. Konrad von Hundem comthur zu Mülheim verpachtet dem Gerlach Hildebrand's sohn und dessen bruder Hildebrand auf zehn iahre drei salzhäuser für vier mark zins. Soest, 1295 sept. 14.

In nomine domini amen. Quia scripti tenacitas oblivionem tollit et calumpniam, cautum est et utile, ut ea que geruntur in tempore scripture memoria perhennentur. Igitur religiosus frater Conradus dictus de Hundeme, commendator domus Theutonicae in Molnheim, universis presencia visuris notum facimus publice protestando, quod nos de bona voluntate et unanimi consensu fratrum nostrorum tres domos nostras salinarias sitas in Sassendorp exponimus et locamus in hiis scriptis Gerlaco Hildebrandi et Hillebrando eius fratri decem annis a festo na-tivitatis domini nunc proximo preterito currentibus possidendas, ita tamen quod idem Gerlacus vel eius frater singulis annis quatuor marcas pro pensione de dictis domibus in terminis

\*) Wie in der urkunde nr. 225.

subscriptis persolvent et amministrabunt, videlicet quolibet anno in nativitate domini sedecim solidos, in festo beati Udelrici sedecim solidos, in festo beati Michahelis sedecim solidos. Elapsis quoque decem annis predictis iam dicte domus nobis solute permanebunt, et ipse Gerlacus aut eius frater Hildebrandus decem et octo centenarios plumbi nobis assignare et reddere tegebuntur. Super omnium igitur premissorum certitudinem et observantiam pleniorum idem Gerlacus et Hildebrandus amicos suos, scilicet Gerlacum dictum de Susato et Volmarum dictum de Eynchusen, suos nobis statuunt et constituerunt fideiussores, quorum promissionem dilecti nobis dominus Gerewinus de Lunen et Gerwinus eius filius oppidani Susacienses nomine nostro et pro nobis receperunt. In cuius rei testimonium sigillum domus nostre presentibus duximus apponendum. Sigillum eciam domini Gerewini de Lunen predicti pro nobis et ipse Gerlacus et frater suus pro ipsis apponi petivimus ad maiorem evidenciam premissorum. Datum et actum anno domini M.CC. nonagesimo quinto, in die exaltacionis sancte crucis, in civitate Susaciensi.

327. Die bürger zu Saarburg nehmen die zurückgabe ihres spitals durch den dortigen deutschordenscomthur an und ernennen auch ihrerseits zwei schiedsmänner die die dem spital zuständigen güter von denen des ordens trennen sollen. 1295 dec. 12.

Nos communitas oppidi de Sarburg Metensis dyocesis notum facimus universis quod plene et per omnia contenti sumus resignatione et representatione facta in manus nostras potestatem et dominium nostrum a religiosis viris, Karolo videlicet de Treveri commendatore fratrum domus Theot. provinciali per Lothringiam, fratre Syberto, fratre Arnoldo et aliis omnibus fratribus et sororibus domus eorum apud Sarburg predicte dyocesis, de hospitali ultra Saram cum omnibus attinenciis et pertinenciis quibuscumque sicut erat et inveniebatur ipsum hospitale die illa qua nos dictis fratribus et ordini eorum contulimus possidendum. Super quibus attinenciis et pertinentiis necnon de omnibus aliis que postmodum ipsi hospitali collata sunt et reperiri potuerint, sciendam veritatem per personas ydoneas et honestas quibus de hoc possit constare legitimis documentis, elegerunt ipsi fratres ex parte sua fratrem Sybertum et fratrem Arnoldum

antedictos, et nos elegimus viros honorabiles et discretos dominum Jo. decanum ecclesie beati Stephani in Sarburg et Hernechonem dictum Lyttart preconem dicte ecclesie; ita quod quicquid ipsi quatuor super premissis invenerint et concorditer reportaverint, spectare debeat ad hospitale antedictum. Si vero non concordaverint probationibus deficientibus licet aliqui dixerint simpliciter aliquid possessionis pertinere ad hospitale sepe dictum, super illo relinquitur conscientie et iuramento . . commendatoris dicte domus de Sarburg qui pro tempore fuerit, si velit vel non affirmare ad dictam domum suam pertinere. Si vero non affirmaverit vel affirmare noluerit, ad premissum hospitale pertinebit. Insuper si predicta quatuor ab utraque parte electi invenerint dictos fratres vel alios de ordine eorum aliquid de bonis dicti hospitalis distraxisse alienasse vendidisse vel permutasse, ipsum districtum alienatum venditum vel permutatum reddere vel valorem teneantur. Preterea concessum est ab utraque parte prefatis quatuor electis ut si inter eos aliqua dissensio habeatur, ita quod super aliquo concordare non possint veritate deficiente, amicabili compositione valeant decidere si quod emerserit dubium tale. In quorum omnium premissorum testimonium et robur perpetuo duraturum sigillum nostre civitatis presentibus est appensum. Datum anno domini M.CC. nonagesimo quinto, feria secunda post festum beati Nicholai, mense decembri.

328. Robert ritter von Karben vormals burggraf von Friedberg und Uda seine gemahlin verkaufen dem deutschen haus zu Coblenz für hundertfünfundvierzig mark ihren hof und ihre hausstätte zu Oberwesel nebst allem was dazu gehört einen garten vor der stadt und einen zins von sieben mark acht schilling. 1296 apr. 10.

Nos Rupertus miles de Karben quondam burchgravius in Fredeberk et Uda eius collateralis universis tam presentibus quam futuris publice constare volentes profitemur, quod nos unanimi consensu et communicata manu bona nostra proprietaria absoluta et libera ab omni onere debitorum et censu, videlicet curiam nostram et aream sitam in oppido Wesaliensi Trev. dyoc. iuxta domos et areas Henrici dicti Vustingelder et heredum Henrici dicti Schoilteise cum omnibus suis attinenciis iuribus ortis et edificiis, necon et ortum nostrum situm extra

muros Wesalien prope litus Reni, septem marcas et octo solidos annui census denariorum legalium et dativorum: quarum seu quorum dominus Henricus de Garlandia canonicus ecclesie beate Marie Wesalien. decem solidos de vinea sua sita in Meidegershelden, Petrissa soror eius septem solidos, Lupurgis filia sororis sue similiter septem solidos de duabus vineis ex una vinea partitis in Rynhelden, annis singulis in festo nativitatis domini; item Embrico de puteo quatuor marcas et sex solidos denar. de medietatibus domus sue site infra Wesalam iuxta puteum et vinearum suarum, quarum una sita est in Manewerk secunda in Moirlebach tertia imme Heldiche, et de vinea sua in florō integrali in die cinerum; et residuos quatuordecim solidos Heyemannus dictus Schoalteisse de vineis suis sitis iuxta Endichenbach, una in Wunenzeggen secunda in Abghelden iuxta Popplerum tertia ibidem iuxta Hartmudum Heiden quarta ibidem infra eundem Heiden et quinta super Hekken ibidem que fuit Nantechi, in festo nativitatis domini predicto, nobis annis singulis perpetue solvere tenentur legitima stipulatione interveniente pro bonis proprietariis et non feudalibus: vendidimus honorandis viris dominis . . commendatori et fratribus domus Teutonice in Confluencia pro centum quadraginta et quinque marcis denario rum dativorum tribus hallensibus pro quolibet denario computatis; quas quidem marcas profitemur nobis esse traditas numeratas deliberatas et integraliter persolatas; omne ius et actionem que in dictis curia orto et censibus habuimus seu habere dinoscimur cum ipsis bonis verbo et cyroteca iusto assignationis titulo inter vivos in manus fratris Petri de Confluencia nomine dictorum . . commendatoris et fratum transferentes; et promittimus eisdem, tollere omne impedimentum et redemptionem quod et que per nostros affines et cognatos fieri poterit ex statutis seu iuribus in dicto opido Wesalien. servatis, et de evictione dictorum bonorum et guarandiam prestare debitam et consuetam; alioquin honesti viri Fridericus dictus Ryngreve miles scultetus Wesaliensis, Fridericus dictus Lange, Otto de Straiburch, Hermannus de Rynberch et Merbodo de Argendale, milites, quos prefatis . . commendatori et fratribus fideiussores constituimus, moniti ex parte eorundem sicuti fide prestita corporali in manus dicti fratris Petri promiserunt, tamdiu Wesalie

in uno honesto hospitio satisfacient in commessionibus fideiussoriis; nec aliquis per solutionem summe alicuius pecunie ab huiusmodi fideiussione liberabitur donec dictis . . commendatori et fratribus debitam prestiterimus guarandiam et impedimenta seu redemptions tollerimus ut superius est expressum fraude et dolo prorsus in hiis exclusis. Et ego Uda predicta renuncio privilegio dotis seu donationis propter nuptias si quod mihi competit vel competere posset in dictis bonis; promittens fide presbita corporali, dictam vendicionem servare nec aliqua arte vel ingenio contravenire. Acta sunt hec in presencia honestorum virorum dominorum Johannis decani ecclesie beate Marie Wesalien., Symonis de Scharpensteyn, Henrici de Blidenstad canonicorum, Winardi et Richolfi vicariorum prefate ecclesie, Friderici de Heppenefte senioris Emelrici et Merbodonis Tilmanni de Schonenburch, Theoderici de Blidenstad militum, Huberti et Tilmanni de Schonenburch, Engilberti de Guntreive armigerorum, et Henrici dicti Vustingelder scabini Wesalien. et aliorum plurimum ydoneorum testium ad hoc rogatorum et vocatorum. In cuius rei testimonium sigilla honestorum virorum Friderici de Heppenefte, Emelrici et Friderici Ringravii predictorum una cum sigillo mei Ruperti predicti ad nostras preces presentibus sunt appensa. Nos vero fideiussores et testes predicti profitemur, omnia et singula premissa vera esse sub sigillis presentibus appensis. Datum feria tercia ante festum beatorum Tyburci et Valeriani, anno domini M.CC. nonagesimo sexto.

329. Friedrich dechant von sankt Severin zu Cöln und pfarer von Limburg bei Sittart erlässt gegen eine gewisse summe den zins von zwölf und einem schilling den das deutsche haus zu Gemert an die kirche von Limburg zu zahlen hatte. 1296 sept. 27.

Universis presentes litteras inspecturis Frydericus dei gratia decanus ecclesie sancti Severini Coloniensis et investitus ecclesie de Lynburch prope Sythart Leodiensis dyocesis salutem in domino sempiternam et subscriptam cognoscere veritatem. Noveritis quod nos, utilitatem ecclesie nostre de Lynburch predice provida deliberatione in hoc pensantes, vendidimus et vendidisse nos tenore presentium profitemur viris religiosis commendatori et fratribus domus Theutonice in Gemert pro certa

pecunie summa duodecim solidos et sex denarios Lovanien. annui census perpetui, ecclesie nostre de Lymburch iam dicte singulis annis a dictis religiosis et a quibusdam aliis hominibus prope Gemert commorantibus hactenus soluti, et ipsam pecuniam nobis ab ipsis religiosis ratione contractus emptionis et venditionis predictarum numeratam traditam et assignatam in alia bona posuisse, et pro ipsa pecunia ad usus et redditus supradicte ecclesie nostre unum bonarium terre arabilis iacentis in territorio inter Lymburch et Guttichoven, que fuit Gerardi dicti Noye pistoris, emisse ab eodem Gerardo; ipsos religiosos et alios homines supradictos a soluzione census predicti quitos imperpetuum et liberos clamantes et tenentes. Et ut contractus emptionis et venditionis predictus debitam sortiatur firmitatem, Cristianus miles dominus de Lymburch noster germanus ipsius ecclesie de Lymburch patronus et dominus, Alardus decanus concilii Suestrensis sigillis suis que presentibus apponni rogavimus ipsum ratificant et confirmant. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Et nos Cristianus miles et Alardus decanus predicti contractum emptionis et venditionis sepedictam ratificantes et approbantes ad preces domini Fryderici decani supradicti sigilla nostra presentibus apposuimus in testimonium premissorum. Actum et datum anno domini M.CC.XCVI., in die beatorum Cosme et Domiani martirium.

330. Friedrich herzog von Lothringen schenkt im einverständniss mit Jacob von Oeren dem deutschen haus zu Trier das dorf Porz. 1296 dec. 26.

Nos Fridericus dux Lothoringie et marchio scire volumus universos quod dedimus et donamus donatione irrevocabili inter vivos in perpetuam elemosinam fratribus domus Theotonicorum in Treveris site de consensu et laude honesti viri Jacobi de Oiren scabini civitatis Treverensis villam nostram Porz cum universis appendiciis eius ex quacunque causa nos respondentibus cum omni iure et pleno dominio habendam tenendum et pacifice possidendum ac ipsam ceteris bonis dicte domus perpetuo adaptamus; omne ius quod in dicta villa et banno nobis competit aut competere posset in posterum nobis abdicantes in fratres dicte domus presentibus transferendo. In cuius rei

testimonium nostrum est presentibus appensum sigillum. Datum anno domini M.CC. nonagesimo sexto, in crastino nativitatis domini.

331. Johann und Gertrud Seythze eheleute mitbruder und mitschwester des ordens verzichten auf die nutzniessung von ihren dem deutschen haus zu Coblenz überlassenen gütern und erhalten dafür iährlich fünfzig malter weizen sechsundfünfzig malter korn zwölf malter hafer ein malter erbsen und fünfzehn mark baar geld. 1297 jan. 14.

Universis etc. Johannes dictus Seythze et Gertrudis eius uxor legitima, confrater et consoror ordinis fratrum Teuthoniorum domus beate Katherine in Colonia, subscriptorum omnium cognoscere veritatem. Noveritis quod nos curtim in Synstedi, quam tenuimus etc. hucusque cum agris arabilibus decimis censibus iuribus etc. a venerabilibus viris domino Theoderico commendatore et . . . fratribus domus Theutonice beate Marie in Confluencia Trev. dyoc., remittimus et remisimus eisdem per presentes etc.; renunciantes omni iuri quod nobis in eadem curte et quibuslibet pertinenciis suis competitetc.; tali conditione et pacto adiectis, quod dicti . . . commendator et fratres nobis persolvent et se soluturos per sollempnem stipulationem promiserunt ad usumfructum nostrum quinquaginta maldra tritici quinquaginta sex maldra siliginis duodecim maldra avene et unum maldrum pisorum, quodlibet maldrum prope unum denarium de meliori tritico silagine avena ac pisis melioribus que tempore solucionis et assignationis in communi foro Colonei poterunt inveniri, de curte sua in Judenroyde; item et promiserunt, se nobis soluturos quindecim marcas denariorum pro tempore usualium et dativorum etc., de quibus ipsi et domus eorum in Confluencia nobis persolvere et assignare tenebuntur decem marcas ac domus beate Katherine in Colonia quinque marcas. Quam quidem annonam et pecuniam nobis ad usumfructum nostrum assignabunt et presentabunt etc. singulis annis quoad vixerimus infra festum beati Martini episcopi hyemalis Coloniam eorum periculis dampnis etc.; et dicti fratres domus Coloniensis similiter dictas quinque marcas nobis pro parte sua infra idem festum presentabunt; eo addito et adiecto, quod quandocumque alter nostrum decesserit, extunc media pars dicte

annone et pecunie cum quibuscumque aliis bonis mobilibus et immobilibus ipsius defuncti etc. cedet dictis . . commendatori et fratribus in Confluentia pro memoria ipsius defuncti in elemosinam et medietas dictarum quinque marcarum fratribus nostris dicte domus Coloniensis similiter cedet etc.; exceptis utensilibus et supellectilibus et excepta domo quam inhabitamus, de qua supervivens ex nobis predictis commendatori et fratribus domus in Confluencia singulis annis in dicto festo quamdiu vixerit persolvere tenebitur occasione census duas marcas monete supradicte. Nobis vero ambobus de medio sublatis dicti fratres tam domus Confluen. quam Colonien. quiti erunt et absoluti etc. a solucione etc. dicte annone et pecunie, et eis omnia supradicta cedent in perpetuam memoriam nostram etc. In cuius rei testimonium etc. sepefatis commendatori etc. contulimus presens instrumentum, sigillis venerabilium virorum dominorum Godefridi abbatis mon. sancti Pantaleonis et magistri Godefridi decani sancti Georgii Colonien. ad preces nostras presentibus appensis firmiter communictum etc. Datum et actum anno domini M.CC. nonagesimo sexto, crastino octavarum epyphanie eiusdem.

332. Heinrich abt von Rastede bezeugt dem deutschen haus zu Münster dass der Holthof seit urvordenlichen zeiten seinem kloster gehört habe. Rastede, 1297  
april 6.

Universis presentes litteras audituris Hinricus dei gratia abbas Rastedensis monasterii ordinis sancti Benedicti salutem cum notitia veritatis. Noveritis quod proprietas seu ius dominii curtis Holthoff site in parochia Ascheberge, que nunc pertinet ad Christi milites domus Monasteriensis, a tempore a quo non est memoria ad nostrum pertinuerat monasterium et a nostris predecessoribus possessa est pacifice et quiete, sicut in nostris privilegiis per sedem apostolicam confirmatis et libris nostris censualibus continetur expresse et sicut etiam omnibus est notorium et manifestum. In cuius rei testimonium presentes eisdem litteras dedimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum Rastede, in vigilia palmarum, anno domini M.CC. nonagesimo septimo.

333. Folmar pastor in Lending und Folmar früher vikar in Wurming beurkunden dass Johann pastor in Wurming dem deutschen haus zu Saarburg alle seine güter zu Cutting vermachte. 1297 iuni 27.

Nos Folmarus pastor ecclesie de Lendinga et Folmarus quondam vicarius ecclesie de Wurminga Metensis dyoc. notum esse volumus universis quod dominus Johannes pastor ecclesie de Wurminga gravi laborans infirmitate compos mentis omnia bona sua, que habuit quocunque iure ad eum pertinencia in villa dicta Chuttinga seu banno eiusdem ville tam in hominibus agris pratis censibus et rebus aliis quibuscunque, in remedium anime sue pure et simpliciter propter deum nomine legati consultit viris religiosis commendatori et fratribus domus Theot. in Sarburc in puram elemosinam, predicta omnia et singula possidenda etc.; excipiens tamen idem Johannes predictus quod dominus Symon frater dicti domini Jo. quamdui viveret dicta bona etc. teneret et possideret, et post mortem dicti domini Symonis militis fratris dicti domini Jo. bona predicta dictis commendatori et fratribus cedant sicut est prescriptum; testibus ad hoc specialiter in testimonium vocatis et rogatis, videlicet domino Symone de Cuttinga milite predicto, Marsilio clero dicti domini Johannis et Arnoldo famulo militis predicti. Acta sunt hec anno domini M.CC. nonagesimo septimo, feria sexta post nativitatem beati Johannis baptiste. In cuius testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa.

334. Gerard sohn des ritters Hermann von Immelenhausen verkauft dem deutschen haus zu Coblenz für sechshundertvierzig kölnische mark seinen hof zu Nothhausen hundertdreissig morgen ackerland und drittehalbe holzgewalt die er vom orden zu lehen gehabt und die innerhalb des gerichtsbezirks desselben gelegen. 1297 sept. 30.

Universis presentes litteras visuris et audituris Gerardus filius legitimus domini Hermanni de Immelenhusen militis in perpetuum cognoscere veritatem. Noverit universitas vestra quod ego de patris mei predicti et aliorum amicorum meorum maturo consilio vendidi et vendo per presentes venerabilibus viris dominis . . commendatori et fratribus ordinis Theutonicorum domus beate Marie in Confluenzia perpetuo iure curiam cum omnibus suis edificiis pertinentiis et iuribus sitam Noythusen, item centum ac

triginta iurnales terre arabilis iacentes in campis et terminis eiusdem ville, et duo iura ac dimidium ius secandi in nemore, que dicuntur vulgariter durte halve holszgewalt, infra iurisdictionem dictorum commendatoris et fratrum, quam curiam et quos agros ac iura secandi in nemore tenebam in feodo ab eisdem, pro precio sexcentarum et quadraginta marcharum Coloniensis pagamenti. Preterea promitto et promisi bona fide quod Rabodo Wilhelmus Johannes Walramus Henricus Uncgerammus fratres mei Konegundis Edelandis et Odilia sorores mee et coheredes, quamcito ad annos discretionis et legitime etatis pervenerint, renunciabunt et effestucabunt dictis curia agris nemoribus et bonis ad manus dictorum . . commendatoris et fratrum secundum ius et consuetudinem terre que in talibus et circa talia solent observari. Et ut super premissis omnibus sepedicti commendator et fratres magis cauti et securi existant, ipsis statui et dedi fideiussores fidelignos, honorabiles viros dominos Reynardum canonicum ecclesie sancti Georgii Colon. pastorem in Hemerde, Rabodonem burgravium in Odenkirgen, Henricum de Immelenhusen patruum meum, milites, nobilem virum Johannem advocatione in Gore, Jacobum de Hugelhoven, Hermannum de Lyvendale et Uncerammum fratrem predicti burgravii, qui se pro me et una mecum in solidum obligantes per sollempnem stipulationem promiserunt, si predicti fratres et sorores mee non renunciaverint ut est predictum, quamcito moniti fuerint, quod intrabunt Brugche ad iacendum ad comedus in uno honesto hospicio, abinde nec a dicta iacentia ullomodo recessuri, nec aliquis eorum ratam suam vel portionem solvendo liberabitur a iacendo et fideiussione, donec sepedictis commendatori et fratribus de omni eo defectu sit plenarie satisfactum. In cuius rei testimonium predictis commendatori et fratribus contuli presens instrumentum sigillis nobilis viri domicelli Gerardi de Dycken et domini Rabodonis burgravii predicti firmiter communitum. Datum et actum anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, in crastino beati Michaelis archangeli.

335. Gerard ritter von Botzdorf und Blyza seine ehwirthin verkaufen dem deutschen haus zu Coblenz für fünfhundertfünfundzwanzig mark ihren hof zu Elfgau und ihre übrigen besitzungen im kirchspiel Gusdorf. 1298 ian. 4.

In nomine domini amen. Nos Gerardus de Boystorp miles et Elyza uxor eius notum esse volumus universis quod nos coniuncta manu vendidimus et vendimus tradidimus et tradimus pro nobis et heredibus nostris iure perpetuo curtem nostram cum edificiis superpositis sitam in Elfge in parrochia de Goystorp, ac agris arabilibus nemoribus pascuis pratis piscariis censibus redditibus servitiis hominibus iuribus et aliis quibuscumque bonis nostris quounque nomine et iure censeantur, sitis infra parrochiam de Goystorp predictam, sive sint allodium nostrum vel dependeant in curtem honorabilium et religiosorum virorum commendatoris et fratrum domus Theutonice in Confluentia iacentem in Lagge, predictis commendatori et fratribus ementibus erga nos pro precio quingentarum et viginti quinque marcarum Colon. den. nobis ad plenum numerato tradito et soluto. Quam quidem curtem agros nemora etc. transtulimus et transferimus in manus ipsorum commendatoris et fratrum et disbrigavimus coram iudicio et scabinis legitima et sollempni renunciatione facta una cum . . . filio nostro secundum consuetudinem patrie et morem loci in quo curtis et bona predicta sita sunt; renunciantes exceptioni non numerati non soluti precii doli mali metus beneficio restitutionis in integrum et alii omni iuris auxilio. In cuius rei testimonium presens instrumentum dictis dominis commendatori et fratribus damus sigillis honorabilis et religiosi viri domini Godefridi abbatis monasterii sancti Pantaleonis Coloniensis et domini Rabodonis militis burgravii in Odenkirchen firmiter communitum. Datum et actum anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, sabbato post festum circumcisio[n]is eiusdem.

336. Ludolph herr zu Wickrath und Irmgard sein ehegemahl verkaufen dem deutschen haus zu Coblenz für siebenhundertfünfsiebenzig mark ihren hof zu Eckum im kirchspiel Romerskirchen. 1298 jan. 22.

In nomine domini amen. Universis presentes litteras visuris et audituris nos Ludolphus dominus in Wyckeroyde et domina Irmgardis eius uxor legitima notum esse volumus quod nos manu coniuncta vendidimus et vendimus per presentes iusto titulo emptionis et venditionis pro nobis et nostris liberis et heredibus venerabilibus viris . . . commendatori et fratribus domus

Theutonice in Confluentia perpetuo et hereditario iure curtem nostram Eginckeym sitam infra parrochiam de Rumerskirgen, cum duobus mansis et dimidio et sex iurnalibus consistentibus tam in agris arabilibus pratis pascuis piscariis quam nemoribus item et iuribus iurisdictionibus cippo uno propter iudicium posito in eadem curte et servitutibus hominibus censitis redditibus pensionibus censibus et quibuscumque aliis pertinentibus in eandem curtem quocunque iure et nomine censeantur, pro octingentis marchis viginti quinque marchis minus Colon. den. de quibus solutio plena nobis facta est. Quorum agrorum nemorum pratorum curtis et aliorum pertinentium ad eandem, demonstrationem specificationem et mensurationem fecimus eisdem . . commendatori et fratribus et superportavimus ac superportamus disbrigavimus et disbrigamus curtem et bona omnia pertinentia in eandem pro vero et libero allodio ad manus predictorum commendatoris et fratrum; renunciantes et effestucantes una cum Katherina et Jutta filiabus nostris pro nobis liberis et heredibus super dicta curte et bonis prout moris et consuetudinis fuit ibidem omni iuri tam proprietatis possessionis quam dominii. In cuius rei testimonium sepefatis . . commendatori et fratribus contulimus presens instrumentum sigillo nostro communatum. Et ut premissa omnia et singula maiori robore fulciantur sigilla nobilium virorum dominorum Wilhelmi domini de Elpinstein, Ottonis domini de Wyckeroyde avunculorum nostrorum pro nobis rogavimus hiis apponi. Datum et actum anno dominice incarnationis M.CC. nonagesimo septimo, in crastino beate Agnetis virginis.

337. Gerard graf von Jülich gibt dem deutschen haus zu Siersdorf zollfreiheit für seinen bei Zülpich gewachsenen wein. Siersdorf, 1298 febr. 2.

Gerardus comes Juliacensis. Omnibus per presens scriptum notum facimus quod nos pro anime nostre remedio religiosis viris . . commendatori et fratribus de domo Theutonica in Seyrstorff libertatem hanc contulimus etc.\* ut videlicet vinum quod ipsis in eorum allodio seu proprietate quatuor iurnalium apud Tulpetum crescit sive in Velden sive quovis alio loco infra terminos iurisdictionis nostre etc.\* libere ducant etc.

\*) Wie in der urkunde nr. 225.

Datum Seyrsdorp, in purificatione beate Marie, anno domini  
M.CC. nonagesimo septimo.

338. Johann herzog von Brabant gestattet den deutschordensbrüdern von Coblenz, die mauern der veste Antwerpen soweit sie an ihren besitzungen vorbeigehen sich anzueignen so jedoch dass ihre auf den mauern aufgeföhrt gebäude die vertheidigung der veste in keiner weise hindern sondern iedes mal wenn es die noth erfordert zur verfügung stehen müssen. 1298 märz 15.

Universis presentes litteras visuris nos Johannes dei gratia dux Lotharingie Brabantie et Limburgie notum facimus quod nos . . . honorabilibus viris ac religiosis nobis in Christo dilectis commendatori et fratribus domus Teutonicorum de Confluentia concessimus et concedimus, ut ipsi muros castri Antverpiensis prout a latere possessionum et hereditatis eorum ibidem se extendunt valeant licite retinere et debite, salvo tamen quod per eorum edificia que etiam licite super dictos muros construere et construi facere possunt tuitio et defensio castri non sit aliquatenus occupata sed prompta et parata pateat et inveniatur prout necessitas requisierit quoties fuerit oportunum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Actum anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo septimo die sabbati ante laetare Jerusalem.

339. Bogo der richter Everhard Temminc und die andern schöffen zu Vreden bezeugen dass Jutta tochter des Hermann Werence zu gunsten Diederich's von Bakelohe des comthurs von Münster ihren ansprüchen auf das gut genannt Marquarding's erbe gänzlich entsagt. [Vreden], 1298 april 14.

Nos scabini in Vredene universis ac singulis presentia visuris et audituris notum esse volumus, quod domina Jutta filia Hermanni dicti Werence uxor Gottscalci Arietis resignavit plane et simpliciter bona dicta Marewordinc sita in parochia Dulmene cum hominibus ac omnibus suis attinentiis, secundum quod iacent, in manus domini Theoderici dicti de Bakelo, commendatoris fratrum Monasteriensium de domo Teutonica; que quidem bona comparaverunt sibi titulo emptionis erga Hermannum Werence predictum ac suos veros et legiti-

mos heredes; quod presentibus sigillo nostro roboratis publice protestamur. Facta est hec resignatio coram Bogone tunc temporis iudice et coram nobis, videlicet Everhardo Temminc, Gerhardo Kobbinc, Herewico Girkine, Gerlaco Amelies, Johanne Kappenhage et Ludolpho de Cippe ceterisque tunc temporis scabinis in Vredene; istis etiam astantibus videntibus et auditibus, domino Johanne Kobbinc plebano in Vredene, domino Jacobo capellano, domino abate ibidem ac aliis quampluribus fide dignis. Actum et datum anno domini M.CC. nonagesimo octavo, Tiburtii et Valeriani martyrum.

340. Karl landcomthur in Lothringen und die brüder des deutschen hauses zu Saarburg verständigen sich mit dem ritter Johann von Xonber wegen des wasserlaufs zwischen den mühlen zu Hudeling und Wale. 1298 mai 9.

Nos frater Karulus provincialis in Lothorengia omnes quoque fratres domus Teutonicae in Saraponte et . . . Johannes dictus de Xonber miles notum facimus universis, quod cum discordia verteretur inter nos pro eo videlicet quod ego Jo. miles conquererer quod dicti fratres ac Johannes Herginensinga eorum molendinarius michi et molendino meo sito prope Wale dampnum inferrent et gravamen super eo quod ipsi aquam sui molendini siti apud Hudelingen ultra quam suum ius se extenderet assendere fecient ita quod predictum molendinum meum cursum aque sue habere commode non poterat: nos per viam iuris et de bonorum consilio pacificati sumus in hunc modum, quod nos metas posuimus et poni fecimus quas metas dicti fratres nec eorum molendinarius aquam sui molendini de Hudelinga predicti facere trancire non debent. Et est sciendum quod dicte mete non debent alicui preiudicium generare nec gravamen inferre aliquod, cum non sint posite nisi tantummodo quod aqua molendini de Hudelinga predicti dictas metas trancire non debeat vel possit de iure; promittentes nichilominus nos fratres predicti et . . . Johannes miles antedictus premissa omnia inviolabiter observare et tenere. Ego vero . . . Johannes de Hergnensinga molendinarius predictus promitto meo et heredum meorum nomine premissa omnia firmiter observare et tenere. In cuius rei testimonium nos frater Karulus nostro fratrum quoque nostrorum

et Johannis de Hergnesinga molendinarii et ego . . Jo. de Xonber miles predictus sigillum nobilis viri domini . . Jo. comitis de Salmis a quo molendinum meum predictum teneo presentibus ad petitionem meam apponi feci in testimonium veritatis. Datum anno domini M.CC. nonagesimo octavo, feria sexta ante assencionem domini.

341. Eberhard bischof von Münster beurkundet dass ritter Rudolph von Lippe seinen ansprüchen auf den dem deutschen haus zu Münster gehörigen im kirchspiel Ascheberg gelegenen Holthof entsagt. 1298 aug. 16.

Everhardus dei gratia Monasteriensis episcopus universis presentia visuris salutem et notitiam rei geste. Noveritis quod cum Rudolpus de Lippia miles commendatorem et fratres beati Georgii Monasteriensis super curte dicta Holthoff sita in parochia Ascheberg impeteret, asserens se ius habere in eadem, tandem compositione amicabili inter ipsas partes ordinata idem Rudolphus miles Hermannus filius eius senior Cristina ipsius Rudolphi uxor legitima Johannes Rudolphus Gerburgis Gisla et Margaretha liberi dictorum coniugum in nostra propter hoc constituti presentia dicte curti Holthoff et impetitioni ac omni iuri que et quod ipsis in eadem curte competiit aut quoquo modo competere poterit in futurum, renunciaverunt simpliciter et expresse; promittentes se nunquam contra huiusmodi renunciationem aliquid facturos tacite vel manifeste; recognoveruntque se nihil iuris ulterius habere in predicta curte Holthoff et attinentiis eiusdem. Acta sunt hec presentibus Theoderico de Heringen veteris ecclesie beati Pauli Monasteriensis preposito, Gerhardo de Bodere et Bernardo de Bilrebeke canonicis Monaster., Joanne cappellano nostro, Ernesto canonico veteris ecclesie beati Pauli Monasteriensis; Gerlaco de Beveren, Hermanno de Huvele, Rolando de Vechtorde, Bernardo de Vernebove militibus, Hermanno de Mervelde, borchgravio de Stromberg, Henrico de Slucen, Joanne Steke, Joanne de Söneborne, Godefrido Straten et aliis quampluribus fide dignis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo octavo, in sabbato proximo post assumptionem beate Marie virginis.

342. Elisabeth wittwe des ritters Hermann von Dernau verkauft den deutschordensbrüdern zu Muffendorf ihre gütter in Unkelbach. 1299 febr. 22.

Universis presentes litteras visuris et audituris. Ego Elizabet relictा quondam Hermanni militis de Dernowe presentibus protestor, me vendidisse de unanimi consensu et voluntate liberorum meorum Hermanni primogeniti Adolfi Goblini Grete Aleidis et Elizabet viris honestis domus Teuthonice, commorantibus Muffindorp, bona nostra sita in Unkilbach cum omnibus pertinenciis prout ibidem iacent; renunccians effestucando simpliciter et absolute cum omnibus meis liberis prenotatis; in presencia iuratorum curtis qui vulgariter dicuntur hygen, videlicet Jacobi de Saffinberg, Jacobi filii dicti Prumbum et Goblini dicti Kabin, et aliorum proborum virorum ad hoc vocatorum, Wiperti, Sifridi militum de Dernowe, Johannis de Adinbach, Hynverdi de Puderbach et Robodonis de Winteren; et hoc vobis et omnium eorum quorum interest sub sigillo plebani de Dernowe duximus significandum, quod ad petitionem nostram in testimonium premissorum presentibus est appensum. Datum anno domini M.CC. nonagesimo octavo, dominica exurge.

343. Dithard ritter von Paffendorf burggraf zu Ehrenbreitstein Sifrid genannt iunge scheffen und Richolf schöffen der stadt Coblenz beurkunden dass Jutta von Ehrenbreitstein dem deutschen haus zu Coblenz unter vorbehalt der nutzniessung auf lebenszeit zwei mark iährlichen zinses haf tend auf einem hause in Coblenz geschenkt hat. 1299 aug. 10.\*)

In nomine domini amen. Universis presens scriptum visuris et audituris nos Dytardus miles de Paffendorf burgravius reverendi patris archiepiscopi Treverensis in Erenbrechstein, Syfridus dictus iunge scheffen et Richolfus scabini opidi Confluen. cupimus esse notum tenore presencium publice protestantes, quod propter hoc in nostra presencia puella Jutta de Erenbrechstein constituta dedit irrevocabiliter donacione inter vivos et effestucando renunciavit in puram elemosinam pro remedio

\*) Vergl. bd. 1. s. 431; wo durch druckfehler 1396 statt 1296 steht.

anime sue et progenitorum suorum animarum salute duas marcas annui census, quas habet et habere dimoscitur super domum Henrici opidani Confluen. sitam in via publica que dicit de ecclesia sancti Castoris ad ecclesiam sancti Florini, ex cuius uno latere possidet Engilbertus de Archa miles ex alio latere est via seu transitus ad Mosellam, quam domum dicta puella Jutta contra dictum Henricum et Gudam eius uxorem pro viginti septem marcis et dimidia et duobus maldris siliginis legitime comparavit, prout in littera super hec confecta plenius continetur sigillata sigillo communi opid. Confluen.; et obtulit libera voluntate resignando in manus religiosorum virorum commendatoris et fratrum domus Theutonice in Confluen. pleno iure; adiiciens donationi seu resignationi tales conditiones et pacta quod ipsa dictos redditus duarum marcarum, prout in littera super hoc confecta plenius continetur, quamdiu vixerit percipiet et habebit, post mortem vero dicte puelle Jutte dicti redditus ad dictam domum commendatorem et fratres libere et absolute devolventur [nec quisquam] alius extunc ius in eis sibi vendicare poterit vel debebit. Ordinavit etiam quod dicti commendator et fratres in sua ecclesia singulis annis suum solemniter agent anniversarium et conscribi procurabunt; habebunt eciam de dictis duabus marcis unam ipso die ad pictanciam. Insuper ordinavit quod de dictis duabus marcis sex solidi ipso die infirmis in dicta domus hospitali recumbentibus dabuntur ad refectionem. Item ordinavit quod residui sex solidi dabuntur pro lumine cereo quod ardebit singulis diebus ad missam et ad vesperam et ad matutinas quamdiu duraverit coram reliquiis ecclesie . . commendatoris et fratrum domus memorare. Et ut hec omnia rata permaneant et inconvulta hanc litteram conscribi fecimus et sigillari sigillis domini nostri Dytardi militis, Syfridi et Ricolphi scabinorum predictorum et dedimus eam dictis religiosis ad perpetuam firmitatem taliter communitam. Et nos Dytardus de Paffindorp miles Syfridus et Ricolphus scabini predicti recognoscimus omnia et singula suprascripta sic esse et vera et sigilla nostra ad petitionem dicte puelle Jutte presentibus apposuisse in testimonium et firmitatem omnium premissorum. Acta sunt hec anno domini M.CC. nonagesimo nono, in die beati Laurencii martiris.

344. Hugo bischof von Lüttich bestätigt die von Rasso von Houte dem deutschen haus zu Biesen gemachte schenkung eines altars in der kirche zu Cortersen. Mouchout, 1299 aug. 16.

Universis presentes inspecturis Hugo dei gratia Leodiensis episcopus veritatis noticiam cum salute. Cum olim frater Rasso dictus de Ligno miles contulerit et concesserit . . commendatori et fratribus ordinis Theutonicorum domus beate Marie de Joncis quoddam altare situm in ecclesia Cultrensi constructum in honore salvatoris et beate Marie virginis: nos dictam concessionem factam per dictum Rassonem, sicut in litteris patroni capituli et investiti dicte Cultrensis ecclesie plenius vidimus contineri, auctoritate ordinaria volumus approbamus confirmamus et roboramus; et volumus quod in perpetuum dicta concessio roboris obtineat firmitatem. In cuius rei testimonium sigillum nostrum litteris presentibus duximus apponendum. Datum in castro nostro de Muhaul, in crastino assumptionis virginis gloriose anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono.

345. Tillmann Seilvenbaum und Clementia eheleute zu Cöln verzichten auf ihre klage gegen das deutsche haus zu Muffendorf wegen der von der mutter der letztern, Elisabeth wittwe Arnold's von Hirsele, verkauften güter zu Unkelbach. 1299 dec. 7.

Universis presens scriptum etc. Ego Thilmannus dictus Seylvenboym et Clemencia uxor mea legitima cives Colonienses notum esse cupimus quod nos sponte pure et simpliciter renunciavimus et renunciamus per presentes in hiis scriptis omni actioni et cause nobis competentibus seu competere potentibus contra venditionem medietatis bonorum sitorum in villa Unkelbach, pertinencium seu spectancium ad curtem ibidem que Stadelhof vulgariter appellatur, factam per Elyzabet relictam quondam Arnoldi de Hirsele, matrem mei Clemencie predicte, prout ad eam spectabant ab antiquo, et si quod iuris hactenus habuimus in eisdem, ad manus religiosorum virorum . . commendatoris et fratrū domus Theutonice in Munfendorpe ementium et recipientium pro certa summa pecunie quantitate, ac eandem quia rite facta est ratam habemus; promittentes predictis . . commendatori et . . fratribus legitime stipulantibus contra huius-

modi venditionis contractum ullo umquam tempore non facere vel venire per nos vel per alium aliqua arte ingenio sive causa. Renunciamus eciam modo predicto ab ama vini annui et hereditarii census per Elizabet predictam vendita ipsis . . commendatori et . . fratribus prenotatis, de dimidio iurnali vinee iacentis apud villam que Luccickewintere appellatur singulis annis perpetuis temporibus persolvenda. In cuius rei testimonium quia sigilla propria non habemus sigilla discretorum virorum Johannis plebani ecclesie sancti Severini Coloniensis et Henrici de Cyerne civis Coloniensis apponi rogavimus et impetravimus huic scripto. Et nos plebanus sancti Severini et Henricus de Cyerne etc. Actum Colonie ante ecclesiam sancti Severini predictam; presentibus honestis viris Henrico de Cyerne predicto, Markmanno et Walthelino filio domini Walthelini de Aqueductu, officiatis et civibus Colonien., testibus ad hoc vocatis et rogatis; et datum anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono, crastino beati Nycholai episcopi.

346. Friedrich ritter von Langenau beurkundet dass Anselm von Witzelbach deutschordensbruder und Damar von Herschbach vor der in Anre zum gericht versammelten gemeinde Winden ihre güter getheilt haben. 1300 ianuar 25.

Omnium habere memoriam pocius est divinitatis quam humanitatis. Unde necesse est conscribi ea que coram nobis aguntur ne oblivioni tradantur. Noverint igitur presencium inspectores quod constituti in villa Anrey in figura iudicii frater Anselmus de Winzilinbach ordinis domus Theutunice ex una parte et Damarus et Aleydis uxor sua cum suis heredibus ex altera confessi sunt, se de omnibus bonis suis sitis in parochia in Winden amicabilem fecisse compositionem et ea omnia equaliter per medium divisisse ita videlicet quod uterque gaudens sua parte est contentus. Renunciaverunt eciam alternatim omni actioni de predictis bonis in posterum ferende; et predictus frater Anshel mus dedit cuilibet puerorum predicti Damari de Hergisbach unum denarium in signum rei facte. Huius testes sunt Fridericus miles de Langenauwe, dominus Petrus de Arnsteyn et communitas de Winden. In robur et testimonium predictorum ego Fridericus predictus de Langenauwe sigillum meum presen-

tibus duxi apponendum. Datum anno domini M.CC. nonagesimo IX., in conversione Pauli apostoli.

347. Johann abt von Averboden Heinrich von Bocholtz und Johann von Möllenbeke, in der streitsache zwischen dem deutschen haus zu Beckenvoirt und Wilhelm herrn von Kersbeke entscheidend, erkennen das ordenshaus für verpflichtet, von seinen bei Testelt gelegenen güttern dem herrn von Kersbeke als grundherrn iährlich zwölf denare und zwei kapüune und für neue handgewinnung zwölf denare zu zahlen. 1300 febr. 22.

Universis presens scriptum visuris et audituris Johannes dei patientia abbas monasterii Averbodiensis, Henricus de Bocghout et Johannes de cymiterio de Moellenbeke salutem cum notitia veritatis. Declaratione presentium litterarum cupimus esse notum, quod cum inter viros religiosos dominum commendatorem et fratres domus Theutonice in Begkenvoert ex una parte et Willelmum dominum de Kersbeke ex parte altera verteretur dissencio super iure relevii sive cormede quam ipse Willelmus de bonis predicte domus de Begkenvoert iacentibus sive sitis apud Testelt, videlicet de prato vinea domo torculari et aliis cum suis attinenciis, que tenentur ab ipso Willelmo, sibi solvi requisivit post mortem Walteri dicti Vanderstraten ad hoc mansionarii constituti: tandem dicte partes ad sopiendam huiusmodi controversiam in nos tamquam in arbitros seu arbitratores videlicet ipse commendator de Begkenvoert in me Johannem de Moellenbeke et ipse Willelmus in me Henricum de Bocghout taliter compromiserunt, quod si nos duos inquisita de premissis veritate legitima discordare contingeret quod fecimus, terminare deberemus hinc inde nostrum dictum seu arbitrium mediante domino abbate supradicto tanquam tertio superiore arbitro constituto a dictis partibus, que nostrum huiusmodi arbitrium fide interposita promiserunt firmiter et inviolabiter observare. Nos igitur Johannes abbas Henricus et Johannes predicti arbitri consideratis omnibus que consideranda fuerint in premissis per testimonium legitime veritatis expertise, presentibus dictis partibus videlicet domino Johanne de Lymborgh commendatore et investito de Begkenvoert, Willelmo de Kersbeke, fratre Nicolao dicto Kole et Johanne Houwere et Gerardo de Spict de Tesselt

mansionariis dicti Willelmi, ac etiam Johanne filio Altoyi de Dyist et Godefrido de Rivo in testes ad hoc vocatis, nos arbitrium de premissis sufficienti deliberatione prehabita pronuntiamus in hunc modum, scilicet quod dicto Willelmo sicut hactenus est productum nomine census annui tamquam domino fundi debentur omni anno duodecim denarii et duo capones de bonis supradictis solvendi et post mortuam manum duodecim denarii et non magis causa relevii de eisdem. In cuius rei testimonium et munimenta presentes litteras sigillis nostris duximus roborandas. Et nos vero Willelmus dominus de Kersbeke, quia dictum arbitrium secundum sui formam et declarationem prout dictum est superius in hiis scriptis observare promisimus et volumus ut tenemur, sigillum nostrum eciam huic page duximus apponendum. Actum in Averbodio, in die purificationis beate Marie virginis, anno domini M.CC. nonagesimo nono. Datum eodem anno, in die cathedre beati Petri apostoli.

348. Heinrich Vlecke übergibt dem deutschen haus zu Köln seinen hof zu der Grath im kirchspiel Rommerskirchen nebst dem zehnten, für welche er lehrsmann des grafen Wilhelm von Berg, sodann einen hof und ackerland zu Roede, und tritt dagegen für eine allodialbesitzung zu Roede zum grafen in lehnspflicht. 1300 sept. 13.

In nomine domini amen. Universis presentes litteras visuris et audituris nos Henricus dictus Vlecke et eius uxor legitima notum facimus, quod cum nos tenamus quandam curtem sitam zu der Grath cum decima iacente infra campos et terminos ville Rumers'virgin, de quibus verus vasallus existo nobilis viri domini Wilhelmi comitis de Monte, et viceversa quedam alia bona teneamus, videlicet curtem et agros arabil s iacentes Rode in dominio et districtu dicti domini comitis, que sunt liberum allodium nostrum, nos commutationem de dictis bonis hinc inde facere volentes annuit nolis idem dominus comes et consensit, quod dictas curtem et decimam zu der Grath exemimus et absolvimus a iure homagii et in recompensationem bona nostra apud Roede ipsi domino comiti reddimus in servitatem ita quod ego Henricus predictus eodem bona apud Roede recipio iure homagii ab eodem domino comite. Et nos Henricus et eius uxor dictas curtem et decimas zu der Grath manu

coniuncta dedimus et damus perpetuo et hereditario iure ad manus venerabilium virorum . . commendatoris et fratribus Theutonicorum domus beate Katherine in Colonia. In cuius rei testimonium prefatis . . commendatori et fratribus contulimus presens instrumentum sigillo dicti domini comitis una cum sigillis strenuorum virorum domini Engilberti dicti Rusilpaffe et domini Brunonis dicti de Garderoede militum, fidelium eiusdem domini comitis, firmiter communatum. Datum et actum anno domini millesimo trecentesimo, in vigilia exaltationis sancte crucis.

349. Wilhelm graf von Berg schenkt dem deutschen haus zu Coblenz den hof Berg im kirchspiel Elsen. 1301 märz 26.

Nos Wilhelmus comes de Monte et uxor nostra legitima universis presentes litteras visuris et audituris notum esse cupimus tenore presencium publice profitendo, quod nos damus conferimus et resignavimus per presentes commendatori et fratribus domus Teutonicae in Confluentia ius proprietatis seu proprietatem curtis dicte Berg suarumque omnium attinentium site in parochia Elsensi habendam et in perpetuum tam a dictis commendatore et fratribus quam suis successoribus libere possidendam. In recompensationem vero dicte proprietatis Godefridus dictus de Nivenheim miles et Johannes de Ketzenberg nobis et nostris heredibus centum et triginta iurnales arabiles sitos in parochia Elsensi supra Berg liberos et solutos superportabunt sicut in litteris super hoc confectis plenius continetur. Promittentes igitur firmiter per presentes quod nos et nostri heredes dictos commendatorem et fratres et eorum successores occasione dicte proprietatis impetere molestare vel in aliquo pregravare ulla tenus non debeamus. In huius rei perpetuam firmitatem sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum et actum anno domini millesimo trecentesimo primo, in die palmarum.

350. Peter kaplan des Maria Magdalenen-altars in der Castorskirche zu Coblenz überlässt den eheleuten Albert und Kunegunde [rechtsvorgängern des deutschen hauses zu Coblenz] in ewige erbpacht das dem genannten altar gehörige zwischen dem deutschen haus und der wohnung des priesters Peter Karst gelegene haus. 1301 iuli 5.

Universis presens scriptum visuris et audituris Petrus capellanus altaris beate Marie Magdalene in ecclesia sancti Castoris in Confluentia cupio notum esse et presentibus publice recognosco quod pro evidenti utilitate altaris mei predicti accedente super hoc expresso consensu et bona voluntate dominorum meorum . . decani et capituli eiusdem ecclesie concessi et in hiis scriptis concedo Alberto et Cunegundi coniugibus Confluensibus in emphiteosim perpetuam domum pertinentem ad dictum altare meum, sitam inter novam domum fratrum domus Theutonice et domum Petri dicti Karst presbiteri, pro decem et octo solidis bonorum denariorum in Confluentia usualium michi et meis successoribus in festo beati Martini hyemalis annis singulis persolvendis, ea conditione subiuncta quod dicti coniuges vel eorum successores de fundo dicte domus novem denarios dicte monete dominis Henrico et Rorico de Muntabur fratribus militibus vel eorum heredibus nomine annui census et michi seu capellano dicti altaris qui pro tempore fuerit duodecim denarios nomine legati ab eisdem coniugibus relict i seu facti pro remedio peccatorum suorum et ut ipsorum memoria peragatur in altari predicto, solvere singulis annis in eodem termino tenebuntur; et si dicti coniuges vel alter ipsorum aut eorum heredes septem\*) solidos dicti census michi debiti in certis bonis potuerint assignare ipsos recipiam, et residuos duodecim habebo de domo predicta. Et nos coniuges supradicti premissa sic esse protestamur et vera. In quorum testimonium sigillum dicte ecclesie ad causas ad preces nostras presentibus est appensum. Datum feria quarta post festum beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno domini M.CCC. primo.

351. Lambert und Wilhelm von Bürne gebrüder geben dem deutschen haus zu Saarbrücken ihr zinsgut zu Berne Stiring und Speichern. 1301 iuli 8.

Ich Lamprecht und ich Wilhelm von Bürne gebrüder dunt kunt allen luden, daz wir gemeynlichen und wel besonnens mudes und umb heil unse altfordern und unse nachkume selen so hant wir gegeben und gebent myt dissem briefe vor uns und unse erben ewentliche und ummerme zu eyme rechten selege-

\*) Ohne zweifel schreibfehler statt „*sex* solidos“.

rede zu dem dütschen huse zu Sarbrücken solich zinsgüt daz wir hant zu Berne zu Steringen und zu Spycher, nüsse nycht usgenumen, und globent vor uns und vor unse erben, dise vorgeschr. düng stede und veste zu halden in guten trüwen und ane alle geverde und argeliste. Des zu urkunde so hant wir alle bede unse ingesügel an dessen brieff gehencket uns und unse erben zu übersagen disse vorgeschr. dinge; der gegeben wart uff sente Kylians dage, sub anno domini M.CCC. primo.

352. Friedrich herzog von Lothringen beurkundet dass Gerard herr zu Beckingen zur sühne für raub und brand die er in fehden und im lehensdienst verübt dem deutschen orden alle seine güter in Beckingen und Pachten übergeben mit vorbehalt des niessbrauchs für sich und seine frau. 1301 sept. 6.

Datum per copiam sub sigillo curie Treverensis. Universis presentes litteras inspecturis Fredericus dux Lottorinchie et marchio salutem et fidem presentibus adhibere. Noveritis quod propter hoc in nostra presencia constitutus Gerardus dominus de Beckinga recognovit et sponte confessus est, quod propter guerras suas et auxilia dominis suis et amicis impensa rapinis spoliis et incendiis se varia et multa contraxisse debita et multis personis et locis sibi ignotis se obligari ad restitucionem. Quapropter allodium suum in Becknich et in Pachten cum omnibus appendiciis villarum predictarum, sive iure hereditario sive per modum commutationis sive per viam emptionis ad eum devolutum sit, totaliter dat et dedit fratribus hospitalis domus Theutonice in subsidium terre sancte, quod dominus suo sanctissimo sanguine consecravit et conquisivit, et de consensu et voluntate domine Ide uxoris sue immisit et imposuit eos in possessionem omnium predictarum villarum attinencium, in quocunque usu consistant, sive in hominibus domibus sive in pratis sive in terris arabilibus et inarabilibus silvis aquis piscaturis stangnis molendinis, ut omnia et singula adeant et possideant pacifice et quiete ut veri nominis possessores. Exinde predictus dominus G. tantum fecit circa predictos fratres quod eidem G. et domine Jde uxori sue cum appendiciis predictis villas prefatas quoad viverent concederint, salvo semper dominio

et iure hereditario quod ad fratres predictos dinoscitur pertinere. Facta autem sunt hec predicta coram positis domino Jacobo preposito ecclesie sancti Symeonis germano prefati domini G. et domino Johanne divina permissione abbatte Bosonis ville, quorum sigilla una cum sigillo curie nostre et sigillo domini G. prefati presentibus sunt appensa in robur et testimonium veritatis omnium premissorum. Datum anno domini M.CCC. primo, feria quarta ante nativitatem gloriose virginis Marie. Facta est hec copia anno domini M.CCC. decimo septimo, in vigilia ascensionis domini.

353. Dieter erzbischof von Trier genehmigt dass Jacob von Oeren weiland schöffe zu Trier sein vor der stadt gelegenes haus nebst zwei weingärten dem deutschen haus daselbst geschenkt und verspricht eine dort zu erbauende kirche oder kapelle zu weihen. 1302 febr. 1.

Universis presentes litteras inspecturis nos D. dei gratia Trevirorum archiepiscopus notum facimus, quod cum Jacobus dictus de Horreo olim scabinus et Dickela eius uxor domum suam quam quandam inhabitabant sitam in Horreo iuxta muros civitatis Treveren. cum duabus vineis scilicet superius et inferius et aliis domibus eisdem adiacentibus pro suarum animarum remedio religiosis viris . . commendatori et fratribus domus Theutonice in Treviri irrevocabiliter tradiderint et contulerint ac bone memorie quandam B. Trevirorum archiepiscopus noster predecessor collationi seu donationi huiusmodi suum adhibuit consensum ac expresse consenserit et auctoritatem impertitus fuerit quod dicti religiosi in aliquo locorum domus vel vinearum predictarum ecclesiam vel capellam ad cultum divini nominis augmentandum construerent si eis placuerit eamque constructam promiserit consecrare prout hec in litteris sigillo eiusdem predecessoris nostri sigillatis omni suspicione parentibus quibus hec nostra littera est annexa vidimus plenius contineri: nos in dei nomine huiusmodi collationem translationem domus et vinearum predictarum ipsis religiosis factam ratas et gratas habemus easque prout rite et iuste factum est approbamus et prout melius fieri potest confirmamus, ac capellam seu ecclesiam si aliquam fieri contingat in locis predictis promittimus consecrare. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus litteris

est appensum. Datum anno domini M.CCC. primo, feria ante festum purif. beate Marie virginis.

354. Otto der comthur und die übrigen Templer von Mülheim verkaufen dem deutschen haus zu Oberflörsheim vierzig morgen ackerland. Mülheim, 1302 iuli 19.

Nos frater Otho de Alzeia commendator et fratres de Mullin ordinis militie templi tenore presencium recognoscimus et publice protestamur quod nos pari consilio et consensu unanimi vendidimus bona nostra sita in terminis ville Flersheim videlicet quadraginta iugera campestrium honorabilibus viris commendatori et fratribus domus Theutonice pro centum et decem libris hallensium; que bona frater Johannes de Morisbach ordinis sancti Johannis Hierosolimit. nobis ob remedium et salutem animarum parentum suorum et sui contulit ad tenendum in dicta domo nostra Mullin perpetuum sacerdotem; ipsius fratriss Johannis assensu et bona voluntate accedente, pro eo quod eidem . . fratri Johanni bona in terminis ville Ostovin sita, per schultetum et scabinos estimata eque esse valentia, designavimus infrascripta; videlicet viginti iugera agrorum campestrium sita in uno sulco in via tendente versus montem Burchberg et in alio campo similiter viginti iugera agrorum campes:rium contigua tendencia versus ecclesiam in Durincheim iuxta Renum. Et ne predicti commendator et fratres de Flersheim a nobis et nostris successoribus aliquo casu contingat in posterum impediri in bonis supradictis nostrum sigillum presentibus duximus appendendum. Datum in Mullin, anno domini M.CCC.II., feria quinta post divisionem apostolorum.\*)

355. Peter kaplan der sankt Michaelskapelle in der Castorskirche zu Coblenz gibt den eheleuten Heinrich Speiz und Benzingis sein am Castorsplatz gelegenes haus in erb-pacht für den iährlichen zins von zwei mark wovon sie in seinem namen der Castorskirche sechs schillinge und dem deutschen haus zwei schillinge die übrigen sechszehn schillinge aber ihm oder seinen erben zu zahlen haben. 1307 märz 30.

Universis presens scriptum visuris et audituris ego Petrus cappellanus capelle sancti Michaelis in ecclesia sancti Castoris in

\*) Statt der bd. 1. s. 316 unvollständig mitgetheilten urkunde hier von neuem abgedruckt.

Confluentia dinoscere veritatem, quod pensata utilitate mea locavi et loco in hiis scriptis in emphiteosim perpetuam Henrico dicto Speiz et Benzingi eius uxori opidanis Confluen. conducentibus pro se et suis heredibus domum meam subscriptam ad habendum etc. pro censu duarum marcarum denariorum monete Confluen., quorum denariorum iidem conductores seu ipsorum heredes singulis annis in festo beati Martini solvent nomine meo de fundo dicte domus sex solidos ecclesie sancti Castoris predicte et duos solidos religiosis viris fratribus domus Theutonice in Confluentia et residuos sedecim solidos michi singulis annis seu meis heredibus vel legatariis solvere debebunt in festo predicto; hoc etiam adiecto quod si forte quod absit domus ipsa per incendium seu ruinam post mortem dictorum coniugum continget devastari, heredes coniugum eorundem infra triennium a tempore ruine seu incendii numerandum reedificare debebunt domum predictam et nichilominus satisfacent de censu singulis annis ut est premissum; et si ipsi heredes primo anno devastationis ipsius domus non satisfecerint de censu predicto, extunc iidem heredes tam propter hoc quam etiam pro eo, si ipsam domum reedificare neglexerint infra triennium supradictum, cadent ab emphiteotico iure quod eis acquisitum extitit in domo predicta per locationem predictam et ipsa domus seu area taliter devastata reverti debebit ad me seu meos legatarios vel heredes; sed pena huiusmodi personas dictorum coniugum non astringit quia sic inter nos actum est pariter et conventum. Promittentes per sollempnem stipulationem eisdem coniugibus stipulantibus pro se et suis heredibus de dicta domo et eius locatione debitam facere guarandiam per annum et diem secundum consuetudinem opidi Confluen. Dicti etiam coniuges dictam domum possidebunt a proximo festo beati Martini ad annum, et tunc in eodem festo satisfacent de primo censu duarum marcarum. Promittentes insuper eisdem coniugibus litem vel controversiam super premissis non inferre etc. Domus autem predicta sita est Confluentie, ex cuius uno latere et sub eodem tecto capellanus altaris sancti Martini ecclesie sancti Castoris predicte, ex alio latere Albertus dictus Vlozere, ex tertio Hunzwinus de Lainstein possident, ex quarto est curia seu platea sancti Castoris. In cuius rei testimonium sigilla honorabilium virorum..

\*

dominorum Geraci decani ecclesie sancti Castoris predicte,.. officialium curie Confluen. et domini prepositi eiusdem ecclesie necnon .. plebanorum sancte Marie et sancte crucis dicte ecclesie sancti Castoris ac Syfridi iunioris et Henrici de Alto amore scabinorum de Confluentia una cum sigillo meo presentibus appenso apponi rogavi et impetravi isti scripto. Et nos.. decanus.. officiales.. plebani et.. scabini predicti recognoscimus sigilla nostra ad preces dicti.. Petri presentibus appendisse. Datum feria quinta post festum pasche, anno domini M.CCC. septimo.\*)

356. Otto bischof von Münster beurkundet dass Gottfrid von Dernebockholt dem deutschen haus daselbst einen kamp oder äcker zwischen dem iudenkirchhof und der Tückesburg verkauft hat. Münster, 1302 febr. 1.

Ootto dei gratia Monasteriensis ecclesie electus et confirmatus universis etc salutem. Noveritis quod in nostra constituti presentia Godefridus de Dernenbocholte, Elisabeth uxor eius, Bernhardus Leive, Johannes de curia episcopali dicta Biscopinghoff et Everardus frater eius, coheredes coniugum predictorum, quendam campum sive agros sitos inter cemiterium Judeorum et locum qui dicitur Tuckesborch prope civitatem Monasterensem, quos dicti coniuges se commendatori et fratribus sancti Georgii Monasteriensis legaliter vendidisse recognoverunt, in manus nostras de consensu unanimi ad manus commendatori et fratribus predictorum sponte et libere resignarunt; renuntiantes omni iuri etc. Acta sunt hec Monasterii in urbe apud capellam sancti Jacobi; presentibus Luberto decano, Gerhardo de Monasterio cantore, Theoderico preposito veteris ecclesie sancti Pauli Monasteriensis, Johanne de Remne, Werneru et Johanne de Rede fratribus canoniceis Monasterien., viris nobilibus Baldewino et Ludolpho de Stenvord, Ottone de Ahus, dominis Ludolpho de Monasterio, Gerlaco de Beveren, Hermanno de Schonebeke, Hermanno de Daverenberche militibus, Bernardo Kercherinc, Henrico dicto Rieke, Bertoldo de Rekelinchusen, Gerhardo dicto Broeman, civibus nostris Monasterien., et aliis quampluribus fide dignis. Datum anno domini millesimo trecentesimo primo, vigilia purificationis beate Marie virginis.

\*) Wie sich aus der iahrszahl ergibt, ist diese urkunde irrthümlich hier eingereiht; sie gehört vor nr. 375.

357. Abtissin und convent vom sankt Quirin zu Neuss verzichten auf allen anspruch am hof Laach den die eheleute Johann und Helwig von Kelzenberg deren tochter Lisa ihre mitconventualin ist dem deutschen haus zu Coblenz verkauft haben. 1302 apr. 29.

Nos abbatissa et conventus sanctimonialium apud sanctum Quirinum in Nussia. Omnibus etc. cupimus esse notum quod nos de maturo consilio et unanimi consensu ratificamus etc. alienationem seu venditionem factam per Johannem dictum de Kelzenberg et Helewigim eius uxorem legitimam viris religiosis . . commendatori et fratribus ordinis domus Theutonice in Conflesia Treveren. dyoc. de curte dicta Layg sita in parrochia Goystorp cum omnibus suis pertinenciis prout litteris super hoc confectis plenius continetur; renunciantes etc. omni iuri ac actioni et cause que nobis et cenobio nostro competere possent in posterum ratione Lyse sanctimonialis nostre, filie Johannis et Heylewigis coniugum predictorum. Et nichilominus ego Lysa predicta renuncio etc. In cuius rei testimonium etc. nos abbatissa et conventus sancti Quirini in Nussia predicti tam pro nobis quam ad petitionem Lyse sepedicte presentem litteram sigillo nostro duximus sigillandam. Datum et actum anno domini millesimo trecentesimo secundo, in octava pasche.

358. Walter von Papenhofen landcomthur der ballei Biesen gestattet der als ordensschwester aufgenommenen Engelswinde, ihrer schwester Jutta eine lebenslängliche rente anzuweisen, die das ordenshaus von Avernas zu zahlen hat, und über ihre kleider und ihrbett zu testiren. 1302 mai 19.

Universis etc. nos frater Walterus dictus de Papenhoven commendator ordinis fratrum Teutonicorum partium inferiorum salutem etc. Cum nos pure propter deum et bonum affectum quem ad nos gerebat et ad nostrum ordinem, Enghelsvendem de nova domo recepimus in sororem ordinis nostri: notum facimus etc. quod nos de speciali gratia concedimus dicte Enghelsvindi plenariam et bonam licenciam quod de bonis que prius habuit et habet erga domum nostram de Avernays Joette sorori sue unum modium siliginis mensure sancti Trudonis quamdiu dicta Joetta vixerit possidendum, item quod dicta Enghelsvendis con-

ferre possit predicte sue sorori usufructum cuiusdam domus sue cum eius pertinenciis site in platea vaccarum in sancto Trudone quoad vitam ipsius Joette possidente, sub hac tamen forma quod dicta Joetta memoratam domum cum suis appendiciis in parietibus et retro a vento et pluvia tenebitur defendere et custodire et persolvere censem annum domino fundi ipsius domus. Concessimus eciam etc. plenam licentiam dicte Enghelsvende nostre sorori quod legare possit ob remedium anime sue et conferre cuicunque seu quibuscumque voluerit ipsa Enghelsvendis omnes vestes tam laneas quam lineas ad suum corpus pertinentes una cum lecto, coopertorio sive sargia et linterminibus ad ipsum lectum pertinentibus, testimonio presentium litterarum nostro sigillo sigillatarum. Datum anno domini millesimo CCC. secundo, sabbato post festum beati Servacii confessoris.

359. Bruno probst des nonnenklosters zu Heinsberg erklärt für sich und die nonnen, an den vom ritter Gottfried von Nievenheim veräusserten gütern zu Laach keinen anspruch zu haben. 1302 mai 27.

Nos Bruno dei gratia prepositus ecclesie sanctimonialium prope Heinsberg universis Christi fidelibus presens scriptum intuentibus salutem etc. Notum facimus quod nos omnibus bonis sitis in Lachen, venditis et alienatis a domino Godefrido milite de Nivenhein, pro nobis et pro filiabus nostris spiritualibus in claustro existentibus abrenuntiamus per presentes, aliquam iusticiam in eisdem bonis minime requirentes; et hoc sub sigillo nostro presentibus appenso publice profitemur. Datum anno domini M.CCC. secundo, dominica qua cantatur vocem iucunditatis.

360. Der comthur und die brüder des deutschen hauses zu Coblenz überlassen dem Wilhelm von Zülpich und seiner ehefrau ein haus auf dem markt zu Bonn für den zins von neun mark weniger drei schilling. 1302 aug. 18.

Universis etc. commendator et fratres domus Theutonice in Confluentia salutem etc. Vestra noverit universitas quod pensata utilitate domus nostre predicte domum nostram que quondam fuit Johannis dicti Clingelssore sitam citra forum opidi Bunnensis Wilhelmo dicto de Tulpeto et uxori sue legitime ac eorum heredibus iure hereditario possidendam concessimus et concedi-

mus per presentes pro novem marcis minus tribus solidis anni census in festo beati Martini hyemalis annis singulis persolvendis et nobis infra opidum Bunnen. assignandis; tali etiam conditione adiecta quod dicti coniuges seu eorum heredes qui pro tempore fuerint exactiones tributa et alia iura municipalia opidi Bunnen. de iure vel consuetudine emergentia persolvent, preter censum fundi domus predice ad quem nos persolvendum domino fundi sumus astricti. Et si prefatum censum nobis debitum in festo beati Martini predicto non persolverent coniuges antedicti vel eorum heredes, indutias habebunt usque ad festum beati Stephani immediate subsequens contradictione qualibet non obstante; in quo si extunc dicti coniuges seu eorum heredes negligentes fuerint vel remissi, unam carratam vini melioris crementi nomine pene cum censu detento persolvent et non in fraudem usurarum. Dantes eisdem coniugibus et eorum heredibus has patentes litteras sigillo commendatoris domus nostre producente sigillatas super eo. Et nos coniuges predicti omnia et singula vera esse confitentes rogavimus sigillum ven. viri domini R. prepositi Bunnen. et archid. Colonien. presentibus apponi. Et nos prepositus etc. Datum sabbato post assumptionem beate Marie virginis, anno domini millesimo trecentesimo secundo.

361. Der cämmerer des Cassiusstifts zu Bonn gibt dem deutschen haus von Coblenz vierthalb viertel weingarten zwischen Poppelsdorf und Kessenich gegen einen kanon von vier sextarien wein in erbpacht. 1302 nov. 7.

Universis etc. camerarius ecclesie Bunnen. salutem etc. Vesta noverit universitas quod nos de consensu et libera resignatione Lorette et suorum liberorum commendatori et fratribus domus Theuthonice in Confluen. duas particulas vinearum vide-licet tria quartalia cum dimidio sitas infra villas Puppilsdorf et Kestenich pro annua pensione videlicet quatuor sextariorum vini nobis et nostris in dicto officio successoribus in festo beati Martini hyemalis annis singulis solvendorum concessimus et concedimus per presentes; dantes eisdem has nostras patentes si-gillo ecclesie nostre Bunnen. sigillatas in testimonium premisorum. Datum et actum anno domini M.CCC. secundo, feria quarta ante festum beati Martini.

362. Hermann Grobe und Goverd ritter schöffen zu Bonn beurkunden dass Conrad von Dottendorf dem deutschen haus zu Muffendorf eine mark und acht hühner iährlicher rente verkauft hat haftend auf vier hausstätten zu Friesdorf. 1303 jan. 22.

Datum per copiam. Nos Hermannus dictus Grobe et Goverdus milites de Lenxdorp scabini Bunnen. notum facimus et protestamur, quod Conradus de Dottindorp coram nobis constitutus vendidit iusto emptionis et venditionis tytulo interveniente unam marcam Colon. den. pro tempore currentium et octo pullos nomine annue pensionis singulis annis in festo beati Martini hyemalis solvendos commendatori et fratribus domus in Muffindorp presentibus et legitime stipulantibus pro quadam certa summa pecunie, de qua idem Conradus recognovit sibi esse satisfactum. Quem quidem censem annum videlicet unam marcam et octo pullos idem Conradus in quatuor areis sitis in Vriestorp que sunt purum allodium recipiendum demonstravit, et promisit nichilominus idem Conradus prefatis fratribus efficere allodiales et ab omni onere penitus immunes. Et rogaverunt dicte partes hanc litteram deponi in scrinum scabinorum Bunnen. in perpetue memorie firmitatem. Actum et datum crastino beate Agnetis virginis, anno domini M.CCC. secundo.

363. Diederich von Montioie und Falkenburg beurkundet dass ritter Gottfried von Spanbeck dem deutschen haus zu Biesen zwei von ihm lehnührige bunner wiesen verkauft hat. 1303 apr. 20.

Universis etc. Theodericus de Monyoye et de Falkenborgh dominus salutem etc. Noscant universi et singuli quod coram nobis ac nostris . . fidelibus infrascriptis dominus Godefridus de Spanbeyke miles constitutus recognovit, se vendidisse personis religiosis . . commendatori et fratribus domus Teutonicorum in Juncis duo bunuaria pratorum aut parum minus, que a nobis dictus dominus Godefridus in feodum possidebat. Que dicta duo bunuaria pratorum aut parum minus predictus commendator et fratres ordinis predicti a nobis et nostris heredibus iure census tenebunt; ita quod singulis annis temporibus perpetuis nobis et nostris heredibus de quolibet bunuario unum denarium brabantinorum persolvent. Acta autem hec et consummata in

presentia nostrorum fidelium, scilicet dominorum Godefridi de Royde, Danielis de Ghore, Arnoldi de Wechaym, Willelmi dicti Dobbelaer, Johannis de Gronsel, militum, Godefridi de Nederbeyke, Ade de Berghe, Rutgheri dicti Bruke ac aliorum fide-dignorum qui predictis intererant conventionibus presentes. In cuius rei testimonium litteris presentibus sigillum nostrum ad petitionem... commendatoris et fratrum suorum qui presentes erant ac domini Godefridi de Spanbeyke predicti duximus apponendum. Datum anno domini M.CCC. tertio, die sabbati post dominicam qua cantatur quasi modo.

364. Gerlach pfarrer in Mehlem übergibt dem deutschordens-provisor zu Muffendorf den ihm zustehenden zehnten zu Dornheim. 1303 mai 26.

Ego Gerlacus plebanus in Meilinheim universis etc. salutem etc. Per tenorem presencium recognosco me manu porrexisse ac iure hereditario concessisse fratri Nykolao dicto de Meigene ordinis domus Teuth., provisori curtis in Muffendorp post mortem quondam fratris Brunonis antecessoris sui, decimam bonorum de Dornheim pro dimidia carrata vini annue pensionis; quam videlicet dimidiad Carratam vini idem frater Nykolaus et omnes sui predecessores pluribus annis debitiss terminis necnon et omnia iura cuiuscunque nominis ad que obligata fuerunt, plenarie persolverunt. In cuius rei testimonium sigillum meum duxi presentibus apponendum. Datum et actum presentibus domina Guda advocata de Muffendorp, domino Rulekino plebano am Kottinvorst, Petro de Heicheim, Hermanno dicto Rupe, Winrico dicto Slichere iuratis et aliis quampluribus fide-dignis. Anno domini M.CCC.III., in festo penth.

365. Sibilla und Silla schwestern aus Housselt schenken dem deutschen haus zu Biesen auf ihren todesfall eine rente von 35 schilling 6 denaren und einer müdde roggen. 1303 sept. 1.

Notum sit universis etc., quod Sibilla et Silla sorores de Huselt zelo caritatis ad hoc inducti saluti animarum suarum consulere cupientes etc. beate Marie perpetue et intemeratae virginis et fratribus de Juncis xxxv. solidos Leod. cum vi. den., tres nigros Torn. pro sterlingo, et unum modium siliginis men-

sure Tungrensis irrevocabiliter contulerunt etc. Nos vero predicti fratres attentes tantam gratiam nobis factam tenore presencium recognoscimus predictis sororibus predicta bona singulis annis quoad vixerint in festo beati Andree apostoli in Hulseit nostris laboribus vehiculis et expensis integraliter presentanda et persolvenda; predicta vero bona cedere debent singulis annis in festo beati Petri ad vincula sororibus predictis. Hoc etiam adiecto quod si una predictarum sororum per voluntatem omnipotentis dei viam universe carnis ingressa fuerit, altera earum predicta bona totaliter quoad vitam suam obtinebit, ultima vero predictarum sororum defuncta predicta bona ad pitan-  
ciam predictorum fratrum domus de Juncis pro anniversariis suis in perpetuum faciendis integraliter permanebunt. In cuius rei testimonium sigillum commendatoris provincialis predicte domus de Juncis presentibus est appensum. Datum et actum kal. septembris, anno domini M.CCC. tercio.

366. Zobbo von Drachenfels comthur zu Ramersdorf verkauft dem deutschen haus zu Coblenz [für die commende Muffendorf] für vierhundert mark güter in Lannesdorf. 1304 nov. 18.

Universis etc. nos frater Zobbo de Drachevelz commendator et fratres domus Theut. in Ramerstorp volumus esse notum, quod nos de communi nostro consensu et voluntate unanimi vendidimus et vendimus tradidimus et tradimus dilectis nobis in Christo confratribus nostris.. commendatori et fratribus domus in Confluencia ementibus et recipientibus pro se et suis successoribus bona nostra in Landerstorp ad habendum tenendum et possidendum iure proprietatis in perpetuum et quidquid ipsis.. commendatori et fratribus domus Confluencis placuerit faciendum, pro quadringentis marcis, duabus turonibus nigris pro denario computatis; quarum nobis ducentas, domino vero Wichkeboldo quondam Colonien. archiepiscopo ac heredibus quondam dictorum bonorum alias ducentas marcas numeraverunt et persolverunt integraliter et ad plenum. Super hoc in testimonium nos.. commendator de Ramerstorp predictus presentes litteras prefatis.. commendatori et fratribus domus in Confluencia sigillo nostro tradidimus communitas. Datum in octava beati Martini hyemalis, anno domini M. trecentesimo quarto.

367. Johann herr von Gronsfeld erklärt gewisse güter und zinsen die Heinrich de Campis in der stadt und gemarkung Petersfuren von ihm zu lehen hatte als nunmehriges zinsgut des deutschen ordens. 1304 dec.

Universis etc. Johannes dominus de Gronsel miles salutem etc. Noverit universitas vestra quod nos tredecim bonaria tam terre arabilis quam nemoris et unam mansionem cum suis attinenciis quatuor capones tredecim solidos et tres denarios Leodienses et duodecim vasa avene annui redditus et perpetui, quos a nobis ut a domino fundi tenuit et habuit in feodum in villa et territorio de Foron sancti Petri Henricus de Campis filius quondam Arnoldi de Campis, secundum iudicium hominum nostrorum fecimus viris religiosis .. commendatori et fratribus domus de Juncis ordinis fratrum Theutonicorum censuales, ipsa bona conferendo eisdem religiosis ad supraportationem dicti Henrici et guerpacionem eiusdem ad censem annum et perpetuum quatuor denariorum Leodien. et tanti relevabimus cum ipsa bona contigerit relevari, ipsa bona ab omni curmetha exactione et petitione qualibet liberando etc. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum. Datum anno domini M.CCC. quarto, in mense decembri.

368. Otto von Bell Sophie seine gemahlin und Hermann sein sohn verkaufen dem deutschen haus zu Cöln für 230 mark den hof Berg bei Fürth nebst 102 morgen land wiesen büschchen zinsen und allem zubehör. 1305 mai 13.

In nomine domini amen. Universis etc. Otto de Belle filius quondam Ottonis de Belle militis et Sophia eius legitima Hermannus filius eorundem ac Methildis uxor eiusdem Hermanni in perpetuum rei geste cognoscere veritatem. Noveritis quod nos communiter et concorditer sponte et unanimiter vendidimus et vendimus testimonio presentium litterarum viris religiosis .. commendatori et fratribus ordinis beate Marie Theutonicorum domus Coloniensis ementibus erga nos iusto emptionis titulo curtem et bona in Berge prope Vurde dyoc. Colonien. cum centum iurnalibus duobus et dimidio terre arabilis pratis pascuis nemoribus et censibus ac omnibus pertinenciis suis in districtu dominii de Hilkeroде; de quibus quidem bonis ego Otto predictus prius tenui et habui unum mansum eiusdem terre a no-

bili viro domino .. comite Juliacen. quem ratione huiusmodi venditionis per iustum permutationem aliorum bonorum ab eodem domino .. comite liberavi et absolvi. Pro quibus curte et bonis dicti .. commendator et fratres nobis venditoribus predictis ducentas et triginta marcas cum octo solidis denariorum Colomie usualium nomine iusti precii in parato numeraverunt et assignaverunt. Nos quoque eandem curtem et bona cum omnibus suis pertinenciis presentibus expressis et non expressis prout sita sunt et ad me Ottonem predictum pertinuerunt, libere simpliciter et in totum supraportavimus coram iudicio seculari ubi dicta bona sita sunt, facta debita demonstratione et mensuratione curtis et bonorum eorundem eisdem .. commendatori et .. fratribus; transferentes pro nobis et .. heredibus nostris in perpetuum in eosdem .. commendatorem et .. fratres et ipsorum .. successores omne ius proprietatis dominii et possessionis curtis et bonorum predictorum, ac constituentes ipsos veros et legitimos dominos et possessores bonorum eorundem sub testimonio et iuxta consuetudinem dicti iudicij et patrie debitam et consuetam; renunciantes expresse etc. omni iuri proprietatis dominii et possessionis etc.; promittentes etiam per stipulationem sollempnem etc. In cuius rei testimonium atque perpetuam firmatatem presens instrumentum super predicta curtis et bonorum venditione confectum predictis .. commendatori et fratribus tradidimus sigillis honestorum virorum videlicet venerabilis viri domini Godefridi abbatis monasterii sancti Panthaleonis Colonien., domini Danielis dicti Judeus militis et Alexандri de Belle una cum sigillo mei Ottonis predicti, nobis aliis venditoribus sigilla non habentibus, firmiter communitum. Et nos Godefridus dei gratia abbas etc. Actum presentibus predictis sigillantibus et .. dicto Rovere de Edere milite et eius.. filio ac Thilmanno dicto Hurle necnon et aliis quampluribus viris probis et fidedignis testibus ad predicta vocatis et rogatis. Datum anno domini millesimo trecentesimo quinto, in festo beati Servacii episcopi.

369. Gobelin Bongart knappe auf dem haus Are schenkt dem deutschen orden all sein gut. 1305 mai 29.

Universis etc. nos frater Johannes dictus de Heilden et

frater Henricus dictus de Gansberg de ordine fratrum minorum notum esse cupimus etc. quod Gobelinus dictus Bongarth famulus in curia dicta Are in nostra presencia et multorum aliorum omnia bona sua tam mobilia quam immobilia dominis et fratribus de ordine Theutonicorum, ad quos spectat dicta curia in Are, universaliter et simpliciter donavit resignavit et supraportavit. In cuius rei testimonium presentem litteram sigillo gardiani nostri in Dusburg petivimus sigillari. Datum anno domini M.CCC. quinto, sabbato post ascensionem domini.

370. Hermann Dwerg knappe schenkt vor dem richter zu Osnabrück dem deutschen orden drei mark zins haftend auf dortigen häusern. Osnabrück, 1305 sept. 7.

Nos Johannes dictus Eyflere iudex civitatis Osnaburgensis cupimus fore notum etc. quod Hermannus dictus Duwerich famulus constitutus coram nobis in figura iudicii resignavit et donavit religiosis viris fratribus ordinis sancte Marie domus Theutonicae redditus trium marcarum de domo Henrici dicti Snetberg que quondam fuerat Jo. de Melle, que sita est in magna platea cum itur ad sanctum Johannem, et de media parte domus Wisceli dicti Munt iam dicte domui contigue que solvit sex solidos, et de lapidea domo sive area que sita est ante portam ligneam in nova civitate; de hiis domibus sive areis in festo pasche unam marciam et in festo Michahelis unam, et de domo Bertoldi vinatoris qui vulgo dicitur winscredere unam marciam cuius dimidietatem dabit in festo pasche reliquam in festo Michahelis; hos redditus annuales tollent fratres iure arealium ordinis prenotati. Huius autem resignationis sive donationis sunt testes Gerhardus de Koghelenberg miles, dominus Wigmannus rector capelle beati Pauli, Everhardus dictus Bere, Nicolaus Eyflere, Ludolfus de Sledesen, Wiscelus Verken, Lambertus Glode, Jo. de Powe, Wiscelus de Verethe et plures alii fidedigni. Ut autem ratum et inconvolsum istud permaneat, scriptum presens appensione nostri sigilli fecimus communiri. Datum Osenbrucke, anno domini M.CCC.V., in vigilia nativitatis beate virginis Marie.

371. Hermann Dwerg knappe schenkt seinem bruder Gerhard für den deutschen orden drei häuser zu Osnabrück. 1305 oct. 26.

Nos Johannes dictus Eyfelere iudex etc. notum facimus protestantes quod Hermannus dictus Dwerg famulus constitutus in figura iudicii coram nobis donavit et libere resignavit fratri suo domino Gerhardo dicto Dwerg ad manus et utilitatem ordinis sui recipienti tres domos suas cum areis domorum earundem sitas super nova civitate iuxta domum Lamberti dicti Glode; presentibus domino Gerhardo de Kogelenberge, domino Wichmanno de sancto Paulo, Hermanno dicto Gamme, Henrico dicto Vlicke, Nicolao de Dissene, Lamberto Glode et aliis quampluribus fidei dignis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno domini M.CCC. quinto, in crastino Crispini et Crispiniani martyrum.

372. Lambert Glode schenkt dem Gerhard Dwerg für den deutschen orden sein haus zu Osnabrück. 1305 oct. 26.

Nos Johannes dictus Eyfelere etc. notum facimus etc. quod Lambertus dictus Glode constitutus in figura iudicii coram nobis donavit et libere resignavit domino Gerhardo dicto Dwerg ad manus et utilitatem ordinis sui recipienti domum suam sitam in nova civitate iuxta domum Johannis de Alen; presentibus domino Gerhardo de Cogelenberge, domino Wichmanno de sancto Paulo, Hermanno dicto Gamme, Hinrico dicto Vlicke, Nicolao de Dissene, Hermanno dicto Dwerg et aliis quampluribus fidei dignis. In cuius rei etc. Datum anno domino M.CCC. quinto, in crastino Crispini et Crispiniani martyrum.

373. Hermann von Schönebeck und Adelheid seine frau erklären dass die hälften des wassergrabens der um ihre wiese läuft dem deutschen haus zu Münster gehört und dass sie künftig nur mit dessen einwilligung ein wehr anlegen dürfen. 1306 mai 5.

Quoniam hominum memoria labilis est etc. Nos itaque Hermannus de Schonenbeke et Alheidis conthoralis nostra etc. cupimus fore notum quod dimidietas aqueductus seu meatus circa pratum nostrum in Monasterio, in superiori parte tangens curiam . . . fratrum Teutonicorum ordinis sancte Marie in inferiori vero nostram, ad dictos fratres pertinet libere et solute; salvo hoc etiam quod nos vel nostri heredes nullam occupationem in hoc, quod vulgariter dicitur wehre, in posterum sine consensu com-

mendatoris et dictorum fratum faciemus. In cuius rei etc. sigillum nostrum apposuimus huic scripto. Datum et actum anno domini M.CCC.VI., III. idus maii in die beati Servatii episcopi.

374. Arnold herr zu Pittingen gewährleistet dem Karl landcomthur von Lothringen die von ihm gekauften gütter zu Beckingen und Rollingen und die ihm von seinen oheimen geschenkten gütter zu Pachten und Beckingen. 1307  
märz 25.

Nos Arnaldus miles dominus de Pyttingin universis etc. notum facimus quod promisimus et bona fide promittimus per presentes pro nobis et nostris heredibus seu successoribus religioso viro domino Karolo provinciali commendatori per Lothringiam ordinis domus Theutonicorum sancte Marie Jherosolimit. neconon fratribus eiusdem ordinis de evictione bonorum nostrorum sitorum in villis de Beckingen et Royllingin, eidem domino Karolo et fratribus pro certa pecunie summa per nos venditorum, in campis vineis molendinis nemoribus piscaturis pratis pascuis censibus hominiibus ac quibuscunque rebus aliis quocunque nomine censeantur consistentium, neconon de eisdem bonis et eorum attinentiis facere et prestare guerrandiam iustum debitam et equam prout in civitate Trev. et alibi ubicunque locorum de iure vel consuetudine fuerit faciendum; omne ius et dominium nobis in dictis bonis et quibuscunque eorum attinentiis competentia seu competere valentia, et possessionem eorundem una cum ceteris bonis sitis in villis de Paychtin et de Beckingen predicta et eorum attinentiis, que quondam dominus Gerardus de Beckingen et Jacobus eius frater prepositus ecclesie sancti Symeonis Trev., avunculi nostri, ordini dictorum fratum Theutonicorum domus Trev. pro elemosina donaverunt, quibus penitus renuntiavimus et presentibus renuntiamus, in ipsum fratrem Karolum et fratres sui ordinis super venditione assignatione et translatione dictorum bonorum in villis de Beckingen et Royllingin consistentium neconon super renunciatione bonorum in villis de Paychtin et Beckingen in elemosinam dicto ordini ut dictum est donatorum litteris et instrumentis sigillis curie Trev. et nostro ac aliorum nobilium virorum prout dicto

domino Karolo et fratribus expedire videbitur sigillandis certificare dictasque venditionem assignationem etc. firmare ratificare etc., quandomcumque idem dominus Karolus provincialis vel fratres sui ordinis id a nobis duxerit seu duxerint requirendum. Super quibus omnibus et singulis per nos firmiter observandis et adimplendis eidem domino Ka. provinciali et fratribus fideiussores constituimus in solidum obligatos, nobiles viros dominos videlicet Fredericum dominum de Novo castro, Johannem dominum de Berreperch milites; Theodericum dominum de Brandinberch ac Wiricum filium domini Jo. de Berreperch predicti armigeros, qui se pro nobis erga eundem dominum Ka. et fratres predictos in solidum obligarunt; ita quod si nos in observatione premissorum vel alicuius eorundem negligenter inventi fuerimus vel remissi, extunc dicti fideiussores nostri moniti ex parte dicti domini Karoli vel fratrum ordinis sui prisionem in civitate Trev. servare tenebuntur et debebunt donec omnia superius enarrata et dicta per nos fuerint integraliter adimpleta. Et nos Fre. et Jo. domini de Novo castro et de Berreperch nos quoque Th. et Wy. armigeri predicti recognoscimus etc. In cuius rei testimonium sigilla nostri Arnoldi nostri Fre. cuius sigillo ego Th. quia proprium sigillum non habeo ac nostri Jo. cuius sigillo ego Wircus predictus quia similiter proprium sigillum non habeo usi sumus et utimur in hac parte presentibus sunt appensa in testimonium premissorum. Datum anno domini M.CCC. septimo, in die festi annuntiationis beate Marie virginis.

375. Gerard von Nievenheim seine frau seine acht söhne und sechs töchter verkaufen für 532 mark dem deutschen orden besitzungen die sie von ihm zu lehen gehabt nämlich 133 morgen 30 ruten ackerland und  $2\frac{1}{2}$  holzgewalt im Elsener bruch. 1307 mai 6.

Universis etc. Gerardus de Nyvenheim et Alveradis uxor eius ac Conradus Theodericus Godefridus Gerardus Johannes Henricus Arnoldus et Hermannus Methildis Beatrix Christina Lysa Aleydis et Hildegundis eorum liberi, Gerardus dictus der Hunt Beatricis ac Alardus de Hemsvurde Methildis predictarum mariti, congnoscere veritatem. Noveritis quod nos propter necessitatis et utilitatis causas nobis imminentes vendidimus et

vendimus per presentes viris religiosis commendatori et fratribus ordinis beate Marie Theutonicorum domus Confluentien. ementibus erga nos iusto emptionis titulo bona nostra que ab eisdem tenuimus in feudo, que sita sunt apud Noythusen, vide- licet centum et triginta tres iurnales cum triginta virgis terre arabilis et cum duabus potestatibus et dimidia nemoris in pa- lude apud Eylse et cum omni iure ac attinentiis ipsorum bo- norum prout sita sunt ab antiquo in parochia de Eylse pre- dicta Colonien. dyoc. pro quingentis et triginta duabus marcis ac decem solidis denariorum Colonie usualium, videlicet Turo- nen. grosso de Bruxella pro octo denariis et duobus nigris Turonen. minutis pro uno denario, ac duodecim solidis pro marca qualibet computatis; de qua pecunie summa dicti . . commendator et fratres nobis in parato dederunt et numeraverunt ducentas marcas dicti pagamenti. Nos pro recepta eadem pecunia supraportavimus et resignavimus dicta bona sollempni- ter et publice coram testibus infrascriptis ad manus dictorum . . commendatoris et fratrum. Ipsi quoque . . commendator et fratres eadem bona nobis reconcesserunt ad habendum et tenen- dum ea per duos annos infrascriptos et colendum ac percipien- dum fructus de eisdem sub condicionibus infrascriptis. Est au- tem huic vendicioni talis apposita condicio quod si nos vendi- tores predicti a festo beati Martini hyemalis proximo nunc fu- turo post duos annos immediate sequentes successive in eodem festo beati Martini predictas ducentas marcas prefatis . . com- mendatori et fratribus in equali valore quo nobis easdem de- derunt de propria pecunia nostra sine fraude et dolo restituere voluerimus ad rehabendum dicta [bona], ipsi . . commendator et fratres ad hoc nos admittent et easdem ducentas marcas resu- ment et nobis dicta bona restituent et dimittent in eo statu in quo prius habuimus et tenuimus ea in feudo ab eisdem; in quo dicti . . commendator et fratres nobis per expectationem tanti temporis faciunt et fecerunt gratiam specialem. Si vero easdem ducentas marcas in prenotato termino . . eisdem com- mendatori et fratribus non restituerimus, tunc ipsi residuam partem pecunie sive pretii corundem bonorum competentem ul- tra dictas ducentas marcas, videlicet trecentas et triginta duas marcas ac decem solidos in valore dicti pagamenti nobis . .

venditoribus predictis vel Alveradi et duobus senioribus filiis, si me Gerardum predictum quod deus avertat medio tempore mori contigerit, supplebunt et assingnabunt, reservatis sibi bonis predictis sicut iacent, sive fuerint seminati sive non, ad faciendum de eisdem omnimodam et liberam voluntatem. Erimus quoque venditores predicti ab eorum servicio in quo tenebamur eisdem ratione dicti feudi liberi et absoluti. Promittentes eisdem . . commendatori et fratribus de dictis bonis secundum patrie consuetudinem plenam et iustum facere warandiam; renunciantes publice et expresse etc. In cuius rei testimonium presentes litteras prefatis . . commendatori et fratribus sigillo reverendi in Christo patris et domini, domini Henrici archiepiscopi Colonien., quod impetravimus et obtinuimus hiis apponi, tradidimus communitas. Et nos Henricus dei gracia sancte Colonien. ecclesie archiepiscopus et Italie archicancellarius ad petitionem Gerardi de Nyvenheim et Alveradis eius uxoris ac . . liberorum suorum, Gerardi dicti der Hunt et Alardi de Hemsvurde generorum suorum predictorum, premissa coram nobis sollempniter et publice vera esse recongnoscentium, sigillum nostrum in testimonium premissorum presentibus duximus apponendum. Actum presentibus probis viris Syberto de Goystorpe, Johanne de Kelrinbergh, Johanne dicto Gule, Johanne dicto Branth, feodalibus . . commendatoris et fratrum predictorum ac aliis quampluribus testibus fidedingnis ad premissa vocatis et rogatis, sabbato post ascensionem domini, anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo septimo.

376. Peter von Lützelcoblentz sohn der Leifmod und Engelbert Aldebose bürger zu Coblenz erklären zu gunsten Reiner's von Lützelcoblentz [rechtsvorgängers des deutschen hauses zu Coblenz] an gewissen in Lützelcoblentz gelegenen weingärten keine berechtigung zu haben. 1307 mai 25.

Universis etc. nos Petrus de Parva Confluentia filius Leyfmodis et Engilbertus dictus Aldebose carnifex opid. Confluen. cupimus fore notum etc. quod cum inter nos ex una parte et Rener. de Parva Confluentia ex altera super quibusdam vineis sitis ibidem exorta fuisse discordia et materia questionis, nos tandem ad pacem et concordiam super ipsa questione cupien-

tes pervenire, freti consilio nostrorum amicorum, quia nichil iuris nec iustum actionem in dictis vineis habemus sicut docti sumus per eosdem et quamplures fidedignos, volentes providere de salute animarum nostrarum, renunciavimus et renunciamus in hiis scriptis pro nobis et nostris heredibus omnibus actionibus et causis quas ipsi R. seu suis heredibus movere possemus in posterum occasione vinearum predictarum; protestamur nos etiam nichil iuris habere in eisdem ut superius est expressum. In cuius rei testimonium et perpetuam firmitatem sigilla honestorum virorum Jordani et Gisilberti de Ryvenacho scabinorum Confluen. apponi rogavimus isti scripto. Nos vero scabini predicti etc. Actum et datum in crastino beati Urbani episcopi, anno domini M.CCC. septimo.

377. Reinold herr von Montioie Falkenburg und Baltersheim genehmigt die von seinen eltern dem deutschen haus zu Biesen gemachte schenkung des vierten theils des zehnten des frohnhofs verschiedener zinsen und des patronats zu Beek. 1307 iuli 15.

In nomine domini amen. Universis etc. Reynoldus miles dominus de Montyoie de Valkenburgh et de Baltershem in domino salutem etc. Cum intellexerimus, karissimos in Christo nobiles parentes nostros bone memorie dominum Walramum et dominam Philippam viris religiosis et in Christo devotis.. commendatori et fratribus domus beate Marie de Juncis ordinis Theotonicorum Leodien. dioc. donasse in elemosinam etc. bona sua videlicet quartam partem decime parochie de Beke, curiam seu curtem que dicitur Vroenhof ibidem iacentem, novem solidos et sex den. Leodien., sex capones et septem vasa silynigis mensure Traiectensis annui et perpetui census una cum iure patronatus ecclesie de Beke predicte eisdem bonis annexo, nullo alio nisi iurisdictione sua temporali ibidem duntaxat excepta: nos de premissis veritatem scire volentes inquire super hiis fecimus per probos diligentius veritatem. Per quam quidem inquisitionem invenimus et constat nobis liquide quod dicti parentes nostri dictas donationem collationem etc. pure legitime et simpliciter fecerunt in elemosinam propter deum. Nos piis iustis ac devotis dictorum parentum nostrorum vestigiis inherentes, dictas donationem collationem etc. dictis religiosis una cum

karissima domina Maria de Baltersheim uxore nostra ratas habemus et acceptas laudantes easdem etc. Supplicantes nos Reynoldus et Maria reverendo in Christo patri ac domino nostro.. episcopo Leodiensi ac venerabili viro domino Ger. de Nassowe archydiacono ibidem quatinus premissis suum adhibeant consensum et ea velint sua auctoritate ordinaria confirmare. Rogantes etiam dominum Conradum dominum de Sleyden et alias personas subscriptas ut sigilla sua una cum sigillis nostris presentibus apponant. In cuius rei testimonium nos Reynaldus et Maria sigilla nostra presentibus litteris duximus appendenda. Nos vero Conradus dominus de Sleyde, Willelmus dominus de Pytershem, Arnoldus dominus de Steyne, Godefridus de Bogarde, milites, . . prepositus de Mersen et . . prepositus sancti Gerlaci terre de Valkenburgh ad rogatum etc. sigilla nostra etiam presentibus litteris duximus apponenda in testimonium veritatis. Datum anno domini M.CCC.VII., in die divisionis apostolorum.

378. Theobald bischof von Lüttich genehmigt vorstehende urkunde Reinold's herrn von Montioie. 1307 aug. 3.

Theobaldus dei gratia Leodiensis episcopus. Universis etc. salutem et sinceram in domino caritatem. Hiis que pia devotione et pro salute animarum ordinantur nos oportet paterna sollicitudine favorabilius inclinare. Nos igitur ad supplicationem iustum et rationabilem nobilium personarum Reynoldi militis domini de Montyoie de Valkenburgh et de Baltershem nostri consanguinei dilecti et Marie eius uxoris omnibus contentis in litteris quibus presentes nostre littere sunt affixe nostrum impertimur assensum; ea omnia nostra auctoritate ordinaria presentis scripti patrocinio confirmantes perpetuis temporibus duratura. In cuius rei testimonium etc. Datum in castro nostro Hoyen., anno dominice incarnationis millesimo CCC. septimo, tertia die mensis augusti.

379. Gerhard von Nassau archidiakon zu Lüttich gibt seine Zustimmung zu der von Reinold von Montioie ausgestellten urkunde. 1307 aug. 3.

Universis presentes litteras inspecturis G. de Nass. dei

gratia Leodien. archidiaconus salutem in domino sinceram. Ordo rationis expostulat et consonum est equitati ut hiis que pia devotione et pro salute animarum ordinantur nos favorabiliter inclinemus. Nos igitur ad supplicationem etc. Reynoldi militis domini de Montyoie de Walkenburgh et de Baltershem nostri consanguinei dilecti et Marie eius uxoris omnibus contentis in litteris etc. nostrum impertimus assensum etc. In cuius rei testimonium sigillum nostri archidiaconatus maius presentibus litteris duximus apponendum etc. Datum anno domini M.CCC. septimo, tertia die mensis augusti.

380. Pabst Clemens v. bestätigt dem deutschen haus zu Biesen den ihm von Walram herrn zu Montioie und Falkenburg [im april 1293] geschenkten vierten theil des zehnten im kirchspiel Beek nebst dem frohnhof und dem patronat. Poitiers, 1308 märz 1.

Clemens episcopus etc. dilectis filiis commendatori et fratribus hospitalis beate Marie Theutonicorum Jerosolimit. de Junccis Leodien. dioc. salutem etc. Cum a nobis petitur quod iustum est etc. Sane petitio vestra nobis exhibita continebat quod quondam Walrannus miles dominus de Monicen et de Valkenborgh et quondam Philippa eius uxor dicte dioc. de salute propria cogitantes et cupientes terrena in celestia et transitoria in eterna felici commercio commutare quartam partem decime quam habuerant et perceperant ab antiquo in parrochia ecclesie de Beike dicte dioc. necnon curiam sive curtum que Vroenhof vulgariter appellatur circa dictam ecclesiam existentem cum iure patronatus ipsius ecclesie annexo eisdem curie sive curti necnon et annuos redditus ac census quos prefatum hospitale curie sive curti predictis solvere tenebantur, tunc ad militem et uxorem predictos spectantes, pro suorum et progenitorum suorum animarum remedio vobis pia et provida liberalitate donarunt, Raynaldus quoque miles filius et heres predictorum Walranni et Philippe donationem huiusmodi ratam habens et gratam eam laudavit et in quantum in eo extitit approbavit; venerabilis fratris nostri Leodiensis epicopi et loci archidiaconi ad id accedente consensu, prout in patentibus litteris inde confectis predictorum Walranni Philippe episcopi et archidiaconi

sigillis munitis plenius dicitur contineri. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati quod super hoc ab ipsis provide factum est etc. confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo etc. Datum Pictavis, kal. marci, pontificatus nostri anno tertio.

381. Diederich comthur zu Biesen beurkundet dass Wilhelm von Here auf seinen todesfall dem deutschen haus zu Bernsheim 3 bunner und 3 ruthen land bei Milen geschenkt hat. 1308 apr. 4.

Universis etc. frater Theodericus commendator domus milicie de Bissen salutem etc. Noveritis quod in presentia nostri et aliorum nostrorum confratrum cum nostra licentia Wilelmus dictus de Here legavit et in puram elemosinam assignavit fratribus nostris de Bersam ad pitanciam tria bunnaria terre arabilis tres virgas vel circiter, quas emit erga Johannem carnifex de sancto Trudone, iacentis in territorio de Milen, que descendunt de curia dominorum Theutonicorum ibidem pro anniversariis ipsius Willelmi Godefridi patris sui et Ide matris sue similiter faciendis; tali addita conditione quod dictus Willelmus omnes fructus et proventus de dicta terra provenientes levabit et possidebit quamdiu vixerit et suam inde faciat sine aliqua conditione voluntatem; et post decessum dicti Willelmi predicti fratres de Bersam ad suam pitansiam dictam terram habebunt hereditarie et possidebunt, ita quod ipsi fratres quolibet anno in adventu domini et post oct. pasche similiter post oct. pentecostes predictorum anniversarium imperpetuo duratum celebrabunt. In cuius rei etc. Datum anno domini M.CCC. octavo, feria quinta ante diem ramorum palmarum.

382. Cono von Binzfeld beurkundet dass er güter zu Binzfeld Oedingen Unkelbach Sprendlingen und Bingen von der äbtissin von Nivelles [rechtsvorgängerin des deutschen ordens] auf 6 iahre in pacht erhalten. 1308 iuni 22.

Universis etc. Chono de Bynsvelt miles noticiam veritatis cum salute. Noveritis universi quod ego fructus et proventus de Binsvelt de Udenkoven de Unkelbacg de Springellengen et de Bynghe, que ville sunt ecclesie beate Gertrudis Nyvellensis

et que pertinent ad mensam domine abbatisse Nivellensis, ad firmam recepi vel emi per spacium sex annorum a venerabili domina, domina Yolende de Steyne dei gratia abbatissa Nivellen., qui sex anni incipiunt in nativitate beati Johannis baptiste in anno incarnationis domini millesimo trecentesimo octavo; ita tamen quod si dictam dominam Yolandim abbatissam in dicto tempore quandocunque contingat decidere seu cedere vel modo alio ab officio abbatie removeri, ego nec alius pro me dictos fructus potuerimus petere, sed cedent libere ab hora qua desierit esse abbatissa ad abbatissam futuram vel ad ecclesiam Nivellen., et revertuntur dicte ville cum omnibus iuribus suis et pertinentiis sine diminutione ad dictas abbatissam futuram seu ecclesiam; nec occasione dicte cense dictorum fructuum potero ad bona dicte domine Jolend. abbatisse vel ad executores seu successores suos ex testamento vel ab intestata aliquid exigere vel super hiis ipsis molestare etc. Fateor eciam me nullum ius habere in conferendo ecclesiam de Binsvelt si eam vacare contigerit infra sex annos etc. Hec supradicta etc. In quorum omnium testimonium sigillum meum proprium presentibus litteris apposui et suplico viris probis et honestis, dominis Honkino militi dicto de Mollenarken, domino Godefrido de Pomerio militi, Willelmo militi de Noinweyn, domino Johanni de Meroyde ac Willelmo dicto Royst, quatinus sua sigilla una cum meo sigillo etc. presentibus litteris apponant. Et nos Honkinus etc. Datum anno domini millesimo trecentesimo octavo, sabbato ante festum beati Johannis baptiste predictum.

383. Walram graf von Zweibrücken verspricht das deutsche haus [zu Saarbrücken] die beschädigungen und belästigungen nicht entgelten zu lassen die ihm der ordensbruder Bezelin genannt von Zweibrücken zugefügt. 1308 dec. 13.

Universis presentes etc. nos.. Walramus comes Geminipontis notum esse cupimus quod nos super omnibus perturbationibus gravaminibus dampnis seu molestiis nobis quoquo modo per fratrem Bezelinum dictum de Geminoponte domus Theotonicorum illatis magistrum seu fratres dicte domus aut eorundem ordinem per nos vel nostros nunc vel in posterum non moles-

tabimus neque eciam occasione predictarum dampna ipsis inferemus sed ipsos exnunc omnino absolvimus et acquittamus dummodo eundem in suum recipient socium et confratrem. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum anno domini M.CCC. octavo, in die beate Lucie virginis.

384. Heilwig wittwe des ritters Simon Brotsack ihr sohn und ihre schwiegertochter aus Lahnstein verkaufen der Gela daughter Arnold's vom Rothenhaus für 54 mark einen vom deutschen haus zu Coblenz iährlich zu zahlenden zins von  $4\frac{1}{2}$  mark. 1310 apr. 18.\*)

Universis etc. nos Heilewigis vidua, relictæ quondam Symonis dicti Broysac militis, Symon eius filius miles et Aleydis eius uxor legitima de Niederlайнstein cupimus fore notum etc. quod cum viri religiosi fratres domus Theutonice in Confluentia nobis singulis annis redditus quatuor marcarum et sex solidorum denariorum usualium in Niderlainsteyn, videlicet duas marcas in festo circumcisionis domini et in dominica die qua cantatur invocavit me triginta solidos, de omnibus bonis quondam Gobelini de Merinberg solvere et assignare tenerentur: nos inevitabili necessitate evidenti onere videlicet debitorum manu communicata et sponte vendidimus et vendimus etc. pro nobis et nostris heredibus universis Gele filie quondam Arnoldi dicti de Rufa domo et eius liberis ementibus et recipientibus pro se et suis heredibus universis redditus antedictos ad habendum etc. omni iure quo hucusque ipsos redditus tenuimus etc. pro quinquaginta quatuor marcis denariorum predictorum nobis ab ipsa Gela traditis etc.; exceptioni non numerate pecunie etc. renuntiantes omnino; promittentes insuper ipsi Gele etc.; dictos redditus cum omni iure nobis in ipsis competente ipsi Gele supraportavimus et supraportamus manu ore et calamo cum sollempnitatibus debitibus et consuetis etc.; renuntiamus etiam omnibus exceptionibus etc. Ego vero Gela predicta volens dictis venditoribus facere gratiam et amicitiam specialem, ipsis infra tres annos a data presentium computandos, cum eis ad me vel meos heredes medio tempore venire placuerit, vendam vel si pro tempore non

\*.) Vergl. bd. 1. s 361.

fuero mei liberi seu heredes vendent pro consimili pretio redditus antedictos; sed post lapsum dictorum trium annorum ego et mei heredes quoad venditionem predictam nullatenus crimus obligati. Et nos venditores predicti hoc in hiis scriptis eligimus quod post lapsum ipsius termini quoad huiusmodi emptiōnem seu venditionem nullatenus audiemur. In cuius rei testimonium etc. nos partes supradicte sigilla videlicet officialitatis curie Confluen. et Johannis plebani in Niderlainsteyn apponi rogavimus etc. isti scripto. Et nos . . . officialis et plebanus etc. Actum presentibus viris honestis Johanne dicto Drait, Gerlaco de Holzgassen, Rudolpho dicto Reuvelin, Gobelino rufo, Heynemanno dicto Grissil, Richwino dicto Kule, Conrado dicto Leyer, Conrado dicto Jude, Henrico lapicida, Werner dicto Valke, Egmudo fabro, Meffrido dicto Hole, Conrado dicto Luze et Henrico dicto Denzilman, scabinis in Niderlainsteyn ad hoc vocatis et rogatis. Et datum in vigilia pasche, anno domini M.CCC. decimo.

385. Hermann von Pentelinc verkauft dem deutschen haus zu Mülheim eine mühlstätte zu Cörbeke und zehn morgen land. 1310 iuni 7.

Universis presentes litteras visuris vel audituris. Ego Hermannus de Pentelinc ad noticiam veritatis in perpetuum protestor et recognosco quod accidente Elizabet uxor mee Lamberti fratris mei Petronelle et Gude sororum mearum Hermanni et Elizabet puerorum meorum ac aliorum heredum meorum bona voluntate et consensu pro certa pecunie summa quam recognosco michi plene esse persolutam legitime vendidi viris religiosis . . . commendatori et fratribus domus Theutonice de Molinhem aream seu locum molendinum in Corbeke cum decem iugeribus agrorum attinentibus iure et nomine proprietorum bonorum perpetuo possidendum; promittentes eisdem commendatori et fratribus de contractu et iure eorundem bonorum quando et ubique de iure debuero debitam prestare warandiam. Et ne in hiis in futurum alicui dubium oriatur, prefatis commendatori et fratribus dedi presentes litteras pro me meisque heredibus iam natis et per dei gratiam deinceps nascituris meo sigillo roboratas ad firmitatem perpetuam premissorum. Actum

in festo pentekostes, anno domini M.CCC. decimo; presentibus domino Lamberto plebano de Werle, Ludolfo de Pentelinc patruo meo, Bertoldo de Herborne, Hermanno Cubic iudice Susatiensi, Gerhardo de Colonia, Johanne dicto Solder et aliis fide dignis.

386. Reinald graf von Geldern erklärt dem deutschordenscomthur Gerard 200 mark schuldig zu sein und stellt für die zahlung bürgen mit der verpflichtung zum einlager in Roermond. 1311 apr. 20.

Nos Reynaldus comes Gelr. universis etc. cupimus esse notum quod nos tenemur et sumus obligati fratri Gerardo commendatori ordinis hospitalis beate Marie Theutonicorum Jherorol. et eiusdem ordini in ducentis marchis denariorum Brabantinorum, quas ipsis persolvere promittimus in proximo festo nativitatis Christi; constituentes eisdem super eo fideiussores, videlicet dominum Theodericum de Ysenburg et dominum Vleckonem milites, Alexandrum de Merbach et Sugerum de Bruchusen famulos nostros et quemlibet eorum insolidum; tali interposita conditione, si predictam pecunie summam predictis fratri Gerardo commendatori et suo ordini dicto termino non persolverimus quod ad eorum monitionem intrabunt opidum nostrum de Ruremunde vel quilibet eorum mittet pro se unum famulum cum uno equo ad iacendum ad comedus more bonorum fideiussorum in honesto hospicio, non exituri nec aliquo eorum soluto quoadusque de premissis omnibus et singulis predictis commendatori et ordini suo integraliter fuerit satisfactum; presencium testimonio litterarum sigilli nostri munimine consignatarum. Datum feria tercia post octavas pasche, anno domini millesimo trecentesimo undecimo.

387. Wilhelm von der abtsbrücke zu Milen bekennt dem deutschen haus zu Bernsheim für das ihm überlassene land einen zins von 21 schilling und 3 denaren schuldig zu sein. 1311 iuli 10.

Universis etc. Johannes Gernoet et Walterus Blide scabini opidi sancti Trudonis salutem etc. Noveritis quod in presentia nostri propter hoc personaliter constitutus Willelmus dictus de ponte de Milen abbatis presentibus ibidem Henrico dicto Custere

et Arnoldo filio Alene scabinis ville de Milen recongnovit se debere domui de Bernecham suburbii opidi sancti Trudonis predicti ordinis fratrum Teutonicorum Jherosol. dyoc. Leod. viginti et unum solidos cum tribus denariis aut circiter ad bonam computationem veteris monete regis Francie argenteorum legalium et bonorum persolvend. domui supradicte infra festum beati Egidii abbatis proximo affuturum de trecensu terre domus prediche etc. quam ipse Willelmus etc. excolit etc.; tali apposita conditione quod si ipse Willelmus solutionem non fecerit competentem quod absit tunc ipse Willelmus de cultura dicte terre nullum ius sibi aliquatenus poterit vendicare et nichilominus domui supradicte erit obligatus in viginti et uno solidis den. antedictis etc. Datum anno domini M. trigesimo undecimo, die sabbato post octavas beatorum Petri et Pauli apostolorum.

388. Goswin Goldacker comthur und die andern brüder des deutschen hauses zu Bernsheim versprechen der nichte des Jordan Mispelken nach dessen tod jährlich eine müdde korn nach Saint Trond zu liefern. 1312 aug. 28.

Universis etc. frater Gosvinus dictus Goutacker commendator domus de Berneseim ceterique fratres eiusdem domus ordinis milicie Theutonicorum salutem etc. Noverint universi etc. quod dilectus noster Jordanus dictus Mispelken de sancto Trudone clericus unum bonuarium terre arabilis vel circiter, iacentis in territorio dicto Biedael situm inter Niel et Borloe ac descendensis a domino abbe monasterii sancti Trudonis et solventis eidem in curia de Borloe singulis annis nomine census sex denarios Leodien, in die beati Remigii confessoris, petancie domus nostre de Berneseim ob laudem divini nominis sueque ac ceterorum suorum predecessorum in puram et perpetuam elemosinam contulit remedia animarum; sub hac tamen conditione et forma quod Jordanus supradictus usumfructum integraliter quoad vixerit de terris capiet antedictis, et quod nos commendator et fratres predicti post eius decessum Katherine dicte Mispelkens eius nepti si supervixerit unum modium silinginis mensure sancti Trudonis pagabilis singulis annis in die beati Petri ad vincula infra muros seu libertates sancti Trudo-

nis ubicunque dicta Katherina voluerit nostris vehiculis et expensis quamdiu vixerit de terris solvemus sepedictis; quibus ab humanis exemptis prefata terra libera nobis et petancie domus nostre supradicte cedet hereditarie possidenda etc. Datum anno domini M.CCC. duodecimo, feria secunda post Bertholomei apostoli.

389. Gerard herr zu Horn Altena und Parweis genehmigt die von seinem vater und bruder mit dem deutschen haus zu Biesen getroffene übereinkunft wegen der mühlen zu Cotersen. 1312 nov. 18.

Universis presentes visuris Gerardus dominus de Horne de Althena et de Parweis etc. Noveritis quod omnes conventiones et obligationes quas dominus .. pater meus et frater meus dominus Willelmus felicis recordationis fecerunt de molendinis nostris de Curtersen cum .. fratribus de Juncis ordinis hospitalis beate Marie Jherosolimitane, prout littere cantant ab ipsis optente, ratificamus ratas et gratas habemus etc.; promittentes quod contra ipsas non veniemus per nos vel per alias quoquomodo etc. Datum anno domini M.CCC. duodecimo, in octavis beati Martini hyemalis.

390. Goswin Goldacker comthur und die andern brüder des deutschen hauses zu Bernsheim versprechen ihrer ordenschwester Jughene jährlich eine müdde korn nach Saint Trond zu liefern. 1313 märz 7.

Universis etc. frater Goswinus dictus Goutacker commendator ceterique fratres ordinis milicie domus Theutonicorum de Bernesem salutem etc. Cum dominus Gyselbertus dictus Letwerc presbiter quandam duo bonuaria cum dimidio terre arabilis vel circiter iacentis iuxta villam que dicitur Bevinghen ad petanciam domus nostre de Bernesem ob laudem divini amoris sueque ac ceterorum suorum predecessorum contulerit remedia animarum, conditionibus tamen mediantibus ita quod nos de dicta terra Elisabet filie quandam Arnoldi dicti Volleken de sancto Johanne unum modium siliginis solubilis et legalis mensure sancti Trudonis singulis annis quoad ipsa viveret in festo beati Andree apostoli nostris laboribus vehiculis et expensis in oppido sancti Trudonis persolvere teneremur: notum facimus universis etc. quod nos commendator et fratres predicti matura

deliberatione prehabita necnon evidenti utilitate pensata emimus et titulo emptionis in numerata et prompta pecunia acquisivimus erga dictam Elisabet dictum modium siliginis in quo eidem ex causa prefixa quoad ipsa viveret fuimus obligati, et quod nos dictum modium siliginis in aliam personam alienavimus et ad solvendum de dicta terra ulterius vendidimus, videlicet sorori nostre vulgariter dicte Jughene relicte quondam Johannis dicti Finken de sancto Trudone; cui promittimus presentium testimonio litterarum quod nos eidem predictum modium siliginis etc. nomine pensionis quoad ipsa vixerit singulis annis in festo beati Andree apostoli nostris vehiculis etc. ubicunque dicte Jughene infra libertates opidi sancti Trudonis placherit de bonis nostris de Bernesem bona fide soluturos et adducturos etc. Datum anno domini M.CCC.XII., feria quarta post Invocavit me.

391. Der landcomthur in Münster und der comthur in Welheim versprechen den bürgern von Duisburg dass die deutschordensbrüder die städtischen lasten eben so gut tragen sollen wie ieder andre dortige einwohner. 1313  
märz 16.

Nos in Monasterio provincialis in Welheim domorum fratrum Teutonicorum commendatores notum esse volumus, quod cum fratres ordinis nostri predicti domum quondam Apollonii dicti de Benshem in Duisburg op der Kuhestrassen emerunt et postmodum hereditas quondam Apollonii dicti Schonebelt per Belam sororem eiusdem, ad quam ipsa hereditas successione hereditaria extiterat devoluta, ordini nostro sive fratribus ordinis nostri pure propter deum tradita fuerit: pro nobis et pro fratribus nostris pro tempore qui fuerint oppidanis Duisburgensis promittimus, nos sive nostros fratres de predictis hereditatis iura civitatis Duisburgensis per omnia facturos que aliquis oppidanus Duisburgensis laicus si earum hereditatum possessor existeret facere teneretur. In cuius rei testimonium sigilla nostra una cum sigillo domini Arnoldi nostri confratris plebani ecclesie sancti Salvatoris in Duisborch presentibus litteris sunt appensa. Actum et datum anno domini M.CCC.XIII., feria sexta post dominicam Reminiscere.

392. Adelheid wittwe des ritters Simon Brotsack tochter Heinrich's von dem Forst verkauft dem deutschen haus

zu Coblenz für 60 mark ihren hof zu Frücht und ihre andern dortigen besitzungen nebst gewissen berechtigungen in der gemarkung von Oberlahnstein. 1314 märz 12.

Universis etc. ego Aleydis filia Henrici dicti van me Vorste militis uxor quondam Symonis dicti Broysac de Laynstein militis cupio esse notum etc. quod ego pensata utilitate propria et heredum meorum subscriptorum et necessitate compulsa onere videlicet debitorum vendidi et vendo tradidi et trado viris religiosis . . commendatori et . . fratribus domus Theutonice in Confluentia ementibus et recipientibus pro se et suis successoribus et nomine domus sue predicte curtem meam et quondam mariti mei predicti, sitam in villa Vruchte, cum suis pertinenciis necnon omnia et singula bona propria que hactenus habuimus ego et maritus meus predictus in pertinenciis dicte ville et prout sita sunt ibidem in quibusunque rebus consistant videlicet domibus terris arabilibus memoribus pascuis pratis areis censibus necnon iuribus et rebus aliis quibusunque; ac effestucavi et effestuco renunciavi et renuncio manu ore et calamo nomine meo et heredum et liberorum meorum videlicet Symonis filii mei Helwigis Aleydis et Lyse filiarum mearum minorum et impuberum quorum consensum et renunciationem cum ad annos legitimos pervenerint me per stipulationem legitimam effecturam et curaturam promitto, ad habendum etc. iure proprio seu allodii etc.; ita eciam quod dicti . . religiosis vel inquilinus eorundem recipere et secare debebunt et poterunt secundum antiquam consuetudinem et ius curtis predicte ligna ad comburendum in marka in superiori Laynsten et passare equos et boves ad aratrum spectantes in marka supradicta; pro sexaginta marcis, tribus hallensibus pro denario computatis, michi ab eisdem religiosis numeratis etc.; quam pecunie summa in usus meos et heredum meorum predictorum converti oportunos et recognosco convertisse videlicet in solucionem debitorum quibus mea et liberorum meorum hereditas fuerat aggravata; renuncians pure et simpliciter etc.; sed predictum emptionis et venditionis contractum bona fide promitto dictis . . religiosis legitime stipulantibus ratum et firmum tenere etc. Ut autem omnia et singula premissa rata et inconvulsa permaneant prefatis . . religiosis subscriptos statui fideiussores, vide-

licet Henricum de Forste fratrem meum, Hunzwinum, Johannem dictum Schillinc fratrem ipsius, Johannem dictum Buchere, Jacobum dictum Hune, et Heynemanum dictum de Rense, de Laynsten, armigeros, qui se pro me et heredibus meis tytulo fideiussionis apud dictos . . religiosos obligantes fide prestita promiserunt, quod si in premissis vel aliquo premissorum negligens fuero vel remissa, ipsi . . fideiussores moniti extunc ex parte dictorum . . religiosorum villam in inferiori Laynsten intrabunt simul in unum hospicium more bonorum fideiussorum ad iacentum ad comedus inde non recessuri donec premissa et singula per me prout premissa sunt fuerint adimpta. Et si quod absit unum fideiussorum predictorum mori contigerit, infra quatuordecim dies alium debebo eque ydoneum subrogare; alioquin fideiussores superstites moniti a dictis . . religiosis inferius Laynsten intrare debebunt prout superius est expressum donec fideiussor mortuo fuerit substitutus. Et nos . . fideiussores predicti premissa omnia et singula vera esse recognoscentes nos apud dictos . . religiosos ad predictam iacentiam et comedus tenore presencium obligamus. In quorum omnium testimonium etc. quia ego Aleydis predicta et nos . . fideiussores predicti sigilla propria non habemus sigilla honestorum virorum videlicet Henrici dicti van me Vorste patris mei Aleydis et Johannis dicti Buzhart militum apponi rogavimus et impetravimus isti scripto. Et nos Henricus et Johannes predicti etc. Actum et datum in die beati Gregorii pape, anno domini millesimo trecentesimo tercio decimo.

393. Johann von Linz vormals pfarrer in Hunnefeld schenkt dem deutschen haus zu Breidbach einen weingarten zu Erpel. 1314 apr. 14.

Universis etc. ego Johannes sacerdos de Lynse quandam plebanus in Hunneveld notum esse cupio per presentes quod sanus et incolumis mente et corpore cogitans de salute anime mee ob reverenciam gloriose virginis genitricis dei Marie et in remedium mee anime ac progenitorum meorum omnium contuli et confero etc. vineam meam in terminis Erple sitam super Poysch, dictam in vulgari Moycen wingarte, viris religiosis . . commendatori et fratribus ordinis sancte Marie Theutonicorum

domus in Breitbach in puram elemosinam perpetuis temporibus possidendam. In cuius rei testimonium etc. presens scriptum sigillis discretorum virorum . . plebani in Erple ac scabinorum ibidem supradictis religiosis tradidi communatum. Et nos plebanus et scabini etc. Datum anno domini M.CCC.XIII, in dominica Quasi modo geniti.

394. Ludwig bischof von Münster beurkundet dass ritter Engelbert von Gemen dem deutschen haus zu Münster das gut Brunstering in tausch gegen das gut Kehling übergeben. Kapelle des hofs Nartlen, 1315 dec. 4.

Nos Ludowicus dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus etc. scire volumus universos quod anno domini millesimo trecentesimo quinto decimo in die beate Barbare virginis et martyris comparuerunt coram nobis religiosus vir frater Conradus dictus Blavot nomine et loco commendatoris et fratrum totiusque conventus domus Teutonice sancti Georgii in Monasterio ex una Engelbertus de Gemene uxor sua Ludgardis et Gertrudis sua filia parte ex altera, permutationem proprietatum bonorum quorundam facientes, videlicet in hunc modum quod frater Conradus Blavot predictus proprietatem bonorum, dictorum Kelinch sitorum Vischbecke in parochia Dulmene, in manus Engelberti de Gemene militis uxoris sue et filie iam dictorum libere resignavit, Engelbertus vero de Gemene uxor sua et filia proprietatem bonorum, dictorum Brunsterinch in parochia Sendene sitorum, econverso in manus fratris Conradi Blavot commendatoris fratrum et conventus domus Teutonice sancti Georgii in Monasterio predictorum benivole resignarunt; promittentes alterutrum debitam bonorum huiusmodi facere warandiam. In cuius rei testimonium sigillum nostrum ad petititionem partis utriusque presentibus est appensum. Datum et actum in capella curtis Nartlen anno et die predictis. Presentibus domino Theoderico de Remen canonico Monasterien., domino Ottone de Ahus, Hermanno de Gemene, Rabodone de Weske, Hermanno de Dorinch, Henrico dicto Ruwe, Schillinch dicto Morian, Gerhardo de Weseke, Winando dicto Twikkelo, Joanne dicto Scele, Johanne de Emschede, Wilbrando filio advocati et aliis pluribus fidedignis.

395. Schultheiss und schöffen von Erpel beurkunden, dass Wilhelm von Erdenburg parochian daselbst dem deutschen haus zu Breidbach all sein gut geschenkt hat, das recht des domprobstes von Cöln und der einwohner von Erpel vorbehalten. 1315 febr. 14.

Nos scultetus et scabini in Erple tenore presentium recognoscimus publice protestantes quod in nostra presencia constitutus Wilhelmus de Erdinburg parochianus in Erple tradidit et assignavit supraportavit et donavit donatione inter vivos et irrevocabiliter omnia bona sua religiosis viris . . commendatori et fratribus domus Theutonice in Breitpach in puram elemosinam perpetuo possidendam; salvo tamen in eisdem bonis iure domini . . prepositi Coloniensis, parochialium et ville Erple nec non et aliorum omnium et singulorum a quibus dicta bona pensionarie vel quocunque alio iure dependent. In cuius rei testimonium sigillum scabinatus in Erple presentibus duximus apponendum. Datum anno domini M.CCC.XV., in die Valentini martiris.

396. Nicolaus von Meghen und Johann sohn Aikin's schöffen zu Herzogenbusch beurkunden dass Johann sohn Gosswin's von Gemert sein gesammtes vermögen dem deutschen orden geschenkt hat. 1316 nov. 28.

Nos Nycholaus de Meghen et Johannes filius quondam Aykini, scabini in Buschodus, notum facimus universis quod coram nobis Johannes filius quondam Gosswini de Ghaemert omnia bona sua mobilia et immobilia hereditaria et parata ubicunque sita vel existentia fratri Gerardo de Los commendatori in Juncis ordinis fratrum Theutonicorum ad opus dicti ordinis donavit tradidit et resignavit effestucando modo in talibus consueto; promittens coram nobis se donationem et traditionem et resignationem huiusmodi ratas et firmas perpetuo servaturum. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus litteris sunt appensa. Datum anno domini M.CCC. sextodecimo, die dominica post festum beate Katherine virginis et martiris.

397. Helfrich von Rudinkeim des Johanniterordens statthalter in Deutschland genehmigt den verkauf des alten und neuen hofs seitens des comthurs in Wiesen an das deutsche haus zu Oberflörsheim. 1316 dec. 30.

Nos frater Hilphricus de Rudinheim gerens vices per Alimaniam reverendi viri fratri Leonardi de Thiberti generalis visitatoris in cismontanis partibus tenore presencium recognoscimus et ad universorum noticiam cupimus pervenire nos ratificasse vendicionem bonorum videlicet antique et nove curiarum cum earum pertinenciis a fratre Philippo de Hoinfels commendatore in Wiszen, . . . commendatori domus Theutonice neconon fratribus in Flersheim factam ibidem, immo eciam presentibus ratificamus sub testimonio sigilli nostri quod apposuimus huic scripto. Datum anno domini M.CCC.XVI., in crastino beati Thome apostoli.

398. Minca und Schonilde schwester zu Güls verkaufen der Mobilia Vockin [rechtsvorgängerin des deutschen ordens] eine rente von 6 schilling haftend auf ihrem weingarten zu Güls in der flur genannt an dem Birkin. Güls, 1317 apr. 16.

Universis etc. nos Minca et Schonildis sorores de Gulse notum esse volumus etc. quod nos urgente necessitatis articulo vendidimus etc. Mobilie filie quandam bone memorie dicte Vockin de Confluentia ementi etc. sex solidos den. tribus hall. pro denario quolibet computatis annui census solvendos eidem Mobilie Confluen. et eius heredibus a nobis et nostris heredibus singulis annis in perpetuum in festo beati Martini hyemalis, de vinea nostra sita in terminis ville de Gulse in floro quod dicitur an dem Birkin ex cuius uno latere Petrus dictus Backe possidere dicitur et ex alio latere est communis semita et si qui alii sunt confines, pro precio quatuor et dimidia marcarum den. predicti pagamenti nobis ab eadem Mobilia numeratarum etc.; exceptioni non numerate pecunie etc. renunciantes omnino; promittentes etc. eidem Mobilie facere debitam warandiam secundum consuetudinem ville predicte; predicta eciam vinea ab omni onere alio censuali est emunis omnino. In cuius rei testimonium commune sigillum . . . scabinorum in Gulse precibus nostris presentibus est appensum. Et nos . . . scabini etc. Datum sabbato post dominicam Quasimodo, anno domini M.CCC. septimo decimo.

399. Der comthur und die brüder des deutschen hauses zu Breidbach geben dem Heinrich Volmar in Erpel ihre

weingärten daselbst in tausch gegen die seinigen zu Linz.  
1317 mai 1.

Nos . . commendator et fratres domus Theutonice in Breitbach recognoscimus per presentes quod cum concambium fecissemus cum discretis hominibus Henrico Volemari et Christine uxori sue legitime parochialibus in Erple cum quadam hereditate nostra videlicet vinearum nostrarum in terminis ville predicte Erple sitarum pro vineis dictorum coniugum in terminis Linse sitis et concambium placuisse parti utriusque scilicet dictis coniugibus et nobis, hoc excepto quod dicti coniuges volebant de iusta vinearum nostrarum warandia assecurari, et nos in hac parte ipsorum votis satisfacere volentes in presencia . . scabinorum de Erple qui a nobis in cimiterio Erplensi novem hallenses in testimonium acceperunt vineam nostram in der Owe sitam, quam nobis in concambio tradiderant, ipsis coniugibus pro nobis et nostris successoribus ponimus pro subpignore de iusta warandia vinearum ipsis in concambio traditarum annis centum et amplius facienda. Preterea profitemur et publice protestamur quod nos supradictis coniugibus coram scabinis Erplensisibus supraportavimus et supraportamus unam amam vini quam singulis annis ipsis presentabit Arnoldus dictus Punce de hereditate bona sita in Gyleswinkel; cum litteris et condicionibus, quas nobis ad preces dicti Arnoldi sigillaverunt scabini in Erple. In cuius rei testimonium presentes litteras tradidimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno domini M.CCC.XVII., Philippi et Jacobi.

400. Conemann von Brige und Richmod tochter der herrin von Spay zu Güls verkaufen, ieder für sich, dem bäcker Wetzelo aus Coblenz [rechtsvorgänger des deutschen ordens] einen zins von einer halben mark haftend auf weingärten in Güls. 1317 mai 1.

Universis etc. nos Conemannus de Brige et Rychmodis filia domine de Speye, de Gulse, cupimus fore notum etc. quod nos urgente necessitate onere videlicet debitorum oppressi tradidimus et tradimus etc. Wetzeloni pistori Confluen. ementi etc. ego Conemanus predictus dimidiā marcam denariorum tribus hallensibus pro denario quolibet computatis nomine annui census

solvendam eidem singulis annis in festo beati Martini hyemalis de vinea mea sita in terminis ville Gulse in loco qui dicitur Kirchove, ex cuius uno latere Jacobus dictus Schade ex alio Mens dictus Brogginsun possidet, pro quatuor marcis denariorum et tribus solidis denariorum dicti pagamenti; ego vero Rychmodis similiter dimidiā marcam denariorum nomine annui censu solvendam eidem singulis annis in festo beati Martini predicto de vinea mea sita in terminis dicte ville Gulse in floro qui dicitur Quirvels, ex cuius uno latere est via que vocatur Biszolter weg ex alio latere possidet Ensfridus scabinus de Gulse, pro quatuor marcis et tribus solidis denariorum pagamenti predicti, ad habendum tenendum etc.; quam pecuniam idem Wetzelo nobis numeravit etc.; exceptioni non numerate etc.; promittentes etc. debitam facere warandiam secundum consuetudinem dicte ville necnon terre generalis etc. In cuius rei testimonium sigillum commune scabinorum de Gulse ad preces nostras presentibus est appensum. Et nos scabini etc. Datum in die beate Walpurgis virginis, anno domini millesimo trecentesimo decimo septimo.

401. Heinrich erzbischof von Cöln erlaubt den deutschordensbrüdern, in Rheinberg ein haus zu gründen nebst einer kapelle und einem kirchhof. Cöln, 1317 nov. 4.

Universis etc. Henricus dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus sancti imperii per Italiam archicancellarius salutem etc. Quoniam non solum ecclesias nobis subditas in disciplina regimine debito et iuribus suis conservare cupimus verum etiam per divini cultus augmentationem cura pervigili et paterna sollicitudine laboramus ideoque ad universorum notitiam etc. volumus pervenire quod honorabilibus et religiosis viris . . magistro . . commendatoribus et fratribus ordinis hospitalis beate Marie Jherosolimit., ut in opido nostro Berke in loco ipsis ad hoc apto domum seu mansionem cum oratorio seu capella et cimiterio pro sepulturis fratrum in ipsa domo decedentium prout eis conveniens fuerit construere et erigere licite valeant, dum tamen id absque parochialis ecclesie preuidicio processerit et oblationes que ad altare seu altaria in ipsa capella seu oratorio offeruntur rectori parochialis ecclesie in Berke pro tempore existenti integraliter presententur, tenore presentium indulgemus. Mandantes et precipientes universis et

singulis in virtute sancte obedientie, ut dictos fratres in huiusmodi structura necnon in legatis et legandis seu dandis eisdem non presumant impedire vel aliqualiter molestare. Contrarium facientes divine ultionis vindictam nostramque indignationem se noverint incursuros. In cuius rei testimonium etc. sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Datum Colonie, anno domini millesimo trecentesimo decimo septimo, feria sexta post festum omnium sanctorum.

402. Gerard von Hammerstein stellvertreter des grossmeisters der Johanniter und des generalvisitators verkauft, da der orden mit grossen schulden belastet, dem deutschen haus zu Bernsheim die ordengüter zu Hellensfort nebst dem patronat der dortigen kapelle. 1317 dec. 18.

Universis etc. frater Gerardus de Hamersteyn gerens vices venerabilis viri domini Fulconis de Vilareyt magistri transmarini ac fratris Leonardi de Tybertis generalis visitatoris ordinis hospitalis beati Johannis Jherosolimit. in perpetuam rei memoriam cognoscere veritatem. Universitati vestre notum esse volumus quod cum ordo noster predictus gravi debitorum onere sit oppressus nec mobilia habeamus que vendamus cum quibus nos nostrumque ordinem ab huiusmodi debitorum onere et usurarum voragine possimus aliquatenus relevare, diligenti tractatu prehabito de utilitate et bono statu nostri ordinis sollicite cogitantes et nobis et nostro ordini in hiis prospicientes fideliter et prudenter, de fratrum Johannis de Helphensteyn commendatoris de Megheln et de Novimago, Wernerii de Hasewic prioris in Megheln, Conradi de Scoennecken, Philippi de Hellensfort, Johannis dicti Mularc ac aliorum fratrum nostrorum viorum prudentum maturo consilio voluntate libera et consensu ob nostram et dicti nostri ordinis urgente necessitatem predictam vendidimus pure et tradidimus iure quo nos possedimus viris religiosis et honestis fratri Goswino commendatori ac ceteris fratribus ordinis domus Theutonice de Bernsam iuxta sanctum Trudonem ac ordini eorundem ea bona universa et singula, que nos et noster ordo predictus in Hellensfort habuimus et habuit, cum omnibus suis pertinenciis et iuribus universis sicut nos ea habuimus et ordo noster predictus ea habuit et possedit, viginti tria videlicet bonuaria terre arabilis et pratorum, quod-

libet bonuarium pro tribus libris Turonensibus grossorum veterum regalium nobis numeratis et traditis ab eisdem, quas in usus necessarios nostros utpote in debitorum ordinis nostri solutionem fatemur esse conversas; nos de dictis bonis tenore presencium exeundo et tradendo eorum proprietatem et possessionem prout ea hactenus possedimus et ea ipsis emporibus vacua relinquendo coram dominis seu dominio a quibus dicta bona dependent ubi eis hoc utile esse poterat atque firmum. Item sex bonaria terre arabilis post obitum Lyse relicte quondam fratris Ywaini, et collationem capelle ibidem in Hellensfort et domiciliorum cum area ad eandem pertinentium et proprietatem eorum, ac etiam sex modios siliginis annue pensionis perpetue mensure sancti Trudonis ad dictam capellam pertinentes, libera voluntate antedictis emporibus contulimus et conferimus gratiose; nichil nobis iuris proprietatis aut possessionis in eisdem de cetero reservatis. De quibus omnibus et singulis dictis emporibus litteras dedimus sigillis nostris videlicet fratris Gerardi de Hammersteyn et Johannis de Helphensteyn fratrum predictorum prout premissa in eisdem plenius etc. declarantur roboratis. Et ad maiorem certitudinem premissorum rogamus nobilem virum dominum . . comitem Lossensem quatinus premissa suo sigillo velit ad preces nostras roborare et suum sigillum presentibus apponere etc. In quorum omnium testimonium etc. nos Arnoldus comes Lossensis sigillum nostrum etc. presentibus litteris duximus apponendum. Datum anno domini millesimo CCC. decimo septimo, dominica post festum beate Lucie virginis.

403. Clamann Buve seine frau und seine schwester aus Güls verkaufen dem bäcker Wetzelo aus Coblenz [rechtsvorgänger des deutschen ordens] zwei mark rente. 1319 dec. 29.

Universis etc. nos Clamannus dictus Buve et Odilia eius uxor necnon Cristina soror eiusdem Clamanni, de Gulse, volvimus esse notum quod nos urgente inevitabili necessitate manu communicata et unanimi consensu vendidimus etc. Wetzeloni opidano Confluen. pistori ementi et recipienti pro se etc. duarum marcarum denariorum, tribus hallen. pro denario quolibet computatis, annui et perpetui redditus sive census solvend. et

presentand. eidem Wetzeloni aut exhibitori presencium nomine ipsius a nobis et nostris heredibus in festo beati Martini hyemalis singulis annis de domo nostra et omnibus eius attinenciis sitis in inferiori parte ecclesie predicte ville de Gulse, necnon et de tribus particulis vinearum continentibus unum iurnalem sitis in floro ibidem qui vulgariter uf der vels nuncupatur, item et de uno quartali vinearum sito ibidem in loco qui vulgariter kumede appellatur, ad habendum tenendum etc. eosdem census pacifice et quiete etc. pro precio viginti marcarum denariorum monete predicte nobis ab eodem emptore numeratarum etc.; exceptioni pecunie non numerate etc. renunciantes etc.; promittentes dicto emptori etc. facere debitam warandiam iuxta consuetudinem ville de Gulse etc. In cuius rei testimonium etc. commune sigillum scabinorum ville de Gulse sepedicte apponi rogavimus isti scripto; quod nos scabini predicti recognoscimus esse verum. Actum et datum in crastino sanctorum Innocentium martirum, anno domini M. CCC. decimo nono.

404. Werner Wilche ritter von Alzei verspricht könig Ludwig's entscheidung in betreff der deutschordengüter zu Beckingen zu befolgen. 1320 apr. 21.

Wijr . . Wernher Wilche ein ritter von Alzei und Anne min elich husfrawe tun chunt allen den die disen brif ansehent, und virien offinbar vor uns und unsir beider erben an diseme brive, daz wir und unser beider erben die schidung und satzung die der hochgeborne herre, herre her Ludwig ein chunig von Romen unser gnedeger herre, umb den erich der thussen den deutschen herren und uns gewesin ist umbe die gut zu Beckingen und zu Pachtin und umbe die ansprache die wir und unsir erben zu den selben guten gehabt haben und haben motthen, getan hat, als die brive sagent die daruber gegeben sint mit sinen ingesigeln virsigilt, stethe habent und haben wollen und sollen etc., und irkennen uns auch daz wir dehein reth hetden an den vorgenanten guten. Hatden wir dehein recht daran, des verzihen wir und vor unsir beider erben an diseme brive. Daz diz stede und ungebrochen virlibe, so han ich Wernher Wilche disen brif virsigilt bit mime ingesigele, domide mich frawe Annen volbegnuget, vand ingesigels nit in han, und vir-

zihen gentzlich an disemē brive und under diseme ingesigle.  
Dirre brif ist gegeben do man zalte von Cristes gebort dusent  
iar drihundert iar und zwenzig iar, an dem mandage vor sentte  
Georgen dage.

405. Wessel von Galen seine frau und seine söhne verkaufen  
dem deutschen haus zu Münster für 15 mark den schna-  
ckenkotten zu Rinckerode. 1320 iuni 26.

Omnibus etc. Wescelus de Galen senior Ottburgis uxor eius  
legitima Wescelus, Gawinus et Rottgerus nati eorundem volu-  
mus esse notum quod nos bona voluntate nostra et omnium  
heredum nostrorum vendidimus et vendimus per presentes in  
Christo devotis fratribus Theoderico de Baclo commendatori  
ceterisque cruce signatis domus Monasteriensis ordinis Teutonici  
sancti Georgii bona nostra dicta Snakenkotten prout sita sunt  
in parochia Rinckerode nomine et iure bonorum proprietariorum  
hereditarie et imperpetuum possidenda pro quindecim marcis  
denariorum in Monasterio legalium nobis persolutis; promitten-  
tes bona fide ipsis commendatori et fratribus bonorum predi-  
ctorum veram et iustum servaturi perpetue warandiam. Ad cuius  
firmitatem proprio sigillo cum caruimus sigillum Johannis dicti  
Clot militis tunc temporis oppidi in Hammona petivimus hiis  
apponi. Nos vero Johannes dictus Clot miles etc. quum pre-  
missa venditio etc. nobis de facto vera et rite facta constituit sigil-  
lum nostrum etc. presentibus est annexum. Actum coram iu-  
dicio Hammensi; presentibus Everhardo van der Borch tunc  
temporis iudice ibidem, cuius ore sententia firmitatis premissae  
venditionis ut solitum est fuit requisita, item Bartholdo de  
Susato, Wennemaro de Galen, Conrado van der Walle, Richardo  
Voss, Johanne Herteshals, Gerhardo dicto Kockenicht, Randolpho  
de Herdincstevorn et Richardo dicto Grundelen, famulis, cum  
pluribus fidelisn; anno domini millesimo trecentesimo vicesimo,  
feria quinta proxima post Johannis baptiste.

406. Rudolph von Reiferscheid verspricht dafür zu haften dass  
sein sohn Friedrich gegen den comthur von Gierath  
keinerlei feindseligkeit verübe. 1320 aug. 16.

Nos Rudolphus de Ryferscheid dominus de Mylendunc mi-  
les notum facimus universis etc. quod cum inter honestum vi-

rum fratrem Ludewicum de Kenswilre ordinis Teutonicorum commendatorem in Judenrode et Fredericum nostrum primogenitum vertebatur contentio seu discidium set quod dicti cum pace et amicitia convenerunt et per nos sunt sedati, promissimus et promittimus pro filio nostro Frederico predicto dicto fratri Ludowico commendatori concordiam vel reconciliationem inviolabiliter observare. Et si predictus filius noster propter predicta commendatorem predictum in posterum vexare vel impedire presumserit vel dictam reconciliationem violare temptaverit in hoc dictum commendatorem promittimus relevare per presentes. In cuius rei firmatatem etc. Datum anno domini millesimo CCC. vicesimo, in vigilia assumptionis beate Marie virginis gloriose.

407. Arnold graf von Looz weist für eine immer brennende lampe dem deutschen haus zu Biesen drei pfund turnosan. 1320 dec. 14.

Arnoldus comes de Los universis etc. Acta delet oblivio etc. Notum igitur sit etc. quod nos dictus Ar. et domina Margaretha uxor nostra quondam coniuges etc. legavimus etc. prout in nostro testamento super hoc et quampluribus aliis rebus confecto continetur ecclesie fratrum Theutonicorum de Juncceis ad unam lampadem continue ardente et in perpetuum duraturam tres libras Turonen. parvorum, gross. Turonen. regalem computando pro decem et septem parvis Turon., in perpetuum possidendas et singulis annis recipiendas infra octavas nativitatis domini supra unum pratum dictum de Bruc situm in villa de Duras inter viam et nemus; volentes et precipientes omnibus ac singulis possidentibus ac possessuris dictum pratum ut dictam pecunie summam infra terminum predictum plenarie persolvant singulis annis in perpetuum, prout nostri exequitores scilicet venerabiles viri abbas de Everbode, decanus ecclesie sancti Servacii Traiecten. ac Johannes dictus de Montenaken in litteris suis super hoc confectis assignaverunt. In cuius rei etc. Datum anno domini M.CCC. vicesimo, dominica post festum beate Lucie virginis.

408. Gemke von Eick übergibt dem deutschordensbruder Georg von Eick für 10 mark all seine habe. 1321 ian. 18.

Nos Gerhardus de Amrode sculhetus in Morse, Conradus Voys et Gerhardus de Merwich scabini ibidem. Universis etc. cupimus fore notum quod Gemke de Eyck ac sua uxor constituta coram nobis recognoverunt et confessi sunt, se dedisse equos et pecora eorum cum rebus mobilibus singulis ac immobilebus provido viro Georgio de Eyck, recepto ad ordinem fratrum Theuton., pro decem marcis brabantinorum, tribus hallenisbus pro quolibet den. computatis, et quod cum eisdem bonis tamquam cum propriis predictus Georgius poterit facere omnem suam voluntatem. In cuius robur etc. nos Conr. et Gerh. predicti scabini presentem litteram nostris sigillis duximus munendum. Datum anno domini M.CCC. vicesimo primo, in die beate Prisce virginis.

409. Reinard von Bongart beurkundet dass er von Conrad von Pont die Aegidienkapelle und den dabei liegenden hof gekauft Goswin von Geuthe aber als verwandter des verkäufers seinem vorkaufsrecht gemäss sich in besitz gesetzt. 1321 febr. 5.

Universis etc. Reinardus miles de Pomerio salutem etc. Noveritis quod anno domini M.CCC.XIX. in crastino sancti Gregorii emi erga Conradum filium quondam domini Willelmi militis de Pont capellam sancti Egidii cum curia sicut sita est ante et retro in Pont, et ad opus ordinis fratrum Teuthonicorum et specialiter domus de Juncsis, pro una certa summa pecunie de qua dicto Conrado penaliter satisfeci. Preterea Goswinus de Geuthe filius quondam domini Conradi militis de Keverenberch tanquam dicti Conradi heredumque eiusdem verus consanguineus et proquinquis secundum modum ius et usum civitatis Aquensis dictam hereditatem de manibus meis redemit seu acquisivit sibique de eiusdem\*) investit et adhereditavit, in tantum quod ego neque heredes mei nichil iuris habemus in hereditate supradicta; quod ego sub sigillo meo proprio testifico omnibus tam presentibus quam futuris. Et ego Gerardus miles de Pomerio filius legitimus predicti Reinardi sub sigillo meo vera esse recognosco omnia supradicta. Datum anno domini M.CCC. vice-simo primo, feria quarta post festum Agathe virginis et martiris.

\*) Hier fehlt ein wort, etwa proprietate.

410. Goswin von Geuthe beurkundet dass er die Ägidienkapelle nebst dabei liegendem hof von Reinard von Bongart gekauft und dem deutschen haus zu Biesen übergeben.  
Aachen, 1321 febr. 10.

Universis etc. Gosvinus de Geuthe filius quondam domini Conradi militis de Keverenbergh salutem etc. Noveritis quod capellam sancti Egidii sitam in platea dicta Pont et curiam adiacentem prout site sunt ante et retro intra muros Aquenses quas dominus Reinardus miles de Pomerio iusto emptionis titulo legitime emit erga dominum Conradum scabinum filium quondam domini Willelmi milites dicti de Pont in crastino sancti Gregorii anno domini M.CCC. decimo nono per centum et quinquaginta marcas Aquensis pagamenti, que tunc temporis valebant decem libras grossorum Turonensis monete regis Francie antiquorum; in presencia fideliorum plurimorum ego dominus Gosvinus prefatam hereditatem tanquam verus et legitimus consanguineus dicti Conradi suorumque heredum infra annum, videlicet feria quarta post festum beati Mathie apostoli, de manibus predicti domini Reinardi militis redemi et acquisivi; quod Aquis vulgariter dicitur beschudde; et de tota pecunia ipsi satisfeci ad omnem suam voluntatem secundum ius usum et consuetudinem civitatis Aquensis. Hoc facto anno domini M.CCC. vicesimo, tricesima die mensis Marcii, ego sepelictus Gosvinus prefatam hereditatem videlicet capellam cum tota curia integraliter dedi seu donavi donacione inter vivos et sine spe revocandi simpliciterque propter deum fratri Gerardo de Los ordinis hospitalis beate Marie fratrum Teuthonicorum Jerosolimit. et specialiter domui de Junccis; ita quod in presentia plurimorum subscriptorum dictam hereditatem ad usus ordinis predicti werpivi supraportando renunciavi et effestucavi nichil mihi iuris neque meis consanguineis seu proprietatis reservans aut reservare volens seu cupiens in eisdem; meritoque hoc feci quia hec omnia cum pecunia dicti ordinis et non de mea emi et procuravi. Acta sunt hec Aquis in domo Johannis et Franconis fratrum de Rohde in presencia testium fideliorum qui Aquis vulgariter denclude dicuntur; videlicet ego sepelictus Gosvinus, Reinardus de Opheim, Gerardus de Tilia, Johannes de Rohde, Wernerus de Gurzenich, Symon et Michael fratres

Juncheit, Johannes filius Gerardi de Tilia, Johannes Beghardus sartor manens super ripam, magister Petrus carpentarius, Johannes dictus Vrentghin, Arnoldus filius quondam Makarii de Berghe, cives Aquenses, qui de predicta donatione prout iuris est civitatis Aquensis suum vini copium habuerunt. Et ut hec omnia robur habeant perpetue firmitatis ego Gosvinus prefatus sigillum meum proprium duxi presentibus apponendum. Datum anno domini M. CCC. vicesimo primo, decima die februarii.

411. Arnold graf von Looz schenkt mit zustimmung seines sohnes Ludwig graf von Chiny dem deutschen haus zu Biesen 20 bonnare bruch zwischen dem wasser genannt an der Stimer und der Katzbach. Stochem, 1321 apr. 8.

Nos Arnoldus comes Lossen. notum facimus universis etc. quod nos pure propter deum et nostre proprie ac carissime quondam nostre coniugis Margarete saluti prospicere cupientes ob remedium animarum nostrarum dedimus et contulimus etc. viris religiosis in Christo nobis dilectis . . commendatori et fratribus domus de Juncis ordinis beate Marie Theutonicorum viginti bunnaria mirice sive paludis, iacentia in diversis locis inter aquam vulgariter appellatam an de Stimere et alium locum dictum Kazebeke ubicunque dicti . . commendator et fratres infra dicta loca acceptare voluerint et eis bonum videbitur expedire ad conficiendum ac faciendum vivaria seu stagna vi- ginti bunnaria aque continencia et habencia, hereditarie possi- denda et habenda; rogantes Ludowicum filium nostrum primo- genitum comitem de Chiney, ut premissa omnia et singula rata teneat etc. Et nos Ludowicus comes de Chyne predictus ad rogatum karissimi patris et domini nostri comitis Lossen. pre- dicti prefatam donationem dictorum vivariorum et mirice prout superius est expressum factam . . commendatori et fratribus de Juncis predictis approbamus ratificamus et quantum in nobis est et esse poterit confirmamus per presentes. Et ad maiorem evidentiam omnium premissorum nos Arnoldus comes Lossen. et Ludowicus de Los eius filius comes de Chyne predicti si- gilla nostra presentibus litteris duximus apponenda. Datum et actum apud Stocheym, anno domini M. CCC. vicesimo primo, feria quarta post festum beati Ambrosii.

412. Gottfried von Heinsberg und sein sohn Diederich entlassen die von Rudolph von Reiferscheid dem deutschen orden verkauften güter Buchholz und Grevenforst aus dem lebensverband. 1321 mai 14.

Universis etc. nos viri nobiles Godefridus dominus de Hensberg et Theodericus eius primogenitus in perpetuum congnoscere veritatem. Noveritis quod nos precipue propter deum et salutem animarum nostrarum et progenitorum nostrorum et etiam propter merita et obsequia nobilis viri Rudolphi de Riferscye<sup>7</sup> domini de Milindunc fidelis vasalli nostri curtem dictam Bugholz sitam prope Judenrode cum nemore dicto vulgariter Grevenvorst et terris arabilibus et omnibus suis pertinenciis et attinenciis, presentibus expressis et non expressis, prout ipsa bona ibidem in dyoc. Colon. sita sunt et quondam bone memorie vir nobilis Fridericus de Riferscye<sup>7</sup> miles tenuit et habuit a pie memorie quondam domino Theoderico genitore nostro domino de Hensberg et predictus Rodolphus similiter tenuit et habuit a nobis in feodo, testimonio presentium litterarum absolvimus liberamus et quita ac libera clamamus et allodiumus, absolventes ipsa bona perpetuo et irrevocabiliter per presentes ab omni iure et obsequio dominii et proprietatis directi seu indirecti aut possessionis cuiuscunque tituli in quantum in eisdem bonis et eorum possessoribus potuimus vel possemus aliquid iuris vendicare simpliciter et in totum, ad manus utilitatem possessionem et proprietatem perpetuam religiosorum virorum commendatoris et fratrum ordinis beate Marie Theutonicorum Jherosolimitani domus Confluen. Treveren, dyoc., absolventes pro nobis ac heredibus nostris in perpetuum dicta bona ac prefatum nobilem virum Rodolphum de Riferscye<sup>7</sup> et eius heredes necnon predictos commendatorem et fratres et eorum successores ab omni onere et obsequio quibus ratione dictorum bonorum nobis heredibus et successoribus nostris poterant esse obligati, et huiusmodi liberationem et allodiationem bonorum predictorum sponte et liberaliter ac scienter fecimus et facimus non coacti nec decepti sed ad honorem dei et beate virginis gloriose ad promociem ordinis predicti et insuper quia dictus vir nobilis Rodolphus nobis in recompensam omagii et fidelitatis demonstravit et suprapor-tavit bona sua iacentia apud Worme in dominio de Randinrode

que fuerunt suum allodium, que eidem concessimus et ipse recepit a nobis in feodum in perpetuum cum solempnitatibus debitis et consuetis, ut per hoc predicta bona in Buygholz cum suis pertinentiis in perpetuum sint a nobis et nostris successoribus libera et absoluta; renunciantes expresse per presentes etc. defensionibus utriusque iuris quibus possemus etc. facere venire contra huiusmodi liberationem et allodiationem bonorum predictorum. In cuius rei testimonium etc. nos nobiles predicti Godefridus dominus de Hensberg et Theodericus noster primogenitus sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum in crastino beati Servacii confessoris, anno domini M.CCC. vii-cessimo primo.

- X 413. Rudolph von Reiferscheid bescheinigt vom deutschen haus zu Coblenz 100 mark erhalten zu haben. 1321 mai 15.

Nos vir nobilis Rudolfus de Riferscheyt dominus de Milendunc profitemur et recognoscimus per presentes quod recepimus a . . commendatore et fratribus domus Theutonice Confluen. centum marcas Colon. pagamenti quas frater Johannes magister navium assignavit et numeravit in parato nomine nostro Johanni filio domini Rutgeri de Lyseskirgen civis Coloniensis in solutionem et quitacionem pecunie quam nobis dicti . . fratres dare tenebantur de contractu inter nos et ipsos initio de bonis curtis nostre in Boiychultz et eius pertinenciis. In cuius rei testimonium et quitacionem dicte pecunie sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum etc. feria sexta post Servacii episcopi, anno domini M.CCC. vicesimo primo.

414. Rudolph von Reiferscheid und sein sohn Friedrich tragen statt des nun dem deutschen orden unangefochten gehörigen Grevenforstes dem Gottfried von Heinsberg ihren zehnten zu Würm auf und verkaufen dem orden ihre gleichfalls vom herrn von Heinsberg allodificirte besitzung Buchholz bei Gürath in der pfarrei Bedburg für 171 mark nebst 10 mark für den verzicht des Friedrich und eine rente von 50 malter weizen. 1321 mai 16.

In nomine domini amen. Universis etc. nos nobiles Rodulfus de Riferscheyt dominus de Milendunc et Aleydis conlateralis eiusdem legitima necnon Fredericus filius legitimus dicti Ro-

dulfi miles de priori matrimonio procreatus in perpetuum etc. Noveritis quod cum viri religiosi . . commendator et fratres ordinis beate Marie Theutonicorum domus in Confluen. Trev. dyoc. multis temporibus habuerint et possederint pacifice et quiete silvam seu nemus quod vulgariter Grevenvorst appellatur, et nos de novo super ipso nemore moveremus eisdem religiosis questionem quod ipsum nemus fuisse feudum nostrum dependens a nobili viro domino Godefrido domino de Heynsberg, convenit et concordatum est inter nos ex una parte et predictos religiosos ex altera, quod ad procurationem nostram prefatus dominus de Heynsberg et nobilis vir Theodericus eiusdem domini primogenitus predictum nemus ad manus dictorum religiosorum perpetuo allodiaverunt liberaverunt et absolverunt ab omni iure feodali et onere vasallatus ac homagii, ita quod ipsi religiosi idem nemus tenebunt et possidebunt pro vero et libero allodio perpetuis temporibus infuturum; quia nos bona nostra videlicet decimas nostras apud Worme supraportavimus dictis domino de Heinsberg et eius filio, et ipsi nobis eandem reconcesserunt in feodum, et nos sumus et erimus eorum vassalli fideles de eisdem bonis sicut prius fuimus de nemore antedicto; sic quod quoque tam titulo permutationis quam eciam venditionis et emptionis nos confitemur etc. quod curtem nostram et bona nostra que vulgariter Buychoultz appellantur sita prope Judenrode in parochia de Beytbure Colon. dyoc. cum omnibus suis pertinenciis etc., que bona nos similiter tenebamus in feodo a domino de Heynsberg predicto et que ipse allodiauit etc., nos iusto emptionis titulo commendatori et fratribus memoratis etc. eadem bona pro centum et septuaginta et una marcis Brabantinorum denariorum, ac decem marcis eiusdem monete datis ab eisdem religiosis michi Friderico militi predicto specialiter pro renunciatione etc. bonorum predictorem etc. Item ipsi religiosi assignaverunt etc. nobis pensionem annuam et perpetuam quinquaginta mldrorum tritici mensure in Jucgende, que solvitur de decima in parochia Gozdorp et in locis vicinis que decima fuit olim Emundi de Elveke militis etc. Datum sabato post beati Servacii episcopi, anno domini M.CCC. vicesimo primo.

415. Alheid gemahlin Rudolph's von Reiferscheid bescheinigt vom deutschen haus zu Coblenz 14 mark erhalten zu haben. 1321 mai 26.

Nos Alhedis coniunx legitima domini Rudolphi de Rypherscheit notum esse volumus quod recepimus a fratre Johanne magistro navium domus Theutonice in Confluentia quatuordecim marcas Col. pagamenti in quibus commendator predicte domus nobis tenebatur et obligatus extiterat, quas quia predictus frater Johannes persolvit, ipsum . . commendatorem quitum et solutum proclamamus presentium tenore. In cuius rei etc. Datum crastino beati Urbani martiris, anno domini M.CCC. vicesimo primo.

416. Isenbard von Pedensbach übergibt dem deutschen haus zu Beckingen sich und all sein gut. 1322 jan. 31.

Universis etc. ego Ysenbardus laicus dictus de Pedensbach notum facio quod certus de iure et de facto et plene instruc-  
tus non seductus dolo vel fraude vel blandiciis alicuius sed mea liberalitate et mea spontanea voluntate ad hoc inductus dono donatione simplici inter vivos rata et irrevocabili et in perpetuum valitura fratri Ottoni commendatori et fratribus hospitalis beate Marie Theotonicorum domus de Beckinga corpus meum et res meas et omnia bona mea mobilia et immobilia quecumque sint et ubicunque reperiantur et que michi obveniunt vel obvenire poterunt ex successione qualicunque vel ex quacunque causa ad me venissent vel michi competerent in dominibus or-  
reis ortis curtibus vineis pratis censibus servitutes reales et personales titulo perfecte donationis et eo titulo sive causa que melius ad utilitatem predictorum fratrum legi vel intelligi poterit; et dicta bona mea corporalia et incorporalia modo et forma predictis in eosdem transfero, eos in corporalem posses-  
sionem inducendo et ipsos investiendo et me devestiendo de predictis; et si quam aliam donationem de persona et rebus meis predictis unquam feci alicui persone illam revoco; et si unquam aliam fecero illam valere nolo immo pro nulla et irrita haberi volo; volens predictam donationem valere et omnibus aliis preiudicare etc. In cuius rei testimonium sigillum curie domini ducis quod apud Waldervingam per tabelliones iuratos

conservatur presentibus rogavi apponi. Et nos conservatores sigilli curie predicte sigillum ipsius curie etc. presentibus apposuimus etc. iure tamen ipsius domini ducis salvo. Datum anno domini M.CCC. vicesimo primo, sabato ante purificationem beate Marie virginis.

417. Diederich von Mündelheim comthur und die andern deutsch-ordensbrüder zu Cöln beurkunden dass sie ihren bäcker Hermann wegen seiner treuen dienste als speciellen hausgenossen angenommen und bis an sein ende für ihn sorgen wollen. 1322 märz 25.

Universis etc. frater Theodericus de Mundelincheym commendator ceterique fratres domus Colon. eternam in domino caritatem. Noveritis quod nos consideratis obsequiis et serviceis fidelibus Hermanni pistoris nostri presencium conservatoris quibus se erga nos exhibuit benivolum et paratum et quia se et sua ad honorem dei et beate virginis obtulit ordini nostro predicto, eundem recipimus de communi consensu fratrum in nostrum et eiusdem domus famulum et domesticum speciale ut nobis et ipsi domui nostre serviat fideliter et devote sicut hactenus facere consuevit in officio pistorie et aliis nostris negotiis et agendis. Promittentes per presentes quod eidem Hermanno dabimus in eadem domo nostra alimenta ac necessaria sicut uni semifratri nostri ordinis facere consuevimus quamdiu vixerit; et si contingat ipsum senio vel infirmitate deprimi et viribus corporis destitui, non permittemus eum deperire sed caritative et solita benignitate subveniemus eidem sicut nostris familiaribus domesticis per nos fieri est consuetum. Nobis tamen salvo et successoribus nostris quod si vel quando nobis placuerit poterimus ipsum pro semifratre nostri ordinis vestire sua contradictione non obstante. Dantes eidem Hermanno super hoc in testimonium has litteras nostras sigillo nostro communatas. Datum in annunciatione beate Marie virginis, anno domini M.CCC. vicesimo secundo.

418. Richter und schöffen zu Mörs beurkunden, dass Johann Kule sein gut Zerwengen zu Repelaer dem Georg von Eick für das deutsche haus zu Rheinberg verkauft hat. 1322 apr. 26.

Ich . . Gerart van Hamrade werentliche richter eyns edelen

mans des heren van Murse, inde wi . . Conrad Voys, Gerart van Merwich, Diderych van Asburg, Godart Karreman, Tilman van der Averdunc, Diderich uppen orde inde Henrich van Rame, scepene des selven gerichts te Murse, tugen dat inde geyn des mit desen brive, dat an gerichte voer uns is kumen Johan Godardis sun van Winreswich, den men Kule heyt, inde Margarete siin eliche wif, inde bekanden inde vorgeyden des, dat si ür guyd Terwengen, dat binnen deme dorpe te Repler inde buten gelegen is, mit alle deme rechte dat si daer ane hadden, also si id vorgulden hadden inde id Wilhelms Dunkers inde sinre alderen hadde geweist, so wa inde so wi id gelegen is, an torve an tuyge an water an weiden inde an gewelde, vorkoycht hebben inde up gedragen hebben mit gesamender hant, als men des pleyt inde recht is, ledich unbesat inde unbekumbert Georgise van Eycce, erflichen te hebben te wenden inde te keren in sime levene waer he wil, inde na sime levene te hebben inde te gebruiken den heren van deme Duychen hus, di da in der capellen binnen Berke, di dese selve Georgis gesticht gemacht inde gedotyrt heyt van sime gude, voer eme inde sine vrynt deme almechtigen gode ewelichen inde ümmerme alle dage deynen eren inde danken sulen, als id gerempt inde billichen is. Dis vornüemden gudis hebben vortegen dese vornüemde beddegenoten Johan inde Margarete mit halme inde mit munde, inde hebben dis genamen vortic penninge, inde hebben dis gelavet rechte werynge, inde recht ansprake af de dune als recht is inde gewaende is yme lande. In dit gud is geweldicht dese selve Georgis mit scepene urdeil; aver dit gud is oych disme Georgise inde den, an di he dit gud keren wil, ban inde vrede van gerichts wegen gelacht als recht inde gewaende is; des hebbe wi vornüemde richter inde scepene urkunde ontfaen. In urkunde deser waerheit tegene so heb ich Gerart vornüemde richter inde wi Conrad Voys, Gerard van Merwich inde Diderich van Asburg vornüemde scepene voer uns inde unse samene scepene desen breyf gesegilt want wi is gebeden sijn van beyden siden mit unsen segelen der wi plegen. Dit is gesceyt do men screif di iaer uns heren Jesu Christi up dusent drihundert inde tueentyntich, des maendagis voer sente Walburge dage der heyliger iuncvrowen.

419. Georg von Eick übergibt dem deutschen orden für das  
haus in Rheinberg seine höfe zu Eick und zu Repelaer.  
1322 aug. 19.

In nomine domini amen. Ego Georgius dictus de Eyke universis etc. notum esse cupio per presentes quod componit et corporis ob spem futuri boni etc. curtem meam in Eyke cum nemoribus pascuis pratis agris arabilibus et non arabilibus iuribus et attinenciis quibuscumque, bona dicta in Nyenhus ibidem sita cum attinenciis suis, bona que Genckilimus dictus Holtsnider inhabitat ibidem sita cum suis attinenciis et bona que Georgius inhabitat ibidem sita cum suis attinenciis, ex quibus tamen bonis ultimo notatis singulis annis in festo beati Andree apostoli octo denarii in usus ecclesie in Murse et octo denarii in usus . . rectoris eiusdem ecclesie monete usualis absque omni accrescentia persolventur, item [curtem] in Repler que quondam fuerat dicti Dunckels cum omnibus suis attinencis, ex qua tamen curte tria maldra siliginis uni persone per me demonstrande et nominande pro usufructu singulis annis in festo beati Martini hyemalis assignabuntur, qua defuncta altera in usufructum dicte siliginis non substituetur, insuper et bona dicta Terwingen cum suis attinenciis, prout in villa Repler sita sunt et circa villam, dono et donavi perfecta donatione inter vivos fratribus ordinis sancte Marie domus Theutonicorum perpetuo absque aliqua contradictione libere possidenda; ita quod dicte kurtes et bona vendi distrahi et immutari non valeant quocunque quesito colore, immo redditus proventus et obventiones dictarum curtium et bonorum fratribus domus in Berke eiusdem ordinis absque diminutione omni imperpetuum debeant presentari, ut memoriam mei et meorum parentum seu amicorum iugiter agant oblivionis nebula non obstante. Antedictarum autem curtium et bonorum resingnacionem effestuationem et supraportionem fecisse me protestor in Murse in manus fratris Everhardi de Virnenborgh ordinis antedicti ad usus supradictos in provincia nobilis viri Theoderici domini de Murse, Gerhardo de Amrayde eius officiato inter scampna iudicaria cum scabinis videlicet Conrado dicto Vos et Theoderico de Asborgh iudicali ordine presidente, consuetudinibus et iuribus in supraportionibus et effestuationibus con-

suetis fieri per omnia plenius observatis. In quorum perhemme robur sigillum meum una cum sigillo nobilis viri Theoderici domini de Murse predicti cum sigillis etiam scabinorum predictorum Conradi et Theoderici presentibus est appensum. Et nos Theodericus dominus de Morse sepedictus Conradus et Theodericus scabini sepedicti, quia supradictis eo modo quo supradictum est interfui-  
mus vidimus et audivimus, ad preces partium hinc inde sigilla nostra duximus presentibus apponenda. Actum et datum pre-  
sentibus nobili viro Frederico de Murse, Arnaldo pastore in  
Murse, Woltero de Hattorp, Rutgero de Bleyrshem, Lamberto  
de Merwich, Henrico filio Thylmanni de Eyke et aliis quamplu-  
ribus fidedignis, anno domini millesimo ccc.xxii., feria quinta  
post assumptionem virginis gloriose.

420. Arnold graf von Looz beurkundet dass in dem zwist  
seines sohnes Gerard comthur des deutschen hauses zu  
Biesen mit dessen lehnleuten vom manngericht erkannt  
worden diese lehnleute ständen in gleichem rechtsver-  
hältniss wie die mannen von Looz. 1322 iuli 6.

Wi Arnout greve van Loen alle dien die dese lettre solen  
sien en horen gruete met kennisse de wareide. Wandt so es  
dat twest gheweest heeft tusghen eersam lude heren Gerarde  
onsen soene commandure van dien Byssen en sijns ghoetshuuſ  
van einre siden ende sine man, die leen haudende sien van  
dien selven ghoetshuse, van dier andere siden, ende dieselве  
man dijs vorghenoemden ghoetshuuſ van dien Byssen daer af  
ghedaecht waren te harenachten met twee mannen alſt ghe-  
wenlijc en recht es, daer een af was Lambrecht van den Reke  
en die ander Willaem van Linne, ende te dien nachten die vor-  
ghenoemde man niet vore en quam, war die vornoemde com-  
manduur dijs vorghenoemden ghoetshuuſ altoes die nachten ghe-  
lijc als hi sculdich was verhoede: soe doe wi kont met deser  
openre lettern dat wi daer af een maennijs daden en maendens  
enen onser manne, die ghenant es Wouter van Repen, die sich  
beriet met sinen ghenoten, en quam ende wijsde vor een recht  
dat die vorghenoemde man van lene dijs vorghenoemden ghoets-  
huuſ van dien Bissen tallen dien rechte staen solen dat die

man van dien lande van Loen staen en ghestaen hebben, en ghevoelgh daer af ghemaent en ghevraecht hebben van dien vorghenoemden vondnisse, en voelchden alle onse man dijs vorghenoemden vondnis, dat daer ghewijst was, ende daer waren overe een edel man her Jan here van Pytershem, her Jan van Duras, her Arnoudt van Ardingen, her Jan van Monthenaken, her Reyneir van der Seuren, her Jan van Haweke, her Jan der Haspeghouwer, her Giselbrecht van Berlinghen, her Martin van Loen en her Arnout van dien Wyere, riddere, Gerart van Hubertinghen, Arnout van Betue, Wouter van Bruchen en Gisel van dien Audenhove, knapen, die ghemeinlijc desen vornoemden vondnisse volchden also man. Oech waren intieghenwurdiche ower dit vornoemde vondnis onse live soene Lodewijch greve van Chini en Willaem van Loen here van der Nuwerborch in Ardennen. In ghetuuchnis alle deser vorghenoemde vorwarde, want si in onser tieghewordicheit ghedaen worden, soe heb wi Arnout greve van Loen onsen zeghel ane dese lettre ghehanghen. Ghegheven int iaer ons heren dusent drihondert en twe en twintijch, sdendachs na sent Peters dach en sent Pauwels apostoler.

421. Gerard von Runcheit comthur und andre deutschordensbrüder zu Siersdorf verkaufen ihren hof zu Aldenhoven mit 77 morgen land dem landcomthur von Biesen, der sie der kapelle zu Aachen übergibt. 1322 oct. 27.

Universis etc. frater Gerardus de Runcheit ordinis Theutonicorum commendator domus de Seyrstorpe, frater Thilmanus plebanus ecclesie, frater Johannes de Heinzberg sacerdos, frater Wolframus de Melenheim, frater Reinerus de Milen, frater Egidius de Entvelt, frater Johannes de Eynenberg, frater Arnoldus de Nuwenrode et frater Gerardus de Beringhen salutem etc. Noveritis universi quod nos maxima necessitate compulsi propter tempestates grandines et pestilentias communes matura deliberatione prehabita, licentia et voluntate magistri generalis, curiam nostram sitam in Aldenhoven integraliter cum septuaginta septem iurnalibus terre arabilis allodii, de quibus triginta octo iurnalia non solvunt decimam, dicte ville de Aldenhoven circumiacentibus paulo plus vel minus, vendidimus fratri Gerardo

de Los provinciali balie de Junccis nostre predicte professionis, quodlibet iurnale pro quatuor marcis cum dimidia Colonensis pagamenti; qui dictus frater Gerardus dictam curiam cum dictis septuaginta septem iurnalibus affectavit seu ordinavit ad unam capellam sitam in Aquis et ad usus ordinis perpetuo permansuram. Preterea promittimus et nos et nostros successores obligamus quod omnia iura que dicta curia et terra debet seu debuerit, sive fuerint feodalia sive censualia vel quocunque nomine censeantur, sive solvant bladum sive pecuniam, domus de Seyrstorpe predicta integraliter et sive contradictione solvet dictumque provinciale et suos successores seu illos qui Aquis dictam capellam possidebunt liberos et indemnes in dicta hereditate perpetuo observent etc. Si vero predicti per negligentiam nostram vel nostrorum successorum quod absit aliquod incommodum vel interesse incurrerint, de hijs ipsis omnino indemnes observare promittimus bona fide. In cuius rei testimonium sigillum domus nostre de Seyrstorpe predicte duximus apponendum. Datum anno domini M.CCC. vicesimo secundo, in vigilia Symonis et Jude.

422. Karl von Trier meister des deutschen ordens genehmigt den verkauf des hofs zu Aldenhoven. 1322 nov. 8.

Universis ad quos presentes littere pervenerint frater Karolus de Treveri magister generalis ordinis hospitalis beate Marie Teuthonicorum Jerusal. salutem et cognoscere veritatem. Noveritis quod omnia contenta in littera cui hec presens est annexa, confirmanus ratificamus stabilimus et rata habere volumus perpetuis temporibus, quia de nostra licentia procedunt et voluntate; hoc salvo si domus de Seyrstorpe in posterum hereditatem equivalentem in civitate Aquensi seu infra libertatem civitatis Aquensis acquisierit vel habuerit, illam volumus capelle site in Aquis adiungi in aquitacionem terre site circa Aldenhoven supradicte, et hoc si fratres domus de Seyrstorpe et possidentes capellam ordinis in Aquis inter se super hijs bono modo poterunt concordare, usque dum fuerit totaliter libera et absoluta et ad dictam domum de Seyrstorpe reversa; et hec ad bonorum et discretorum virorum dictum et estimacionem fient omni dolo malo et fraude abiectis penitus et exclusis. In cuius

rei testimonium sigillum nostrum duximus presentibus apponen-  
dum. Datum anno domini M.CCC. vicesimo secundo, in die  
sanctorum quatuor coronatorum.

423. Gertrud Schanverse bekennt den von ihr bewohnten hof  
in der Leer nebt den gäerten und dazu gehörigen gebäu-  
den vom deutschen haus zu Coblenz für  $8\frac{1}{2}$  schilling  
zins auf lebenszeit gemietet zu haben. 1322 nov. 18.

Universis etc. ego Gertrudis dicta Schanverse de Wise vidua  
opidana Confluen. notum esse volo etc. quod religiosi viri . . .  
commendator et fratres domus Theutonice in Confluentia michi  
conducenti locaverunt coad vixero curiam quam inhabito sitam  
in platea monialium de Lera cum omnibus domibus et edificiis  
novis et antiquis in eadem constructis et reparatis et cum orto  
adiacente item et cum orto ibidem sito, ex cuius uno latere  
moniales prediche et ex alio reicta quondam Johannis Decani  
possident, pro censu octo solidorum et sex denariorū pagamen-  
ti Confluen. per me singulis annis quamdiu vixero eisdem  
religiosis in festo beati Martini hyemalis persolvendo. Post  
mortem vero meam curia cum domibus edificiis et ortis supra-  
dictis ad ipsos religiosos sine contradictione qualibet libere re-  
vertentur. In cuius rei testimonium sigilla discretorum virorum  
Richolfi senioris et Anselmi dicti Knovelauch scabinorum Con-  
fluen. apponi rogavi et impetravi isti scripto. Et nos scabini  
etc. Actum et datum in octava sancti Martini predicti, anno  
domini M.CCC.XXII.

424. Walram graf von Zweibrücken verspricht den deutschen  
orden im besitz des patronats zu Rorbach nicht zu stö-  
ren. 1322 dec.

Ich Walrave grave unde recht erbe zu Zweynbrucken dun  
kunt allen die diesen brief sehent oder horent lesen daz ich  
geloben vor mich unde vor alle die mine in guten trüwen ane  
allerleyge geverde daz wir suelent lasen sitzen den Duzen orden  
an deme kirchsatze zu Rorbach unde an allen yren zhenden  
groz unde cleyne die sie emalen hant gehabet und genossen  
in was dorfenen unde wo sie gelegen sint, daz ich noch die  
mine den Duzen orden an deme kirchsatze noch an yrme rehte  
niht suelent hinderen noch an yren zhenden noch an zwelff

schillingen Gerhardes cinsen van Rorbach, noch en suelent den vorgesprochen orden vorbaz drengen, dan daz mir verkouften hat bruder Karule der hochmeyster mit sinen brieve. Zu urkunde dirre dinge han ich min ingesiegel an diesen brief gehencket, in der wienacht wochen, do man zhalte von gotez geburthe druzen hundert unde zwei unde zwenzich iar.

425. Ludwig graf von Chiny und sein bruder Wilhelm von Looz versprechen gewährleistung für die dem landcomthur Gerard von Biesen verkauften güter. 1323 jan. 28.

Nos Ludovicus comes de Chyney et Willelmus de Los dominus novi castri in Ardenna fratres milites universis etc. salutem etc. Noverint universi quod nos promittimus et promisimus communiter et divisim fide a nobis et quolibet nostrum prestita corporali loco iuramenti quod nos de bonis omnibus et singulis, religiosis personis ac honestis fratri Gerardo de Los ordinis hospitalis beate Marie Theutonicorum Jherosolimitani provinciali balie de Junccis totique conventui domus de Junccis predicte anno nativ. domini millesimo CCC. vicesimo secundo inductione quinta decimoseptimo die mensis decembbris hora vesperarum venditis a nobis, eisdem fratribus usque ad annum proximo et immediate sequentem warandiam facere iustum etc. Datum anno domini millesimo CCC. vicesimo secundo, feria quinta post conversionem beati Pauli apostoli.

425. Gottfried von Kerke comthur zu Petersfuren weist dem Heinrich von Werst für sechs benannte personen drei müdden roggen an. 1323 mai 15.

Universis etc. frater Gotfridus de Kerke commendator in Vuren sancti Petri ordinis domus Theutonice salutem etc. Cum humana labilis sit memoria etc. Quapropter universitati vestre innotescimus per presentes quod Henricus filius Egidii de Werst tenetur nobis in oppido Traiectensi, ubi ei assignamus tres modios siliginis mensure Traiectensis legitimi et pagabilis trecentus presentare quoad vitam sex personarum inferius nominatarum; post decessum vero duarum personarum ex hiis sex, videlicet Jutte et Elizabet sororum de Cortyls quibus solvimus unum modium siliginis mensure Traiectensis quoad vixerint, dictus modius dicto Henrico ac suis heredibus in perpetuum

cedebit; post mortem vero reliquarum duarum personarum scilicet Mechtildis et Bele sororum filiarum Jo. filii W. de Schaelhoen quibus unum modium dicte masure solvimus quoad vixerint, antedicto Henrico ac suis heredibus in perpetuum cedebit; cum vero residue due persone videlicet Katherina de Breempt beghina et Theodericus de Dudenrode quibus totidem scilicet unum modium predicte masure quoad vixerint solvimus viam carnis transierint universe, sepeditus Henricus dictum modium ac sui heredes percipient in perpetuum; tali adiecta conditione quod tres antedictae pensiones cedant in suas debitas personas utpote de persona in personam de partibus personarum antedictarum, ita ut superstes cuiuslibet partis personarum memoratarum dictam pensionem scilicet unum modium post decessum sui college in pensione pretaxata percipiat integralem; sex vero personis pretaxatis sublati de medio memoratus Henricus absolutus erit a nobis in solutione utpote trium modiorum dicte masure; sed singula bona Jo. de Vuren comitis semifratri nostri pro hereditate sua legitima et sui heredes ulla absque cavelatione in perpetuum percipient et possidebunt. Ut hec singula rata permaneant et inconvulsa nos commendator predictus rogamus fratrem Gerardum de Los provincialem balie de Juncsis ut in evidens testimonium sigillum suum presentibus appendet prefatorum. Nos vero frater G. provincialis balie de Juncsis ob rogatum commendatoris de Vuren ex ordinatione consilio et consensu conventus domus de Juncsis sigillum nostre provincialitatis presentibus appendimus in robur et munimen omnium premissorum. Datum anno domini M.CCC. vicesimo tercio, in die sancto pentecostes.

427. Diederich von Baglo comthur zu Münster landcomthur von Westphalen vermiethet dem cleriker Otbert von Palsole für sechs schilling zins ein haus in Sassendorf. Soest, 1324 apr. 24.

Frater Theodericus dictus de Baglo commendator domus Theutonice in Monasterio provincialis per terram Westfalie universis etc. notum esse cupimus etc. quod nos Oberto de Palsole clericu domum nostram cum area sitam in villa Sassen dorpe quam quidam dictus Crumme nomine nostro quandoque possedit locavimus et concedimus per presentes quoadusque

ipse supervixit pro sex solidorum Sosati legalium et bonorum annua pensione danda nobis et solvenda ex eadem infra quindenam post festum pasche continue instantem, salvo tamen eidem Otberto omni iure ordinis nostri iuxta consuetudinem domus nostre in Monasterio predicte; adiectis huiusmodi conditioribus infrascriptis, ita videlicet quod si prefatus Otbertus statum suum secularem monachando aut secus alterando immutaverit, dicta domus cum area ad manum nostram pristinam libere revertitur. Item si dictam domum nostram incendi aut comburi aliquatenus contigerit quod absit ac prefatus Otbertus quoquomodo de lignis aut tedis seu aliis rebus exustis se intromittere presumpserit extunc ultroneus in prescripto termino nobis dabit annuam pensionem. Insuper quandocunque eundem Otbertum huiusmodi pensionis nobis dande annuatim de supradicta domo nostra teduerit aut si eadem carere voluerit, hoc nobis ad spacium dimidii anni indicaturus antea nunciabit. Preterea est conductum ut si idem Otbertus in solutione dicta annue pensionis termino prescripto negligens repertus fuerit aut remissus extunc quasi expers ulterioris possessionis dicte domus nichil iuris penitus habeat amplius in eadem. Testes huius rei facte erant presentes . . . Conradus de Meninchusen miles, Hermanus dictus Kubic magister cons. pro tempore in Susato, Marquardus dictus van dem Lo, Syfridus dictus van der Worst, Arnoldus dictus Schuvere, Bertoldus de Herborne, oppidani Sosatienses, et alii quamplures viri fidedigni. Et in huius rei testimonium nos Conradus de Meninchusen miles, Hermannus dictus Kubic testes predicti, quia predictis interfuius et audivimus, sigilla nostra presentibus propter hoc duximus appendenda etc. Datum et actum in Sosato, feria tertia post octavam pasche, que tunc erat dies sancti Georgii martyris, anno domini M.CCC. vicesimo quarto.

428. Die abtissin von Münsterbilsen beurkundet dass Johann von Langendriesch deutschordensbruder die hälften seiner von ihr lehnruhrigen güter dem haus zu Biesen geschenkt.  
1325 iuli 14.

Nos Aelidis de Brunshorne dei permissione abbatissa Blisiensis Leod. dyoc. notum facimus universis quod defuncto quandam

Cumone de Nachebainc fidele nostro, fratre fratris Johannis nominati de Langedrichs ordinis hospitalis beate Marie Theutonicorum Jerosol., venit in nostram presentiam dictus frater Johannes ubi astabant multi nostri homines feodales videlicet in aula nostra Blisensi, postulans et requirens ut sibi tanquam certo heredi dicti Cunonis omnia bona feodalia ubicunque locorum iacentia a nobis dependencia per dictum Cunonem dimissa concedere dignaremur, et idem Johannes dicta bona in manus nostras coram multis nostris hominibus feodalibus resignavit, quo facto nos ex sententia multorum nostrorum hominum feodarium dicto fratri Johanni dicta bona reconcessimus; que bona dictus frater Johannes coram nobis et multis feodalibus nostris voluntate et consensu nostris ad hoc accedentibus pro dimidia parte domui de Juncsis neconon fratri Gerardo de Los dicte domus commendatori et fratribus ibidem ordinis predicti libere concessit et donavit, quod admisimus nomine elemosine fieri propter deum, iure nostro feodali nobis et nostris successoribus in eisdem bonis semper salvo etc. Datum anno domini millesimo trigesimo vicesimo quinto, in crastino beate Margarete virginis.

429. Johann von Cleve domdechant zu Köln allodificirt für die deutschordensbrüder den hof Zerwengen. 1325 sept. 17.

Nos Johannes de Kleve dei gratia decanus Coloniensis. Cupimus universis Christi fidelibus fore notum quod maturo prehabito consilio ob honorem omnipotentis dei specialeisque devocationem pie genitricis sue virginis Marie curtem dictam Terwingen sitam in parrochia Repler cum omnibus suis attinenciis, que curtis quandam a nobis tenebatur iure feodali, proprietavimus et proprietamus Georgio de Eyke ac religiosis viris fratribus ordinis sancte Marie domus Theutonicorum per presentes, et concedimus pro nobis et pro omnibus in posterum nobis hereditario iure successuris ipsis eadem bona, absque omni petitione seu exactione perpetue liberaliter possidenda; sic quod de obitu ipsius Georgii vel alicuius ratione acquisitionis vel alterius cuiuscunque derivationis nichil percipiemus aut expectabimus bonis in eisdem. In cuius rei testimonium etc. Actum et datum anno domini M.CCC.XXV., in die Lamberti episcopi et confessoris.

430. Jakob von Trier comthur und die andern deutschordens-brüder zu Coblenz beurkunden dass der bäcker Wetzelo nachdem er schon früher sich und all sein gut ihrem orden übergeben am ende seines lebens mit ihrer zustimmung zu einer ewigen messe erbrenten sämmtlich haftend auf gütern in Güls zusammen im betrag von 8 mark und dazu noch 2 stück weingärten angewiesen habe; dass sie nun diese stiftung desselben dem prie ster Jakob übertragen und dass letzterer jeden tag an einem der beiden altäre ihrer kapelle den einen tag an dem einen [dem Elisabethenaltar] den andern an dem andern [dem Georgsaltar] die messe lesen müsse zu derselben stunde wie der rektor des heiligkreuzaltars in sankt Castor dann nämlich wann zu des letztern messe zum ersten mal geläutet werde. 1325 dec. 14.

Nos frater Jacobus de Treveri commendator sancte Marie Teuthon. in Confluencia ceterique fratres ibidem universis etc. Cum Wetzelo pistor bone memorie quondam opidanus Confluen se et sua ordini nostro et nobis donacione perfecta ante longum tempus donaverit et in fine vite sue coram duobus . . scabinis Confluen. scilicet Godeberto et Henrico de Leye ipsam donacionem innovaverit necnon ex speciali licencia nostra ordinaverit unam missam in capella nostra perpetuo cottidie celebrandam; ad quam missam ex consensu nostro bona et census infrascriptos et infrascripta sitos et sita in villa Gulse et in terminis eiusdem, — videlicet dimidiam marcam denariorum tribus hall. pro quolibet den. computatis solvendam per Cone mannum de Brie et Rychmodem filiam . . domine de Speye in Gulse singulis annis in festo beati Martini hyemalis de vinea sita in terminis dicte ville Gulse in loco qui dicitur Kirchove ex cuius uno latere Jacobus dictus Schade et ex alio Meus dictus Broggensun possident; item dimidiam marcam den. predictorum solvendam per Rychmodem predictam singulis annis nomine anni census in festo beati Martini predicto de vinea sita in terminis eiusdem ville Gulse in floro qui dicitur Quervels ex cuius uno latere est via que vocatur Bytzolterwech ex alio latere possidet Syfridus de Gulse scabinus; — item sex solidos anni et perpetui redditus sive census den. predictorum solvendos per Johannem fratrem Gysonis et Vulkelindem eius uxorem de Gulse singulis annis in festo beati Martini predicto

de duabus vineis quarum una sita est in pertinenciis predicte  
 ville de Gulse in loco qui vulgariter uf der vels dicitur, inter  
 hos confines: ex uno latere ipsius vinee Engilbertus Rasor pan-  
 norius opidanus Confluen. et ex altero latere Burchardus dictus  
 Trane vineas possident; alia vero vinea sita est in eisdem per-  
 tinenciis in monte ex cuius uno latere Lodewicus filius Clam-  
 manni et ex altero Apelo Rex vineas possident et si qui alii  
 earundem vinearum sunt confines; — item redditus decem et  
 octo sol. dictorum den. singulis annis in festo beati Martini  
 predicto assignandos et presentandos de bonis subscriptis, vide-  
 licet sex sol. per Albertum de Porta et eius liberos de area  
 sua cum orto adiacente et de vinea sua sita in monte cuius  
 hii sunt confines: Nicolaus scultetus ex uno latere et ex altero  
 latere Tilmannus de Ripa; item per Odiliam Spici de vinea sua  
 sita in floro qui dicitur Birke cuius hii sunt confines: Henricus  
 dictus Hollenzhe et Thomas armiger de Drimmelen; item  
 per Apillonem dictum Rex de duabus particulis vinearum sua-  
 rum que site sunt in floro qui dicitur Felsentre cuius hii sunt  
 confines: ex uno latere possidet Hermannus filius Bencingi et  
 ex altero latere heredes quondam Gunteri de Leye; ex altera  
 vinea sunt confines Otto de Porta ex altero vero Laurencius gener  
 Elye de Leye; — item sex sol. annui census solvendos et  
 presentandos in festo beati Martini hyemalis singulis annis de  
 duabus vineis Hermanni dicti Hitzebru et Rychmodis eius uxoris  
 de Gulse quarum vinearum una sita est in pertinenciis predicte  
 ville de Gulse in loco seu floro qui vulgariter dicitur uf me  
 Reyne, inter hos confines: ex uno latere ipsius vinee Conradus  
 dictus Meysse et ex altero Conradus de Brye vineas possident;  
 alia vero vinea sita est in eisdem pertinenciis in floro seu loco  
 qui vulgariter Leyer wege dicitur inter hos confines: ex uno  
 latere ipsius vinee Johannes dictus Kutbil et ex altero Conradus  
 dictus Brye possident vineas et si qui earundem vinearum dicun-  
 tur esse confines; — item duas marcas annui census dictorum  
 den. solvendas et presentandas per Clamanum dictum Bove et  
 Odiliam eius uxorem necon Cristinam sororem eiusdem Clam-  
 manni de Gulse in festo beati Martini etc. de domo sua et  
 omnibus eius attinenciis sitis in inferiori parte ecclesie predicte  
 ville de Gulse necon et de tribus particulis vinearum conti-

nentibus unum iurnalem sitis in floro ibidem qui vulgariter uider vels nuncupatur; item et de uno quartali vinearum sito ibidem in loco qui vulgariter Kumede appellatur; — item decem et octo sol. etc. in festo b. Martini hyemalis assignandos etc. per Arnoldum filium Elphrici et Demodem coniuges de Gulse de bonis suis infrascriptis sitis in Gulse, videlicet de curia sua quam inhabitant et orto adiacente in vico qui Nyederstorf iuxta Henricum proprie nuncupatur una cum duabus particulis vinearum quarum una sita est in floro qui dicitur Reyne, cuius hii sunt confines: ex uno latere Henricus Lupus et ex alio latere Petriqua quondam Petri de Arnesteyn possident vineas; altera vero vinea sita est in floro qui dicitur Spylwize, cuius hii sunt confines: ex uno latere Lodewicus plebanus in Gulse et ex alio latere Henricus dictus Schilling possident vineas; — item unam marcam etc. solvendam et presentandam per Sophiam Syfridi, Johannem dictum Gingeborn et Mincam eius uxorem etc. de domo sua sita in dicta villa Gulse ex cuius uno latere inferiori dominus Conradus de Brole et ex superiori latere Clamannus quondam scultetus vineas possident; item et de una vinea eorum sita in floro qui Gesetze dicitur ex cuius uno latere Ernestus scabinus et ex altero latere Hadewiges uxor Rasoris possident vineas; item et de vinea que dicitur Swalenberg iuxta viam qua itur versus Bizzilre ex cuius uno latere Clingilbor possidet vineam et ex alio latere porrigit super fossatum quod dicitur Swalinbergsgrave et si qui alii eorum bonorum sunt confines; — deputavit, una cum duabus peciis vinearum que quondam fuerunt fratris Yskini pistoris de domo nostra Teuthon. Confluen. quarum peciarum una sita est apud crucem, cuius hii sunt confines: ex uno latere Dicla vidua dicti Wiederslegerse et ex altero Nesa filia Gelen de Wyse; alia vero particula sita est apud Asingassin ex inferiori parte, et ex superiori parte apud semitam versus florum qui dicitur Crummeacker, ex cuius uno latere possidet parvus Martinus et ex alio Henricus dictus Kirleye textor. Idque Wetzelo nobis et nostris successoribus hoc nunc et imperpetuum commisit fideliter exequendum. Nos igitur pure et simpliciter propter deum et in honorem beate Marie virginis Jacobo sacerdoti de Confluencia quondam scolari nostro predicta bona cum premissis vinearum peciis dedimus

damus et in hiis scriptis deputamus: ita tamen, quod predictus Jacobus per se vel per alium unam missam in uno duorum altarium, sitorum in predicta nostra capella, una die in uno et alia die in alio, celebret vel celebrare procuret ut premittitur omni die; ea scilicet hora qua . . plebanus seu rector sancte crucis in ecclesia sancti Castoris Confluen. quando primum signum solet pulsare ad missam suam celebrandam. Nec dictus Jacobus predicta bona nec vendet nec alienabit neque permutabit sine nostro nostrorumque successorum qui pro tempore fuerint scitu voluntate consensu et licencia speciali; quia tantum habet et habebit usufructum quamdiu vixerit in eisdem. Est eciam adiectum quod sepefatus Jacobus ab ulterioribus seu pluribus bonis et redditibus a nobis aut nostris successoribus petendis cessare debeat, seu aliis que sibi de iure vel de consuetudine a nobis exigendis competere possent quomodolibet ex premissis; immo contentus erit in predictis bonis quocumque casu emergente; omnibus exceptionibus etc. renunciatis penitus et exclusis. In cuius rei testimonium etc. nos . . commendator predictus presentes litteras sigillo nostro etc. una cum sigillo honesti viri et discreti domini Werner cantoris ecclesie sancti Castoris Confluen. quod pro ipso Jacobo et ad preces eiusdem hiis litteris appensum est eidem Jacobo tradidimus communitas. Et ego Jacobus predictus predictum donum gratanter et gracie suscipiens omnia et singula premissa vera esse etc. Et nos Wernerus etc. Datum anno domini millesimo CCC. vice simo quinto, in crastino beate Lucie virginis.

431. Margaretha Andries nonne zu Oriente verkauft dem Wilhelm von Baeswilre comthur zu Bernsheim einen morgen land zu Halmale. 1326 febr. 15.

Universis etc. soror Katherina dicta abbatissa totusque conventus de Oriente ordinis Cystercien. Leod. dyoc. etc. salutem etc. Noveritis quod de nostro sit scitu et voluntate etc. quod Margaretha dicta Andries nobis commonialis ac soror predilecta ad hoc libera sibi potestate impensa simplicis vendicionis tytulo vendens tradidit in perpetuum viro venerabili et religioso fratri Willelmo de Baeswilre commendatori domus seu conventus de Bernsam ordinis milicie Theutonicorum etc. pro quadam certa

pecunie summa ipsi Margarete vendenti ab ipso fratre Willelmo emente in pecunia deliberabili legitime propagata unum iurnale terre arabilis parum plus vel minus situm prope villam de Halmale proximum et immediatum cuidam pecie terre eiusdem conventus Theutonicorum prelibati etc. Datum anno M.CCC.XXV., sabbato dominice qua cantatur reminiscere.

432. Tillmann Ailand und Nesa wittwe des ritters Gerhard vom Berge verkaufen der Aegidienkapelle zu Aachen zwei morgen land zwischen dem Pont- und Königsthor daselbst. 1326. aug. 4.

Notum sit etc. quod cum Berta relicta Franconis dicti Horlanth, Johannes et Petrus fratres filii legitimi coniugum eorundem, cives Aquenses, tenerentur et essent obligati ex iusto et vero debito Cylemanno dicto Aynlanth et Nese relicte quondam Gerardi dicti de Monte scabini Aquensis, civibus Aquen, in certa pecunie summa et non soluta: ipsi Cylmannus et Nesa venerunt ad iudicium Aquense et postulato advocate petierunt sibi consuli qualiter ipsi debitum suum predictum consequi possent et demonstraverunt iudici Aquensi duos iurnales et unum dimidium quartale terre arabilis, in duabus peciis sitos supra fossatum inter portam Punt et portam Regis infra duos muros civitatis Aquensis, in quibus se aliqualiter recuperare possent; et habita deliberatione scabini responderunt, quod ipsi procedere possent in iudicio super hac re contra prefatam Bertam, Johannem et Petrum fratres filios eiusdem predictos. Qua responsione facta et vocatis dictis Berta Johanne et Petro ad iudicium Aquen. prout ius et moris est, dicti Cylemannus et Nesa in tantum processerunt in iudicio predicto, quod dicti iurnales terre arabilis cum dimidio quartali eis fuerunt adiudicati per sententiam scabinorum predictorum. Quibus peractis Cylemannus et Nesa predicti petierunt a iudice predicto quod cum huiusmodi bona eis essent adiudicata et ipsi bene haberent emptorem eorundem, quod ipse illa bona vendere vellet; et ex hoc ipse iudex eadem bona cum consensu et bona voluntate Berte Johannis et Petri predictorum ibidem presentium vendidit et dedit iusto emptionis et venditionis titulo tamquam bona in iudicio Aquen. per placitum evicta et adiudicata, ac supraportavit cum calamo eadem bona . . viro religioso fratri

Thome dicto de Aquis, ordinis fratrum sancte Marie domus Theutonice, ad opus et ad usus capelle sancti Egidii fratrum et ordinis predictorum site ante portam Punt infra muros Aquenses, pro certa pecunie summa videlicet quemlibet iurnalem proportionabiliter pro triginta marcis Aquen. pagamenti; de qua pecunie summa dictus iudex, Cylemannus et Nesa predicti recognoverunt sibi integraliter et bene esse satisfactum ex parte fratris Thome predicti. Et exuens se dictus iudex una cum Berta Johanne Petro predictis bonis supradictis prefatum fratrem Thomam nomine ordinis sui predicti protinus investivit de eisdem cum pleno iure; et renuntiavit similiter eisdem bonis cum calamo ad opus et ad usus eiusdem fratris Thome et ordinis sui supradicti. Et promiserunt dicti Cylemannus et Nesa prefatum fratrem Thomam et ordinem suum warandizare per annum et diem et omnem iustum requisitionem deponere in bonis predictis secundum ius et consuetudinem civitatis Aquensis; et ad hoc faciendum dictus Cylemannus se ipsum constituit principalem et fideiussorem dictaque Nesa constituit Johannem Volmeri civem Aquen. fratrem suum fideiussorem et eorum quemlibet in solidum. Eciam tali adiecta conditione quod quia dicta bona sive iurnales hereditarie solvunt singulis annis domino Arnaldo dicto Parvo militi villico Aquensi decem et octo solidos et tres capones; item fratribus domus hospitalis sancti Johannis supra ripam quartam partem caponis; item domino de Valkenburg decem denarios et obulum de hoyfleyn; item et Henrico de Banth civi Aquen. tres solidos dicti pagamenti; et pro cuius census qualibet marca semper defalcabuntur in solutione pecunie supradicte quindecim marce, et pro quolibet capone proporcionabiliter in censu duodecim denariorum defalcabuntur quindecim solidi pagamenti predicti; et si plus de censu dictorum bonorum sive iurnalium compertum fuerit in posterum quam ut predictur, hoc dicti principales et fideiussores tenebuntur et debent cum effectu et sine aliqua protractione ipsis fratri Thome et ordini suo resarcire et semper pro quolibet denario census quindecim denarii pagamenti defalcabuntur bona fide omniq[ue] dolo et fraude penitus exclusis in premissis. Acta sunt hec in presencia et sub testimonio Cononis de Moyrke locum iudicis tenentis, dominorum Arnoldi dicti Parvi villici et

advocati, Gerardi de Lugene militum, Arnoldi de Lynge, Conradi de Punt, Wernerii dicti Aynlanth, Wilhelmi dicti Kutzelere, Ivelonis dicti Selgere, Godefridi dicti Hoyn, Arnoldi dicti Ivels, Johannis de Lewenberg, Henrici dicti de Herle, Ricolphi de Rodenburg et Alexandri de Punt, scabinorum regalis sedis Aquen. Premissis eciam condicibus interfuerunt testes et dingmanni a partibus predictis hinc et inde vocati et rogati, videlicet Gerardus de Tilia, Johannes et Franko fratres dicti de Rode, Wernerus de Gurcenich, Johannes Volmeri in Punt, Reymarus et Cylemannus fratres dicti Aynlanth, Lodewicus de Royde, Arnoldus Wilde, Nycolaus de Berge, Cristianus Emps, Heydenricus Horlanth et Henricus dictus Sphintschere carnifex, cives Aquenses, et quam plures alii probi et fide digni testes et dingmanni ad premissa a partibus predictis etc. rogati. In quorum omnium testimonium etc. petiverunt partes predice etc. presentes litteras conscribi et sigillo sedis Aquensis fideliter communiri. Et lata est sententia scabinorum predictorum quod quia premissa vera sunt atque certa presens littera merito dari debeat super eo. Datum anno domini millesimo trecentesimo vicesimo sexto, feria secunda proxima post festum beati Petri ad vincula.

433. Das cisterzienserklöster Kamp verkauft dem Tilmann Liefmud's sohn von Wallersheim [rechtsvorgänger des deutschen ordens] für 30 mark seine Güter in Lützelcoblenz. 1327 oct. 19.

Noverint universi quod nos abbas et conventus noster de Campe ordinis Cistercien. Colonien. dyoc. attendantes utilitatem nostram ac dicti nostri monasterii vendidimus et vendimus in hiis scriptis Thilemanno filio Lyfmudis Heynonis de Walrisheym ementi et recipienti pro se et suis heredibus quedam bona nostra immobilia sita in Parva Confluentia Treveren. dyoc. que dicta Lyfmudis nomine nostro tenet et possidet et omne ius nobis competens in dictis bonis; — videlicet tres pecias vinearum quarum una sita est an Walrisheymer wege continens dimidium iurnale ex cuius uno latere Eynulfus de Parva Confluentia armiger et ex alio Jacobus dictus Angeler opidanus Confluen. vineas possident, item in campo Mettericher velt una pecia continens unum quartale de quibus tertia pars crementi debetur singulis annis ex cuius uno latere filie dicte Flemmen

de Confluentia et ex alio predictus armiger vineas possident, item tertia sita est in der Leygen de qua debetur dimidia pars crementi ex eius uno latere magistra et conventus sanctimonialium in Rode et ex alio Wigandus frater dicti Schiwenspytz vineas possident; item decem solidos et tres den. annui census prout census in Confluentia debentur, quem nobis singulis annis debebat prefata Lyfmudis de domibus suis sitis in Parva Confluentia et in quibus ipsa moratur; — pro precio triginta marcarum den. tribus hall. pro den computatis nobis traditis et numeratis; exceptioni non numerate etc. renunciantes omnino; ad habendum tenendum etc. Promittimus insuper dicto Thilemanno debitam facere warandiam etc. In eius rei testimonium sigilla honestorum virorum Godeberti Anselmi et Thilemanni de Auwe scabin. Confluen. ad preces nostras presentibus sunt appensa; quod nos scabini iam dicti fatemur esse verum. Datum in crastino beati Luce evang., anno domini M.CCC.XX. septimo.

434. Abt und convent von Kamp bestätigen den durch vorstehende urkunde abgeschlossenen verkauf. 1327. oct. 19.

Noverint universi etc. quod nos fr. Godefridus dictus abbas et conventus monasterii Campensis ordinis Cistercien. dyoc. Colon. utilitate nostra seu nostri monasterii considerata bona quedam in Parva Confluencia vendidimus iusto vendicionis titulo secundum formam et tenorem litterarum quibus presens scedula est transfixa ratum et gratum habentes ac rogantes honorabiles viros scabinos quorum nomina eisdem litteris sunt inserta ut in testimonium huiusmodi contractus seu venditionis sigilla sua apponere non recusent. In eius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno domini M.CCC. vicesimo septimo, in crastino beati Luce evang.

435. Johann von Hohenhorst landcomthur und die ordensbrüder von Biesen beurkunden dass die schwestern Jutta und Mechtildis von Schallun ihnen eine summe geldes übergeben haben wofür sie eine rente von 28 fass rogen gekauft von denen sie 4 sogleich die übrigen 24 nach dem tod der schwestern erhalten. 1328 mai 17.

Universis etc. frater Johannes de Hoenhorst partium infe-

riorum provincialis commendator et fratres domus de Junccis salutem etc. Noverint universi quod Jutta et Meghtildis beghine sorores dicte de Shallun petancie domus de Junccis dederunt simpliciter propter deum unam pecunie summam cum qua emimus viginti et octo vasa silihinis masure Traiectensis anni et perpetui trechensus supra domum Johannis dicti Prumart et curiam eiusdem sitas in Authusselt, de quibus vasis nos solvemus annuatim viginti quatuor vasa silihinis dicte masure in festo beati Andree apostoli hyemalis apud Traiectum Meghtildi beghine dicte de Shallun et Johanni eius cognato ubicunque voluerint nostris laboribus et expensis; residua vero quatuor vasa silihinis predice dederunt petancie incontinenti recipienda pro anniversario sororis bone memorie dictarum beghinarum Jutte et Meghtildis annuatim celebrando. Hoc adiecto si Meghtildis vel Johannes decesserit quod altera ipsarum personarum que supervixerit dicta viginti quatuor vasa quamdiu vixerit optinebit et post decessum Meghtildis et Johannis dicta pensio petancie fratum domus de Junccis perpetuo possidenda cedet pro anniversariis predictarum sororum Jutte et Meghtildis annuatim faciendis, et si in solutione dicte pensionis domus de Junccis aliquod incommodum dampnum vel interesse incurreret, de hiis petancia dictam domum integraliter sublevabit. In cuius rei testimonium sigillum provincialitatis balie de Junccis presentibus duximus apponendum. Datum anno domini millesimo trecentesimo vicesimo octavo, feria tercia ante festum pentecostes.

436. Johann von Lughene erzpriester zu Aachen erklärt die neugebaute deutschordenskapelle daselbst für den jährlichen zins von zwei mark als eximirt von allen parochialrechten. 1328 mai 21.

Universis etc. Johannes de Lughene archipresbiter et canonicus sancte Marie Aquensis Leodien. dyoc. in Christo salutem etc. Universitati vestre volumus esse notum, quod cum religiosi viri . . commendator et fratres domus de Junccis predice dyocesis, ordinis hospitalis sancte Marie Theutonicorum Jherosolimitani, capellam unam infra terminos nostre parochie videlicet in platea Pont iuxta portam in loco dicto ad sanctum Egidium nuper duxerint de novo fundandam, volentes iidem religiosi iuxta tenorem privilegiorum a sede apostolica eorum

ordini concessorum, ius in hoc matricis ecclesie fore salvum, habito super hoc ab eis diligenti tractatu nobiscum constituerunt nobis nomine et ad opus plebanie nostre predicte in recompensationem iuris huiusmodi duas marcas annui et perpetui census nobis et nostris successoribus archipresbiteris perpetuis temporibus persolvendas, prout et secundum quod in urbe Aquensi census communiter exsolvuntur. Quem censem religiosi predicti nobis nomine quo supra assignaverunt et affectaverunt prout moris est competenter ad et supra molendinum brasii situm extra portam Coloniensem in Aquis. Mediante vero censu predicto debent tam dicta capella quam ipsi fratres omnes in eadem capella manentes ab omni iure parochiali competente nobis vel nostris successoribus in futurum ratione capelle predice prorsus fore liberi et immunes; cedentque et cedere debebunt imperpetuum dictis religiosis sine quavis reclamatione sive calumpnia oblationes necnon obventiones omnes et singule in quibuscumque rebus vel speciebus consistant per undecumque et a quibuscumque provenientes ad capellam eandem. Et quia premissa recognoscimus pro nobis et parrochia predicta utiliter esse gesta, promittimus bona fide pro nobis et nostris successoribus ea omnia et singula inviolabiliter observare et nullis umquam temporibus in contrarium facere vel venire. In cuius rei testimonium sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Datum anno domini millesimo trecentesimo vicesimo octavo, in vigilia pentecostes.

437. Johann genannt vom [Florins-]Hof und Frideruna seine schwester aus Coblenz verkaufen dem Johann von Lützelcoblentz für 22 mark ein haus auf dem Florinshof mit der verpflichtung dem deutschen haus einen jährlichen zins von 27 schilling zu zahlen. 1328 iuli 26.

Universis etc. nos Johannes clericus dictus de Curia et Frideruna liberi et heredes quondam Friderici Zacharie opidani Confluen. cupimus fore notum quod nos manu communicata vendidimus et vendimus etc. pro nobis et nostris heredibus universis Johanni de Parva Confluentia et Sophie eius uxori institori Confluen. ementibus et recipientibus pro se et suis legatariis seu donatariis domum nostram quam ipsi coniuges iam inhabitant et possident contiguam domibus nostris sitam super

curiam sancti Florini ex opposito monasterio eiusdem: ex uno latere possidet domum relicta quondam Henrici de Treviris ex alio latere nos venditores possidemus et ex anteriori parte est via publica: ad habendum tenendum etc., pro triginta duabus marcis den. tribus hall. pro den. computatis nobis a dictis emperoribus integraliter persolutis et numeratis; exceptioni non soleute etc. renunciantes omnino; promittentes etc. super dicta domo facere debitam warandiam per diem et annum secundum consuetudinem opidi Confluen. etc.; dictam domum in manus dictorum coniugum resignavimus et resignamus manu ore et calamo cum sollempnitatibus debitis et consuetis; ita tamen quod dicti coniuges singulis annis in festo sancti Martini fratribus domus Theutonicorum viginti septem solidos den. censuallium in Confluencia nomine anni census assignabunt. Renunciamus eciam exceptioni doli fori privilegio actioni et exceptioni in factum condictioni sine causa litteris impetratis etc. In cuius rei testimonium sigillum communis opidi Confluen. apponi rogavimus isti scripto; quod nos scultetus milites scabini et universi opidani Confluen. fatemur esse verum. Actum et datum in crastino beati Jacobi apostoli, anno domini M.CCC. vicesimo octavo.

438. Ludger von Ascheberg verkauft dem deutschen haus zu Münster die hofstätte Dünnholz nebst dem dazu gehörigen baumgewächs. Harlinebrügge, 1329.

Ego Ludgerus de Ascheberge presentium protestatione recognosco scire desiderans universos me de consensu et voluntate Wendelburgis uxoris mee Wilhelmi filii mei Christine et Margarethe filiarum mearum ceterorumque heredum meorum omnium vendidisse commendatori et fratribus domus Teutonice sancti Georgii in Monasterio nunc et pro tempore existentibus aream quandam dictam Dümeholte cum arboribus ad eam pertinentibus prout situm habet pro tribus marcis et tribus solidis den. bonorum pecunie mihi solute hereditarie possidendam; promittens eisdem commendatori et fratribus proprietatis aree huiusmodi iustum et debitam warandiam. In cuius rei testimonium sigillum meum cum sigillo Wilhelmi filii mei predicti duxi presentibus apponendum; et ego Wilhelmus etc. Datum et actum

in loco qui dicitur Harlinebrügge coram Joanne de Roggenhulze tunc temporis vrigravio coram quo proprietatis aree predicte resignationem cum uxore filio et filiabus meis feci commendatori et fratribus sepedictis; anno domini M.CCC. vicesimo nono; presentibus Henrico de Dabbendicke, liberis, fratribus, Bernardo de Dodorpe et Friderico de Sundagh, Bernardo Norndin, Brunsteno de Emesbroick, Ludovico de Altenberghe, Gerardo de Vernhove dicto Nagel et aliis fidedignis ad hoc vocatis in testimonium veritatis.

439. Johann Bamont ritter von Saarbrücken gibt seinem nefen dem deutschordensbruder Gerard zu Beckingen scienn theil an den allodien zu Sulen und Gemythen. 1331 jan. 24.

Ich Jehan Bamont rittere van Sarbrucken kunden allen, das ich han geben und gen bruder Gerarte van Bekingen mine neven deme Duchen herren sine lebetage min eigen zu Sulen und zu Xemixen, das bit minen neven hern Jofride und Rembolde deileit, das er das sal haben und nutzen sin lebetage. So wanne er abegeit, so sal es vallen an das Duche huz bi Sarbrucken, also das die Duche herren van deme huse imerme alle iar began sollent min iargezit miner frowen Aleide mins vatter und miner mohtter und miner altforderen ane sumunge und ane alle geverde, und han dis getan ane mine noch der miner widerruffen. Das dit stette si, so han ich min yngesigel an disen brief geheinket, uffe den dunrestag vor seinte Paulis tag alz er bekeret wart, do man zalte van gotz geburte drizenhundert und drisch iar.

440. Ludwig bischop von Münster gibt dem dutschen hause daselbst einen platz zur erweiterung seines kirchhofs. 1331 dec. 7.

Nos Ludovicus dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus universis etc. notum facimus quod ad laudem omnipotentis dei dilectis in Christo religiosis viris commendatori et conventui domus sancti Georgii Monasteriensis ordinis domus hospitalis fratrum Teutonicorum sancte Marie Jherosolimitan. quoddam spatium vie situm inter orreum eorundem fratrum et conven-

tus ex una et mansionem Godefridi de Koren ex altera parte in latitudine et a porta dictorum commendatoris et conventus usque ad extremitatem dicti orrei et aree sue in longitudine pro ampliatione cimiterii sui dedimus et damus per presentes tenendum et habendum perpetue pacifice et quiete; volentes eisdem commendatori et fratribus dicte domus prestare plenam ac debitam warandiam de spatio memorato. In cuius rei testimonium sibi presens scriptum sigillo nostro dedimus communatum. Datum et actum anno M.CCC.XXI., in crastino beati Nicolai episcopi.

441. Johann von Hohenhorst landcomthur und Winand von Spanbeek comthur zu Biesen überweisen dem bruder Thomas pfarrer der deutschordenskirche zu Lüttich eine rente von 16 müdden und 3 fass roggen und 27 fass spelz. 1333 apr. 23.

Wer bruder Johan van Hoenhorst lantcummardur van Niderlanden end bruder Winant van Spanbeke commandur zen Bissen end alle die brudere des nemlichen hus dun kont alle den die desen brif sulen sien of horen, dat bruder Dumas van Oghen, der persoen van sent Andris kirge te Lutge, mit onsen wessen end orlove verkochte Heinrich Askarotte xx. mod. spele erfliche upt hus van Celles um XVIII. pont groser tornose die ons de nemliche bruder Dumas gaf en leverde, williche XVIII. pont grosse wir belaten mit andere gelde te Tricht XXXIII. cense, die wir kochten weder Johannen dis voets son was van Trichte. Ent want ons bruder Dumas dit gaf, so have wir heme wider bewist in urbir sinz sinre kirghen end sinre nokomelinghe assullich gut end erve as hi no is beschreven. Datt te wetene ten irsten te Pideringhen etc. End um dat, dat alle dese vorgesproken vurwerden ganz end steide bliven, so hebbe wer vorgesprokene lantcommendeur end commandeur vur ons end vur den convent van den Bissen onse ingesegelte an desen brief gehanghen de gegeven wart du man schreib die ior ons heren M.CCC. dri end drissich, in sente Joris dage.

442. Diederich der abt und der convent von Echternach genehmigen und empfangen einen wegen des halben zehnten von Milheze vom deutschen haus zu Gemert ihnen gestellten lehnsmann. 1334 aug. 20.

Nos Theodericus dei patientia abbas et conventus Eptenacensis ordinis Benedicti dyoc. Trev. notum facimus universis etc. quod nos indulsimus concessimus et in feodalem recepimus virum ydoneum et valentem de medietate de Milhese ad nostrum feodum asspectante ad opus domus fratrum Theutonicorum et ex parte eorundem de Ghemert ad omne ius quo nostri alii feodales de consimilibus sua feeda a nobis receperunt, sub tali forma ut dum ipsum nostrum feodalem viam universe carnis ingredi contigerit, quod tunc vice sua nobis alium ydoneum et valentem mittent et mittere tenebuntur instituendum sub forma prescripta; dantes eis has litteras nostro sigillo sigillatas in testimonium super eo. Anno domini millesimo trecentesimo trigesimo quarto, die vicesima mensis augusti.

443. Adolph bischof von Lüttich bestätigt die exemption der Aegidienkapelle zu Aachen. 1335 mai 20.

Universis etc. Adolphus dei gratia Leodiensis episcopus salutem etc. Noveritis quod ad nostram propter hoc accedentes presentiam personaliter religiosi viri nobis in Christo dilecti domini . . commendator et fratres domus de Juncis ordinis hospitalis sancte Marie Theutonicorum Jherosolimitani nobis humiliter supplicaverunt ut litteras conventionum inter ipsos religiosos ex una parte et honestum virum dominum Johannem de Lughene archipresbiterum Aquensem ex altera, nostre dyoc., habitarum, secundum earundem litterarum formam et tenorem omni mala suspicione parentium et vero eciam sigillo dicti domini Johannis ut prima facie apparebat sigillatarum approbare et auctoritate nostra confirmare dignaremur; quarum tenor talis est.

Universis etc. Johannes de Lughene archipresbiter et canonicus sancte Marie Aquensis Leodien. dyoc. etc. Datum anno domini millesimo CCC. vicesimo octavo, in vigilia pentecostes.

Nos igitur attentes dictorum religiosorum supplicationem iuri fore consonam dictas litteras iuxta continenciam earundem approbamus et auctoritate nostra ordinaria tenore presentium confirmamus. In cuius rei testimonium sigillum ad causas nostras presentibus litteris duximus appendendum. Datum anno a nati-

vitate domini millesimo CCC. trecentessimo quinto, mensis maii die vicesima.

444. Pabst Benedikt XII. bestätigt die privilegien des deutschen ordens. Avignon, 1336 febr. 8.

Benedictus episcopus etc. Dilectis filiis . . magistro et fratribus hospitalis beate Marie Theutonicorum Jerosolimitan, salutem etc. Cum a nobis petitur quod iustum est etc.\*). Eapropter dilecti in domino filii etc. omnes libertates et immunitates etc. vobis indultas etc. vobis et per nos eidem hospitali auctoritate apostolica confirmanus etc. Nulli ergo etc. Datum Avinon., VI. idus februar., pontificatus nostri anno secundo.

445. Gottfrid der dechant Heyno der scholaster und das kapitel von Reval insgesammt schreiben dem pabst Benedikt XII., die gegen den deutschen orden namentlich wegen ketzerei und verwüstung von kirchen vorgebrachten beschuldigungen seien falsch; ohne den schirm des ordens würde alles was in Livland Kurland und Preussen neu angepflanzt worden zu grunde gehen; auch die kirche von Riga habe seit ihrer gründung nie mehr suffragane und kirchen gehabt als ietzt. Reval, 1337 dec. 22.

Sanctissimo in Christo patri ac domino domino Benedicto sacrosancte Romane ac universalis ecclesie summo pontifici Godfridus decanus Heyno scolasticus et totum capitulum ecclesie Revaliensis sui humiles filii et devoti cum omni obediencia et reverencia pedum oscula beatorum. Intelleximus quosdam apud sanctitatem vestram religiosos fratres ordinis hospitalis sancte Marie domus Theutonicorum de quibusdam criminibus et maxime de heretica pravitate et ecclesiarum eciam cathedralium destructione graviter diffamare. Sed quia tam ex loci vicinitate quam diutina conversacione predictorum fratrum mores conversacionem et famam iam dudum consideravimus et veraciter cognoscimus, nos eosdem fratres viros regularis observancie et catholice fidei esse credimus asserimus firmiter et testamur. Nec eos apud bonos et graves nec eciam vulgares in nostris partibus de hiis criminibus umquam percepimus diffamatos. Et nisi ipsorum defenderetur presidio Livonie Coronie et Pruscie

\*) Wie bd. I. s. 196.

provinciarum novella plantatio paganorum et infidelium undique circumdata multitudine, ipsorum tirannidi resistere et in fide persistere nostro iudicio non valeret. Ecclesia eciam Rygensis a prima sui fundacione, et a tempore quo exstat memoria hominum, nunquam plures suffraganeos et ecclesias habuit quam nunc habet. Unde vestra sanctitas eosdem fratres et eorum ordinem fovere dignetur et aures sanctitatis vestre tam frivolis et inquis delacionibus non prebere, et hoc si petere auderemus. Nos eciam in premissorum omnium evidens testimonium sigillum nostri capitulo presentibus duximus apponendum. Datum Revalie, anno domini millesimo CCC. septimo, in crastino beati Thome apostoli.

446. Hermann von Thois, Johann von Sorsevere, Barthold von Fellin, Helmold von Sacken und andre genannte Esth-ländische edelleute schreiben dem cardinalscollegium zu Rom, dass die wider den deutschen orden vorgebrachten beschuldigungen falsch seien und dass ohne seinen schutz Livland Kurland und Preussen dem vordringen der heiden und ungläubigen nicht widerstehen könne. Reval, 1338 märz 12.

Venerabili ac reverendissimo, universo sacro senatui et collegio cardinalium sacrosante Romane ecclesie Hermannus de Thoys, Johannes de Sorsevere, Bartholomeus de Velin, Helmoldus de Saghen, Bertrammus, Hinricus, Johannes dicti de Parenbeke, Hinricus de Virkes, Bertoldus de Lechtes, Nicolaus de Vysenbich, Hinricus de Wrangle, milites, Hinricus de Lode armiger, illustris principis domini . . regis Dacie consiliarii, per Estoniam constituti, cum omni subiectiomis reverencia, quicquid possunt servicii et honoris. Intelleximus, quosdam emulos religiosorum virorum fratrum ordinis hospitalis sancte Marie Theuth. apud sanctitatem vestram de quibusdam criminibus eosdem fratres, et maxime de heretica pravitate et ecclesiarum cathedralium destructione, graviter diffamare. Sed quia tam ex loci vicinitate etc.\*), diffamatos. Et nisi ipsorum defenderetur pre-sidio Livonie Curonie Pruscie provinciarum novella plantatio, paganorum et infidelium undique circumdata multitudine, ipsorum tirannidi resistere et in fide persistere nostro iudicio non

\*) Wie in der urkunde nr. 445.

valeret. Ecclesia eciam Rygensis a prima sui fundacione et a tempore quo extat memoria hominum nunquam plures suffraganeos et ecclesias habuit quam nunc habet. Cumque predicti religiosi viri continuis laboribus sumptibus et expensis ad expeditiones frequenter incedant, paganos ac fidei christiane inimicos expugnaturi, milites et armigeros non solum de regno incliti principis domini nostri regis Dacie verum eciam de aliis adiacentibus partibus, quos et quotquot possunt, prece precio ac multimodis beneficiis sibi associant. Quos etsi semper habere non possunt, per se ipsos nichilominus cum vasallis suis ac subditis paganos eosdem viriliter impugnare ac depopulari Christo duce non desistunt; licet contrarium coram vobis fuerit ut audi-  
vimus allegatum; quod tamen omnimoda caret veritate. Unde vestrum sacrum collegium eosdem fratres et eorum ordinem fovere dignetur et aures vestras tam frivolis et inquis delacionibus non prebere. Nos eciam in premissorum omnium evidens testimonium sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum Revalie, anno domini M.CCC.XXXVIII., quarto ydus marcii.

447. Die gemeinde Dieblich übernimmt für 40 mark die bezahlung aller vom deutschen haus zu Coblenz an ihren vogt zu leistenden beden. 1338 iuni 19.

Wir Herman Dederichis Blankert son heymburge, Gerlach Schammart unde Lamprich schoilteisen zu Dyvelich, Dederich Blankart Jacob Wustinrodere Johan Benoyt Johan Colve und Elyais Swinegin von der gemeyne wegen und derzo al dy gemeyne von Dyvelich dun kunt al dengenen dye düssin briif ansehent oder horent lesen dat wir bit eynde geluter cloegin bit willin und gehenkinnisse der edilre lude heren Ruprichs greven zo Virnenburch, der da eyn mumpair ist Johannis kinder von Virnenburg deme got genedich sye, und hern Philippis von Virnenburg vade zo Dyveliche umme grose schoilt und noyt dye wir schuldich sint von unsis dorffis wegen hain verkauft und verkeufin in düsme brive vor uns und alle unse nacome-  
linge den ersamen geystelichen luden deme cometure und den gemeynlichen broderen des dutzen husis zu Cobelentzen dye da geldint und intfehent vor sich und alle ire nacomedinge, al

dye bede dye sye schuldich sint und schuldich warin zo ge-  
binne zo erne und zo heyrbiste alierlichs unsen vaden oder den  
sy von rechte solde vallin, sy si gelegin an gelde oder an wine  
we si gelegin ist, umme verzich marc godis gelds dri hallere  
vor den penninc gezalt dye uns von denselbin geystelichen luden  
gentzeliche bezaylt sint und in unsis dorffis urberlichen nutz  
gekerit sint; — also dat wir vortme von diir zcitt alwege und  
ümmeme eweliche solen vor dye selbe geysteliche lude und  
schuldich siin zo done dye selbe bede zo bezalen und zo gel-  
dinne, den sye von rechte werden sal; also dat dy selbe geyste-  
liche lude solent vri sin und ir goyt ledich und loys siin von  
alre bedin; — byt alsulgen vorwortin: wers sache dat dye  
selbe geysteliche lude von der vorgenantere bedin keyn an-  
sprache herna hettin, von der ansprachen gelobin wir in goden  
truwen schadeloys zo baldinne und zo inchedinne. Wir gelo-  
bin auch in goden truwen dye selbe geysteliche lude und ire  
nacomelinge in al yrme rechthe und yre fryheide zo baldinne  
und zo lasinne dye si bisher gehaft haint; id sye an markin  
unser welde wassere oder weyden glierwiis alz uns und anderin  
unse markere. Vort gelobin wir in goden truwen vor uns und  
alle unse nacomelinge dat wir nummere insolten keynen vorzcoych  
bit ergerliste vorzehen dye uns in dysen vorgenante dingen  
vürderen moychen und dy vorgenante geysteliche lude hinderin  
moychen in keinerleye wiis. Und dat dit waste und stede sye  
und zo eyme urkunde diir dinge so hain wir gebedin die selbe  
edillude vorgeschrebin heren Ruprich greven und her Philippis  
und derzo hern Henrich unsern kircheren zo Dyvelich dye  
umme unse bede yre ingesille an düsin briif gehangin haint.  
Und wir Ruprich greve un Philippis von Virnenburg bekennen  
uns des, dat wir unse segille vor uns und vor alle unse erbin  
und auch umme sunderliche bede Johannis kinder vorgenant  
und auch umme bede deyr gemeynen von Dyveliche hain an  
düsen briif gehangin; des ich Henrich kirchere vorgenant gehen  
dat dit wair sy. Und dit geschach und diir brijf wart gegeben  
do man zcalte na godes geburte dusint druhundert iair in deme  
echteme und drisisteme iare, des fridagis vor sente Johannis  
dage baptist dat her geborin wart.

448. Johann von Merssen überlässt im namen des comthurs von Biesen dem Johann von Membrücken ein haus zu Mastricht. 1329 mai 7.

Nos Reynerus de Rosis et Egidius de Heppenart scabini Traiectenses protestamur quod dominus Johannes de Mersene dispensator domus de Juncis ex parte commendatoris et domus de Juncis predice iure hereditario contulit Johanni de Menbrugghen filio Liberti de Menbrugghen medietatem domus unius prout sita est ante et retro cum omnibus appendiciis in Lenkulen etc. annuatim pro viginti duobus sol. et sex denar. Leodien. annui census etc. necnon pro tribus denar. Leod. et uno capone nomine census fundi persolvend. annis singulis pro una media parte in festo beati Johannis baptiste et pro alia parte media cum capone in nativitate domini etc. Datum anno domini millesimo CCC. trecesimo nono, feria sexta ante diem beati Servacii episcopi.

449. Johann von der Linden Johann und Franko von Rode bürger zu Aachen versöhnen sich mit den deutschordensbrüdern wegen des von Michael von der Joncheit an ihrem bruder und neffen verübten todschlags. 1340 sept. 1.

Wyr Johan van der Lynden ende Johan ende Franke van Rode buyrgher von Ayghen dun kuynt allen den gheynen dye desen bryef solen syen of horen lesen dat wyr den hersamen orden ende dye brudere des ordens des hospytayls sente Marien van Jerusalem des Duytschen huys vur uns ende unse mayghe ende helphere quijt schelden ende los ende ledych layzen, ende nummerme ane gevorderen en solen noch en willen, mit rayde noch myt dayde, des ungevallis van deme doytslaghe, die geschijt is an Conrade van der Lynden unse bruder ende unsen neven val heren Mychaels weghen van der Junckeit die des vurgenumden ordens bruder is. Ende want wyr diesen vurgenumden orden ende brudere unschuldich kennen ende layzen, sunder aleyne usgenomen de vurgenumden heren Michaele, ene wer of he weder us deme hersamen orden in ungehoysam in die werlt queme, den moycht wyr dan die wyle vur unsen doytyvant halden. Uf dat alle diese vurgenumde stucke vast ende stede bliven ende zu eyner gezuychnisse der wayretyt so hayn wyr vur uns ende vur unse mayghe ende

helpere unse ingesegle an dyesen brief gehanghen. Dyesen bryef wart gegheven na goytz gebuyrt do man schrief dusent dry hundert vyrtzych iair, up sente Gyllys daych.

450. Die schöffen von Sittart beurkunden dass Winand von Spalbeek comthur des deutschen hauses zu Opgleen dem Anselm von Hasittert  $2\frac{1}{2}$  bunner land für 26 fass und  $\frac{1}{4}$  roggen erbzins verliehen. 1341 aug. 4.

Universis etc. nos scabini opidi de Sittart salutem etc. Noverint universi et singuli quod coram nobis propter hoc personaliter constituti vir venerabilis et discretus frater Winandus de Spalbeke commendator domus de Opgelene ordinis beate Marie virginis domus Teuthon. Jerosol. ex una parte et Anselmus de Hasittert parte ex altera, idemque frater Winandus contulit et dedit dicto Anselmo recipienti ad trecentum hereditarium seu in pensionem perpetuam duo bona-ria cum dimidio terre arabilis habenda et possidenda in per-petuum site in territorio dicti opidi Sitterdensis: de quibus dimidium bonnar. dicte terre site iuxta curtem Johannis dicti Corentij sitam in dicta villa de Haytsittert, item tres sille dicte terre paulo plus vel minus dicte vulgariter Riddersdael, item tres sille dicte terre sunt supra montem dictam Collen-bergh iuxta terram Emundi de Hasittert armigeri, item unum iurnale dicte terre site iuxta terram Godefridi de Coetten, item quedam pecia dicte terre dicta vulgariter Riddershoefstat sita est iuxta puteum dicte ville de Hasittert: pro viginti sex vasis et uno quartali silihinis mensure Traiectensis bone amnone et pagabilis, prout in opido Sittrensi predicto moris est et ibidem p̄gari consuetum, singulis annis in festo beati Andree apostoli infra dictum opidum Sittrense ubicunque dicto commendatori seu eius vices gerenti placuerit perpetue ac hereditarie dicti Anselmi vehiculis laboribus et expensis persolvendis. Et ad maiorem securitatem predicte pensionis annue, dicto commen-datori seu eius vices gerenti faciende, prefatus Anselmus dimidium bonarium terre arabilis site retro curtem domicelle Lise de Loere commorantis in Hasittert iuxta terram dicte domicelle, descendantis iure censuali a curia dominorum venerab. canonico rum ecclesie sancti Servacii Traiecten. nomine interpignoris

seu ypothece dicto commendatori seu eius vices gerenti obligavit; sub hac conditionis forma quod si predictum Anselmum vel suos heredes qui pro tempore fuerint contigerit esse negligentes vel defectuosos quod absit in solutione dicte pensionis annue termino solutionis antedicto in parte vel in toto ita quod terminus solutionis anni sequentis supervenerit summa dicte pensionis precedentis anni integraliter non soluta, quod extunc dictus commendator seu eius vices gerens ad dictum subpignus una cum dicta terra ab ipso data dicto Anselmo in perpetuam pensionem libere accedit eamque disponet tamquam suam hereditatem propriam contradictione cuiuscunq; non obstante, salvo iure ac servitio domini nostri domini terre in premissis omni dolo et fraude penitus exclusis. In testimonium omnium premissorum ad preces partis utriusque sigillum nostrum presentibus litteris est appensum. Datum anno a nativitate domini millesimo trecentesimo quadragesimo primo, mensis augusti die quarta.

451. Iwan von Bochout erhält 21 morgen land im gericht Simpelfeld in erbpacht welche der deutschordenskapelle in Aachen gehören. 1343 apr. 15.

Wir Hanman van Simpelveld schoutete, Heinrich op den berch Clois van Vleegendale, Goedart in den bruch, Willem van den Panhuse ende Sybode van Slebuschberghe ende Ghoedart Slebusch son, lantscheffenen dis hertogen van Broabant van Lothinghen ende van Lemburch, ende Ywoin van Buchouts also sagwaude ende ein lantscheffen dis vurghenumden hertogen, dun kont etc., dat vur ons is komen als vur schoutete ende lantscheffenen des vurghenumden hertogen Iwoin vurghenant op eine siden ende bruder Kolin plegher dis hus ende derre capellen van sint Gillis t' Oghen in Pont op die andere side. Do bekande vur ons dis vurghenumde Iwoin dat hee ghenomen hedde in erfachte in urber sins selfs ende sinre gheerven of nakomlingher ein ende twintich morghen ackerlants die gheleghen sint in menghen stucken, ende die man ouch haudende is van menghen heren, als hie no beschreven steit, die ghehoerende sint tu derre apostolen eltere in derre capellen tu sint Gillis t' Oghen, van brudere Koline vurghesproghen, priestere ende pleghere dis

vurghenumden hus, brudere dis ordens van den dutschen hus, umme acht mudde pachts guts werlichs rocken in vier pennin-ghen no den besten der moisen van Oghen, te betalen ende te leveren t' Oken te sint Gillis in Pont op dis vurghesproken Ywoins ende sinre gheerven kost anxt ende arbeit desen vurghenumden bruder Koline etc. etc. Alle dese vurghesproghen vurwerden alinc ende stede te hauden haint geloft op beiden siden bruder Kolin van Oghen bruder dis dutschen hus up eine side mit willen ende orlof sinre meisterschaf ende Ywoin ende sine gheerven op die ander side sonder alle argheliste. Ende umme ghetughenisse derre worheide op dat alle dese vurghesproken vurwerden ghants stede ende ewelich onverbroken bli-ven van beiden siden, want wir schoutheit ende scheffen vurghesproken ghein inghesiggel en haint, so bidde wir samentliche Hildeghere Harpermulen sone, dem drossitte dis hertogen in dem lande van Rode, dat hee sin inghesiggel ain desen brief wille hanghen. Ende ich Hildeghere vurghenant drossitte om beden wille Hanmans dis schouteten ende alle ghemeinlich derre scheffenen van Simpelvelt ende och overmits bede beider partien bruder Kolins ende och Iwoins vurghesprogghen hain ich min inghesigghel ain desen brief ghehanghen. De ghegheven wart du man schreib die ior ons heren dusent drihundert ende dri ende veertich, op sinte Marcz dach des ewangelisten.

452. Pabst Clemens VI. bestätigt die privilegien des deutschen ordens. Avignon, 1343 nov. 4.

Clemens episcopus etc. Dilectis filiis . . magistro et fratribus hospitalis beate Marie Theotonicorum Jerosolimitan. salutem etc. Solet annuere sedes apostolica etc.\* libertates et exemptiones secularium exactionum a regibus et principibus et aliis Christi fidelibus rationabiliter vobis et hospitali predicto concessas etc. auctoritate apostolica confirmamus etc. Nulli ergo etc. Datum Avignon., II. nonas novembr., pontificatus nostri anno secundo.

453. Rudolph herzog von Lothringen schenkt dem deutschen haus zu Beckingen das patronat zu Nonkirchen. 1343 oct. 21.

\*) Wie bd. 1. s. 264.

In nomine domini nostri Jesu Christi amen. Universis etc. Rodulphus dux Lothoringie et marchio salutem in omnium salvatore. Conditionis humane circumspecta sagacitas improborum frequenter experta calumpnias etc. Eapropter nos Rodulphus dux et marchio supradictus sub presentis testimonio pagine ad omnium cupimus noticiam pervenire quod nos provide recolentes quam laudabiliter religiosi viri fratres ordinis Theuthonicorum sancte Marie Jherosolimitane sacrosancte fidei catholice professionem virtuosis operibus exequuntur, qui ipsius orthodoxe fidei divinitus ferventes amore labores voluntarios amplectentes ac noctes ducentes insomnes ad eiusdem defensionem et protectionem fidei contra hostes ipsius mortis non abhorrentes periculum indefessis viribus infatigabiliter se exponunt prout ipsorum fama celebris gratiose per varia mundi clymata predicatorum: proinde nos fratres ordinis prelibati favore benivolo prosequi cupientes ac nostre et progenitorum nostrorum saluti providere volentes ad honorem dei omnipotentis et victoriosissime sancte crucis cuius signo ammirabili iidem fratres mystice decorantur, ius patronatus ecclesie parrochialis de Nonkirken Treveren. dioc. quod ad nos ratione iuris proprietatis possessionis vel quasi libere pertinebat, fratribus domus de Beckinga eiusdem ordinis dicte Treveren. dioc. necnon toti ordini prelibato deliberatione provida ac matura donatione perfecta irrevocabili inter vivos nostra ac heredum et successorum nostrorum vice in dei nomine perpetuo donavimus contulimus et concessimus etc., ius patronatus ipsius ecclesie eisdem fratribus etc. irrevocabiliter assignantes cum iure vere ac libere proprietatis et pacifice possessio- nis eiusdem etc. In quorum omnium et singulorum fidem etc. presentes litteras sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum et datum anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo tertio, die vicesima prima mensis octobris.

454. Rudolph herzog von Lothringen schenkt dem deutschen haus zu Beckingen das patronat zu Limpach. 1345 febr. 20.

In nomine etc.\* Rodulphus dux Lothoringie et marchio salutem etc.\* Conditionis etc. Eapropter nos Rodulphus etc.

\*) Wie in der vorigen urkunde.

ius patronatus ecclesie parochialis de Limpach Treveren. dioc. quod ad nos ratione iuris proprietatis possessionis vel quasi libere pertinebat cum omni eo quod de pertinenciis et emolumento temporali fructuum et proventuum dicte ecclesie penes nos ratione predicti iuris patronatus retinueramus sive reservaveramus, fratribus domus de Beckinga eiusdem ordinis dicte Treveren. dioc. totique ordini memorato etc. donavimus contulimus etc., ius patronatus ipsius ecclesie eisdem fratribus etc. irrevocabiliter assignantes etc. In quorum omnium etc. munimine fecimus roborari. Actum et datum anno domini millesimo trecentesimo quarto, die vicesima mensis februarii.

455. Heinrich von Rinkenburg landcomthur von Lothringen schreibt dem offizial zu Metz dass der pfarrer von Habekirchen behufs der verwaltung seiner pfarrei durch einen vikar resignirt habe und ersucht ihn demgemäss zu verfahren. 1346 iuli 28.

Honorabili viro domino . . . officiali curie Metensis frater Henricus de Rynkenburch provincialis ballie per Lothoringiam ordinis hospitalis beate Marie Theutonicorum Jhersolimit. patronus ecclesie parochialis de Habekirken dyoc. Metensis reverentiam debitam et honorem. Vestre discretioni presentibus innotescat quod frater Henricus de Epternaco presbiter ordinis supradicti, dicte ecclesie de Habekirken pastor, ipsius pastorie et omni iuri et actioni sibi in dicta ecclesia seu eius pastoria competenti seu competere valenti sua spontanea voluntate et arbitrio libere in nostris manibus tamquam ipsius ecclesie patroni renunciavit atque cessit prout in littera renunciationis huiusmodi dicti Henrici sigillo sigillata liquet et appareat eviderter, cuius littore tenor dinoscitur esse talis etc. Cuius rei gratia vos instantia qua possumus deprecamur et rogamus quatenus premissis consideratis et attentis dictum Henricum pretextu dicte pastorie ad residendum in eadem ecclesia impostorum non infestetis etc., cognoscentes quod si predictis nostris rationabilibus precibus vestras aures non duxeritis inclinare et privilegiis nobis et dicto ordini generaliter a sede apostolica indulxit quibus cavetur quod ecclesias ad nos et dictum ordinem spectantes possumus per vicarios duntaxat deservire nolue-

ritis permittere nos gaudere, extunc licet inviti compellimus nostrorum privilegiorum iurium et libertatum conservatorum officium videlicet reverendorum in Christo patrum dominorum . . archiepiscopi Treverensis Metensis et Leodiensis ecclesiarum episcoporum super premissis implorare. Datum anno domini M.CCC.XL sexto, feria sexta post festum beati Jacobi apostoli.

456. Johann Stüle verkauft dem deutschen haus zu Münster sein salzhaus zu Sassendorf. Soest, 1347 iuli 9.

Universis etc. nos Johannes de Luinen iudex secularis Susatiensis una cum Ludolpho dicto Cubick et Bertoldo de Herborne oppidanis ibidem notum facimus etc. quod constituti coram nobis in figura iudicii Johannes dictus Stüle una cum Hadewige uxore sua legitima ac Gebelen filia sua recognoverunt etc. quod cum consensu heredum suorum pro competente summa pecunie in usum suum conversa rite et rationabiliter iure hereditario vendidissent suam domum salinariam in Sassendorpe sitam cum suis attinentiis universis et omne ius quod ipsis in dicta domo salinaria competit religiosis viris commendatori et fratribus domus Teutonice in Monasterio perpetuo et hereditarie possidendam ipsamque domum salinariam predictam commendatori et fratribus ore et manu coram nobis unanimiter assignarunt; promittentes nihilominus eisdem iustum et veram prestare warandiam ad annum et diem prout in Susato postulat ordo iuris; pro qua quidem warandia prestanda discretus vir Marquardus filius Gebelen commendatori et fratribus predictis coram nobis firmiter fideiussit. In quorum omnium testimonium sigilla nostra ad preces utriusque partis presentibus sunt appensa; presentibus discretis viris plebano in Sassen dorpe, Ambrosio de Mellen, Gottschalko de Ludensche, Wichmanno de Hervordia, Dethmaro dicto Rete ac Arnoldo de Rüden clericu publico imperiali autoritate notario scriptore presentium aliisque fidelis testibus ad premissa vocatis etc. Datum et actum Susati, anno domini M.CCC. quadragesimo septimo, feria secunda proxima post festum Udalrici.

457. Johann Beyer aus Coblenz verkauft dem knappen Peter [rechtsvorgänger des deutschen hauses] für 13 mark einen weinberg. 1347 dec. 7.

Noverint universi quod nos Johannes dictus Beyer in Lera  
 commorans Johannes dictus Morder molendinarius eius gener  
 Nynka eius uxor et Katherina filie dicti Johannis Beyer ac  
 Johannes dictus Schillinc filius Nynke antedicta pensata nostra  
 utilitate vendidimus unanimi consensu etc. Petro famulo dicto  
 der Erkelinzen et Gude coopidanis nostris Confluen. etc. vineam  
 nostram solventem ad altare sancti Anthoni in ecclesia sancti  
 Florini ibidem duos solidos pagamenti Confluen. et duos pullos  
 anni cenus, sitam ibidem in loco dicto Wikarten, ex cuius  
 uno latere Sylo scabinus et ex alio filia dicte dy Waldezz  
 possident, ad habendum tenendum etc. omni eo iure quo ipsam  
 hucusque possedimus etc. pro tredecim marcis denar. tribus  
 hall. pro den. computatis nobis ab eisdem Petro et Guda coniugi-  
 bus emptoribus integraliter persolutis; exceptioni non solute  
 pecunie renuntiantes omnino; promittentes etc. huiusmodi ven-  
 ditionis contractum ratum et firmum servare etc. Actum coram  
 discretis viris Sylone et Henrico dicto Erkelin. scabinis Confluen.;  
 atque sigillum iudicij secularis ibidem apponi rogavimus etc.  
 quod nos scabini iam dicti fatemur esse verum. Datum in cra-  
 stino beati Nycolai, anno domini M.CCC.XL. septimo. Tilm.  
 Hunolt.

458. Der landcomthur von Westphalen verpachtet dem Ger-  
 win Kule für  $3\frac{1}{2}$  mark zins ein salzhaus in Sassendorf.  
 1348 jan. 1.

Datum per copiam sub sigillo prepositure Sos. ad causas.  
 Universis etc. nos . . provincialis fratrum Theutonicorum ordi-  
 nis sancte Marie Jherusal. per baliam Westphal. commendator  
 domus Theutonicorum Mon., . . magister pietanie ceterique  
 fratres eiusdem domus notum facimus etc. quod locamus et  
 locavimus per presentes Gerwino dicto Kule iudici seculari in  
 Sassendorpe et suis heredibus domum nostram salinariam in  
 Sassendorpe sitam tenendam habendam etc. ad spacium sex an-  
 norum a data presencium continue numerandorum pro trium  
 marcarum et dimidie pecunie Sosati usualium annua pensione  
 nobis per dictum Gerwinum et heredes suos singulis annis sex  
 predictis durantibus semper in festis infrascriptis expedite sol-  
 venda; videlicet quatuordecim solid. Olrici quatuordecim solid.

Michahelis et quatuordecim solid. in circumcisione domini. Quam quidem pensionem si quod absit infra quindenam post quemlibet solutionis terminum solvere neglexerint, extunc quandounque nos aut nuncios nostros pro extorsione huius pensionis ad Sosatum venire contigerit sumptus nostros seu expensas quos tunc fecerimus predicti Gerwinus et heredes sui nobis refundent et totaliter restaurabunt. In quorum testimonium sigillum domus Monast. preacte presentibus est appensum. Datum et actum sub anno domini M.CCC. quadragesimo octavo, in circumcisione eiusdem.

459. Marie von Blois herzogin von Lothringen getröstet den comthur von Beckingen dass seines hauses güter in dem streit mit Trier nicht beschädigt werden sollen. 1351 ian.

Wir . . . Maria von Bloys herzoginnen ze Lottringen und marchgrevinnen muntbarin und plegerin des herzothums vorg. dunt kunt allen luten das wir han getroistet und trostent die erbern geistliche lude den commandur des huses ze Beckingen ir gut ir lute und ir gut, also das wir noch unser underdan von unsren wegen in denheinen schaden solnt dunt in keyne wis umb kein das missel das wir und unss oeheim von Trieren mit ein moichtent han, mit solicher vorgedinge dass unss oeheim von Trieren sich bit in bit irme vorgen. gotzhuse bit irme gute bit iren luten noch bit ire lute gut in keyné wis behelfen sol; und dis han wir in gelobet ze haldene in guten truwen ahne geverde. Ze urkunde han wir unsren ingesiggel an diesen brief gehckenket, der wart geben do ma zalte nach gotz geburte druckenhondert und funfzich yar, des mitwochen vor dem zweinzigsten dage nach wynacht.

460. Radulph de Crissegeenes pfarrer zu Gohert bestätigt mit genehmigung des bischofs Engelbert von Lüttich und Peters de Monturuc archidiakons von Hasbanien die von Heinrich von Bocholtz in der [später dem deutschen haus zu Gemert gehörigen] kapelle zu Bocholt gemachte stiftung eines altars. 1356 ian. 9.

Universis etc. Radulphus de Crissegeenes presbiter investitus seu rector ecclesie de Goheit Leodiensis dyoc. salutem etc. Cum honorabilis vir Henricus de Bouchout armiger zelo devo-

tionis accensus in remedium animarum parentum et consanguineorum suorum et ipsius altare unum edificari et construi fecerit in capella de Bouchout dicte Leodiensis dyocesis in honore sanctorum Marie et Nicolai, ac de bonis suis usque [ad] summam quatuordecim modiorum spelte hereditariorum ad et supra sufficientia bona immobilia assignandorum mensure et pagamenti dicte ville de Bouchout dotare intendat et velit sicut idem Henricus nobis exponere curavit. Hinc est quod nos precibus ac devocioni eiusdem Henrici inclinati et cupientes divini cultus augmentum consensimus et per presentes consentimus quod idem Henricus et sui successores heredes sint patroni altaris predicti quodque ius habeant perpetuum ad ipsum altare dum vacaverit loci archidiacono personam ydoneam presentandi, iure tamen dicte parochialis ecclesie de Goheit in ceteris semper salvo. Et ut premissa omnia et singula perpetuis temporibus roboris obtineant firmitatem supplicamus reverendo in Christo patri et domino, domino Engelberto dei gratia Leodiensi episcopo necnon venerabili viro domino Petro de Monturuco archidiacono de Hesbania in ecclesia Leodiensi quatinus premissa omnia suis auctoritatibus ordinariis confirmare et approbare dignentur et sigilla sua eisdem litteris in confirmationem ea-rundem facere una cum nostro sigillo apponi. Et nos Engelbertus episcopus Leodiensis ac Petrus archidiaconus predicti considerantes tam iustum ipsius rectoris supplicationem quam ipsius Henrici devotionem premissa omnia et singula nostris auctoritatibus ordinariis laudamus et confirmamus presentes-que litteras sigillorum nostrorum una cum sigillo dicti rec-toris fecimus appensione muniri. Datum anno a nativitate domini millesimo trecentesimo quinquagesimo sexto, mensis ianuarii die nona.

461. Wenzel herzog von Luxemburg gibt dem deutschen haus zu Coblenz das patronat zu Altenahr soweit es ihm als burgmann daselbst gehört. Metz, 1356 dec. 27.

Wenceslaus de Boem. dei gratia Lucemburgen. Lothr. Brab. ac Lymburgie dux sacri imperii marchio. Notum facimus uni-versis quod nos divine contemplacionis intuitu dilectis nobis commendatori et fratribus domus Confuen. ordinis hospitalis

beate Marie Teutonicorum Jherosoliman. Trev. dioc. ius patronatus et quicquid nobis aut nostris successoribus seu etiam predecessoribus in ecclesia parrochiali de Aldenar, alias per nostros concastrenses ibidem predictis fratribus collata, ratione dictę castellanie competere potuit seu infuturum poterit pure propter deum hereditarie ac per nos aut nostros irrevocabiliter contulimus et tenore presentium confirmamus collationem ipsis fratribus alias per premissi castri castrenses de dicta ecclesia factam etc. In cuius rei testimonium presentes fecimus nostri sigilli munimine roborari. Datum Metis, anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo sexto secundum stilum civitatum et dioc. Treveren. et Meten., mensis decembr. die vicesima septima.

462. Die deutschordensbrüder zu Coblenz tauschen mit dem nonnenkloster zu Vallendar grundstücke zu Lützelcoblentz. 1357 jan. 29.

Wir bruder Cristian van Beynzvelt cummendur und dy gemeyne bruder des dutschen huses zo Kovelenz doyn kunt allen luden dy dissen brief anseynt of hurent leysen daz wir hayn gegeben eyndrechtliche mit rade unser frunde zwey stucke wyngartz, der eynt heyst daz Wafengeschreye und daz ander liget in dem nederen flore, den erberen vrouwen vrouwe Jgnilt meysterse und Leyfmut priorisse und den gemeynen iuncfrauwen des klostes unser vrouwen zo Valender erflichen und ewelichen van eyme werlichen kude den wir mit in annomen hayn umb eyn stücke ackerlantz daz gelegen is zu Lutzelkovelenz daz man nennit in deme priole, und geloven in guden truwen weder disen werlichen kuyt nummer zu doyn mit worten noch mit werken etc.\*). Hey bi sint geweyst vrome erber lude, Heynrich Rachtdorfer eyn geistlich bruder der vorg. iuncfrauwen, Johan von Walrishem, Thomas etc.\*). Ouch so hayn wir zo eynre merre stetekeyt alle deser vurgeschreben dinge des huss ingesigel von Kovelenz vorg. an disen brief gehangen und geyn daz dise dinc wair sin. Datum anno domini M.CCC. quinquagesimo sexto, ipso die Valerii episcopi.

\*) Wie bd. 1. s. 413.

463. Gerlach erzbischof von Mainz bestätigt die dotation eines altars der deutschordenskirche zu Ramstein. 1357 märz 8.

Gerlacus dei gratia sancte Maguntin. sedis archiepiscopus sacri imperii etc. universis etc. salutem etc. Instauratem erectionem fundationem et dotationem sufficient. altaris in honore beate virginis et martiris Barbare consecrati, siti in ecclesia parochiali Ramestein ratas habentes atque gratas dummodo absque preiudicio parochialis ecclesie predicte et cuiuslibet alieni iuris iniuria facte sint auctoritate nostra ordinaria et ex certa sciencia in dei nomine presentibus confirmamus harum nostrarum testimonio litterarum sigilli nostri appensione munitarum. Datum VIII. idus marcii, anno domini millesimo quinquagesimo septimo.

464. Welter Lerse aus Erpel bekennt, dem deutschen haus zu Breidbach 18 denare erbzins schuldig zu sein. 1357 iuni 19.

Noverint universi etc. quod nos Welterus dictus Lerse et Cristina coniuges legitimi morantes in Erpele tenemur et obligati sumus tytulo census perpetui discretis viris ac religiosis commendatori ac universis fratribus domus in Breybach ordinis sancte Marie domus Teutonice Jherusalem. de domo nostra quam nunc inhabitamus, sita iuxta domum dictam proprie dat Erdenhus parte ex una et iuxta domum Tilmanni generi dicti Rode parte ex alia, decem et octo denarios, den. pagamenti Colon., ipsis singulis annis in festo beati Martini episcopi hysmalis per nos aut nostros heredes hereditarie et perpetue persolvendos, tali pena et condicione appositis quod si aliquo anno in perpetuum termino solutionis predicto per nos aut nostros heredes census prefatus secundum modum premissum non persolveretur, extunc commendator domus in Breybach predictus aut aliquis fratrum ibidem morantium immediate dicto solutionis termino transacto poterit seu poterint se dicta domo nostra intromittere cum eadem procedendo prout iuris ordo in Erpele de censibus perpetuis exigit et requirit, dato iudici loci super eo iure suo debito et consueto etc. Hec omnia et singula premissa elegimus et sponte arbitratu sumus pro nobis et nostris heredibus pretactis, que per presentes bona fide data promitti-

mus irrefragabiliter observare omni dolo et fraude mali cuiuslibet semotis penitus in premissis. In cuius rei testimonium sigillum discretorum virorum scabinorum in Erpel ad preces nostras presentibus est appensum. Datum anno domini M.CCC. quinquagesimo septimo, ipsa die Juliane martiris beate.

465. Das kapitel des Servatiusstiftes und der pfarrer von sankt Mathias zu Mastricht gestatten den deutschordensbrüdern von Biesen, im pfarrbezirk dieser kirche und auf dem grundeigenthum des stifts eine kapelle zu errichten mit der bedingung an letzteres als patron iährlich einen pfenning und dem pfarrer dreissig schilling als antheil an den opfern in der kapelle und den vierten theil der gefälle bei beerdigungen in derselben zu entrichten. 1358 jan. 11.

Universis etc. Sigerus de Novo lapide decanus totumque capitulum sancti Servacii patroni et Johannes de Ryvist investitus parochialis sancti Mathie ecclesiarum Traiectensium Leodiumyoc. sinceram in domino caritatem etc. Noverint universi quod cum viri religiosi etc. fratres de Junccis ordinis hospitalis sancte Marie Theuton. Jherosol. ex certis et legitimis causis unam capellam seu oratorium in opido Traiectensi infra limites seu metas parochie ecclesie sancti Mathie iamdicte, in bonis quorum fundus ad prefatam sancti Servacii ecclesiam pertinet, fundare et construere desiderent intime in eaque deo vacare ac devotius in tranquillitate famulari intendant et habere ibidem sepulturas personarum elegantium apud eos sepeliri, nobisque ex eorum fratribus parte sit caritative et cum affectu multipli- citer supplicatum quatenus in hoc consentire nostrosque voluntatem consensum et assensum vellemus benivole adhibere; ipsisque fratribus etiam gratiose annuendo ut si. qua altaria seu cappellanies in posterum in dicta capella fundari seu dotari contigerit quod perpetui cappellani seu rectores huiusmodi altarium si seculares fuerint et non alii, qui per eosdem fratres nobis decano et capitulo memoratis quo cienscumque ea vacaverint erunt presentandi, per nos decanum et capitulo ut ceteri altaris ecclesie nostre admitterentur ad dicta altaria pariter et instituerentur rectores adhibitis solemnitatibus in talibus debitibus et adhibendis, correctionique tuitioni et foro

capituli nostri subessent et perciperent presencias seu denarios chori nostri sicuti percipere solent alii ecclesie nostre socii et cappellani; hinc est quod nos prefati decanus et capitulum et investitus matura deliberatione tractatuque diligenti super hiis prehabitis dictae supplicationi non solum rationi consone verum etiam in augmentum divinorum cultus laudis et honoris emergentis pie condescentes, premissa faciendi et habendi iuxta omnem modum iam prescriptum dictis fratribus nostros plenarios voluntatem consensum pariter et assensum publice tenore presencium adhibemus eisque premissa concedimus annuimus adiectis modo et forma qui sequuntur benivole et favemus; vide-licet ut supradicti fratres ratione memorati fundi in signum patronatus anno quolibet in festo beati Servacii ecclesie nostre sepedicte unum denarium Leodiensem exsolvant ipsamque tamquam matricem ecclesiam in omnibus et per omnia specialibus reverentia habeant et honore, neconon fratres ibidem in Traiecto commorantes pro tempore qui commode venire poterunt singulis annis in dicto festo sancti Servacii ad ipsam ecclesiam ve-nient ad processionem prout moris est peragendi; atque pro universis et singulis oblationibus et obventionibus tam cotidianis quam aliis in quatuor festis principalibus anni videlicet nativitatis Christi pasche pentecostes omnium sanctorum et in die commemorationis omnium animarum a Christi fidelibus qui-buscumque in dicta capella quomodolibet proveniendis, annis singulis solvent suprascripti fratres ac solvere tenebuntur investito pro tempore existenti dictae sancti Mathie ecclesie triginta solidos Leodienses annui census sicut in dicto opido Traiectensi exsolvit de hereditate pro una media parte in festo nativitatis beati Johannis baptiste et pro alia media parte in festo nativitatis domini, atque quartam partem omnium funeralium cuiuslibet parochiani dicti investiti apud eosdem fratres ut dictum est elegentis sepeliri neconon oblationum ibidem proveniendarum die exequiarum eiusdem, et huiusmodi triginta solidos assignare prefato investito capiendos et habendos in supradicto opido Traiectensi ad et supra bona hereditaria que ardere non pos-sint, et ultra huiusmodi perceptionem dictorum oblationum fu-neralium et census solvere tenebuntur et solvent amici iam dicti parochiani prefato investito valorem omnium oblationum

dicta die exequiarum ad dictam capellam proveniendarum prout in aliis ecclesiis religiosorum Traiecten. solitum est fieri et hactenus consuetum. Et hiis premissis mediantibus ad nichil aliud nobis occasione premissorum solvendum prefati fratres erunt seu remanebunt aliquatenus obligati nec quicquam ulterioris seu anterioris iuris cuiuscunque nobis seu nostris successoribus decano capitulo et investito predictis communiter vel divisim retinebimus aut retinemus competitque aut competere debebit in perpetuum in cappella et altaribus supradictis sed omni et singulo ulteriori iuri in eisdem pro nobis et nostris successoribus penitus cedimus atque renuntiamus. Et ut premissa omnia et singula in evum firmius et inviolabilius iuxta omnem et singulum modum superius contentum observentur, presentes litteras exinde fieri fecimus quas nos prefati Sigerus decanus et capitulum sigillo dicte nostre ecclesie quo utimur ad causas ego vero Johannes investitus sigillo meo proprio quo utor ex certa sciencia duximus sigillandum in testimonium veritatis robur et munimem omnium premissorum. Supplicavimus reverendo in Christo patri et domino . . domino Engelberto dei gracia Leodiensi episcopo quatenus premissis suos consensum et assensum adhibere eaque secundum omnem modum superius conscriptum sua auctoritate ordinaria per litteras suas presentibus transfigendis approbare etc. dignetur in testimonium veritatis etc. Datum anno nativitatis dominice millesimo trecentesimo quinquagesimo octavo, mensis ianuarii die undecima.

466. Wilhelm herzog von Jülich befiehlt seinem drost zu Jülich das deutsche haus von Siersdorf in seinem recht am hof zu Schleiden zu schirmen, Nideggen, 1359 mai 18.

Wir Wilhelm van gotts gnaden hertzoige van Guylge greve zu Valkenburgh unde herre zu Monyoie beveylen dir Johanne van Broeche unsme droissitze zu Guylge unde vort alle unsen .. droissitzen zu Guylge und allen amptluden die nu zer tziitsint off hernamails syn solen, dat ir und ur yechlich die duitze heren van Seirstorp, den commeduyr und syne broedere, behalt an alsulchgen erfpaicht as sy havent an deme hoive ze Sleiden, de Johans van Sleiden was, den her Johan van Vercken gegolden hait, und doet yn van unsen weigen da an alle gewalt aff.

Gegeiven zu Nydechen, des sundaichs as man singet Cantate, in den iairen uns heren dusent druhundert unde nuyn ind vumftzich.

467. Gerlach erzbischof von Mainz befiehlt dem Peter seinem zollschreiber zu Lahnstein die güter des deutschen hau- ses von Coblenz zollfrei passiren zu lassen. Ellfeld, 1360 märz 13.\*)

Gerlacus archiepiscopus Maguntinus. Petre, unsir scriber in unserm zolle Lanstein, lieber getruwer, wir heizcen dich mit ernste und wollen: waz die Dutzschenherren des huses zu Coblenz vor unsern vorgenant zcol furent, ez sie wyn korn ha- ver oder anders waz ez sie, daz sie oder ire diener mit dem eide behaldent daz ir sie, daz du sie damede zolfri und ane hindernisze faren lazses wanne und wilche ziit sie des bedur- fen; wann wir yn daz von sundern gnaden irleubit han. Geben zu Eltevil am nehisten fritage nach sancte Gregorie tage, nach Cristus geburte drutzenhundert und seheszig iar.

468. Meister Mailbod und Gertrud von Bassenheim seine frau bekennen vom deutschen haus zu Coblenz für 18 schilling zins ein haus gemiethet zu haben. 1362 iuni 30.

Wir meyster Mailbode und Gerdrud von Bassinheym sine eliche husfrauwe dun kunt allen luden etc. dat wir entphangin han etc. umb die geysteliche heren den commedure und die brudere gemeynlichen des Duzhen huses zu Covelenze die uns und unsen erven geluwin hant in eyne erveschaf ir husz ge- legin zu Covelenze in der Nuwergasse ghene den predigeren: an des huses eyne site hant die predigere eyn husz liegen da Elechin von Wesel inne want, an der ander site ist gelegen eyn husz was Pazzen Heynen von Lutzilkovelenze: umb echthien schillinge pennenge, dri haller als zu Covelenze genge und geve sint vor yeden pennynch gezalt, ierliches und erfliches zinses die wir und unse erven den vorgenant heren alle iair zu ois- teren of unbevangin bynnen vierzhien dagen na me oisterdage geben und bezalin sollin, und in ir vorgenant husz antwortin sollen von dem selben geluwene huse. Vort me gelobin wir in guden trewin vor uns und alle unse erven und ist auch also geret dat wir dat husz allewege in gudem buwe haldin sollen

\*) Vgl. den lateinisch geschriebenen befehl bd. 1. s. 414.

an dachen kendelin wendin und gebunen als erves recht ist. Und wa wir des nit endedin und dat husz nit buweliche hiel-din als oven benant ist und dat die vorg. heren bit zweyn scheffin dat bewisen und beleyden moichten, so sollen wir dat husz und erveschaf und wat wir rechtes drane haven zu stunt verlorin han ane allerleye widerrede; und mogent sich dan die vorg. heren des huses underwindin, zu brechin und zu butzen zu dune und zu laisze da myde iren eygin willen ane unse ader yemans anders hindernisse und widersprache, argelist und geverde an alle disen dingen afgescheydin. Des zu urkunde ist des werintliches gerechtes ingesigel zu Covelenze umb unser bede wille an disem bryef gehangin; des wir Johan Welle und Heynrich Erkelin scheffin daselbes ghien dat it wair ist. Datum in crastino beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo secundo.

469. Wenzel herzog und Johanna herzogin von Luxemburg Brabant und Limburg befehlen dem schultheiss von Pedeland fünf oder sechs lehnsleute anzuweisen bei übertragung der herrschaft des gerichts und des schlosses von Gemert an den dortigen deutschordenscomthur seitens Diederich's von Gemert als zeugen zugegen zu sein.  
Brüssel, 1366 iuni 9.

Wenceslaus van Beym bider gratien goids hertoghe ende Johanne bider selver gratien hertoghinne van Luccemborgh van Loth. von Brab. van Lymborgh ende marcgr. des heilichs riix. Ontbieden ende bevelen unsen scoutheit van Pedelant, dat ghi tot vursueke des commendeurs van Ghemert hem leent ende hebben duyt vive of zesse unse manne van leen, aldaer onder u gesethen, die tot maninghen des voersc. commendeurs daer bi ende over staen mit den mannen des selfs commendeurs ende der orden, daer Didderich van Ghemert opdraeghen sal syne heirlicheit mit ten gerichte hoghe ende leghe ende mit ten toebehoerten van Ghemert ende oec syn hoghehues ce Ghemert in hant des commendeurs ende der ordenen ende dat wider van hen in leen ontfaen, ende voerdane daer bi ende overstaen mit den mannen des voersc. commendeurs ende der ordenen, daer hem Didderich van Ghemert ontgoiden sal van der vurser. heirlicheit ende gherichte van Ghemert mit ten toebehoerten

ter ordenen behoif. Ende ondbieden ende beveelen unsen leemannen die men alsus den commendeur lenen sal, dat si tot maninghen des vursc. commendeurs mit ten mannen der ordenen van den vursc. zaeken ende van allen anderen, leenrechte aenrurende, die Didderic van Ghemert vursc. doen wille voer den vursc. commendeur ter ordenen behoif, gerechte vonnisse ende ghetugenisse gheven ende doen gelic si te uns selfs maninghen doen souden ende daer af bezegelde brieve onder horen zegel gheven of mens begheert also als die zaeken heisschen soelen sonder enich wederseggen. Gegheven onder unsen zege-  
len te Bruxelle, neghen dage in iunio, int iaer uns heren du-  
sent driehondert tsestich ende zesse.

470. Folker weihbischof zu Utrecht beurkundet dass er den hohen altar einer deutschordenskapelle im kirchspiel von Ootmarsum geweiht. 1367 febr. 15.

Folkerus dei gracia episcopus Gibelechensis ad exercitium pontificalis officii et ipsum concernentium in civitate et dyocesi Traiectensi a sede apostolica deputatus. Notum facimus universis quod nos anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo septimo in crastino beati Valentini martiris summum altare in capella dominorum Teutonicorum infra limites parochie in Oetmersem Traiectens. dyoc. sita fundatum et erectum in honore domini nostri Jesu Christi beatissime Marie semper virginis genitricis eiusdem et sancti Georgii martiris consecravimus cooperante nobis gratia spiritus septiformis; cuius quidem altaris dedicacionem constituimus ipso die beati Georgii predicti singulis annis perpetuis temporibus in dei nomine celebrandam. Unde omnibus vere penitentibus et confessis qui ad dictam capellam in predictis capelle et altaris predicti dedicacionibus et per octavas earundem devote accesserint et missis matutinis predicationibus vesperis seu aliis divinis officiis ibidem celebrandis interfuerint, tocens quoctiens premissa seu aliquid premissorum devote fecerint de omnipotentis dei misericordia beatorum Petri et Pauli apostolorum eius et beati Martini patronorum ecclesie Traiect. auctoritate confisi quadraginta dies indulgentiarum de iniunctis eis penitenciis misericorditer in domino relaxamus harum nostrarum testimonio litterarum. Datum ut supra.

471. Johann von Suelmede comthur und die andern deutschordensbrüder zu Mülheim beurkunden dass der landcomthur Adam von Dalhausen 3 mark rente womit Wennermar von Horlo ihr salzhaus zu Sassendorf beschwert für 34 mark eingelöst. 1369 apr. 15.

Wy Johannes van Suelmede commendur to Molhem, Evert van Dalhusen unde de ghemenen kaventes brodere des dudeschen huses to Molhem bekennet unde betughet in dussen openen breve da myt unsen willen. Unse lantcommendur her Adam van Dalhusen hevet ghelost vor XXXIII. marc de dre marc gheldes, de her Wenemar van Horlo hadde vorsat ute unsen soltwerke to Zassendorpe; also dat dat hus to Munstere de dre marc alle iar mach boren wente also langhe dat wy deme hus to Munstere de XXXIII. marc wedergheven. To eynen tughe der vorghescreveyen stücke so hebbe wy unses huses to Molhem ingheseghel an dussen bref ghehanghen, de ghegheven is do men seref de iar unses heren M.CCC.LXIX., des anderen sunnendaghes na paschen.

472. Johann vam me Leene pfarrer zu Kettwig und seine schwester Elisabeth schenken dem deutschen haus zu Brakel 2 morgen ackerland und 3 schilling rente. 1370 aug. 24.

Universis etc. innotescat quod nos Johannes dictus vam me Leene pastor ecclesie in Ketwich et Elisabeth reicta Johannis sculteti quondam de Brakele cum consensu et libera voluntate Johannis Wabele et Gese dicte sororis mee liberorum ac omnium heredum nostrorum dedimus et damus pro salute animarum nostrarum necnon omnium heredum nostrorum duo iugera terre arabilis quorum unum vulgariter dicitur Wytacker reliquum iugerum situm apud ortum dominorum directe se extendens ad portam dictam Veltporten et tres solidos de cista seu de bonis sancti Clementis singulis annis tollendis seu persolvendis; predicta bona dedimus commendatori quicunque pro tempore fuerit et fratribus omnibus domus Theutonice in Brakele perpetue et hereditarie possidenda et habenda pro speciali refectione ipsis fratribus qualibet septimana facienda, sub tali modo et forma quod qualibet septimana vel feria quinta vel proxima feria vacante memoria nostra seu parentum meorum

in vigiliis et missa fideliter peragatur. De quibus insuper bonis nos Johannes Elyabeth Johannes Wabele et Gesa antedicti renunciavimus seu renunciamus et supraportavimus eadem predictis dominis ore et calamo prout in eisdem fieri est consuetum. Et ad maiorem securitatem omnium premissorum sigillum mei Johannis pastoris prefati pro me et Elisabeth sorore mea neconon liberis suis una cum sigillo Gobelini Sonnendagh aliter dicti Bock presentibus duximus apponendum. Datum anno domini M.CCC. septuagesimo, ipso die beati Bartholomei apostoli.

473. Die Barfüsser zu Coblenz verkaufen der frau Else Wülnie [rechtsvorgängerin des deutschen hauses] 5 schilling zins für 5 mark. 1372 apr. 18.

Kunt sij allen luyden daz wir broder Henrich gardian der Barvosen zu Covelentz und dye gemeyne broder dis conventz daselb han verkauft und verkeufen vor uns und alle unse nakommen der bescheiden frauwen Elsen Wülnie, Mathijs wiifs, von Lutzelencovelentz dye gekauft hat vor sich und alle ire erven vünff schillinge penninge Brabenz Covelenzer werunge erfelichs und ierlichs zins dye wir alle iair hatten uff eym huse und garten dye da Peters Busehayrs sint gewest, derselben Elsen iren erven oder behelder dis bryeff zu behalden und zu besitzen erfelich und ewelich, umb vünff marc penninge Brabenz Covelenzer werunge dye sij uns darumbe genzelichen und woll bezalt hat. Zu urkunde ist des werntlichen gerechts ingesiegel zu Covelenz an dusen bryeff gehangen; des wir Heynman Vonare und Jacob Luydingen scheffen daselb ghyen dat it wair ist. Datum in crastino Jubilate, anno domini M.CCC.LXX. secundo.

474. Diederich von der Mark übergibt dem comthur von Welheim Heinrich von Dungeln einen wachszinseigenen mann. 1377 apr. 17.

Wy Dyderich van der Marke doyt kundich allen luden in dessen opene breve dat wy gegeven ind gevet overmitz dessen selve breyve ute unser hand ind gewalt heren Henriche van Dunghelen culmelduyr to Welhem umb sunderlicher gunst und lievede willen dey wy to eme hebbe unsen wascinsegen man de geheten is Herman etc. ind hebben dessen vurg. unsen wascinsegen man also as hoe tho Holte in dey kirken horde up

dat altair etc. quijd gelaten etc. ind settet ene vort ind gevet  
in hand heren Henrix vurg. etc. Datum anno domini millesimo  
ccc. septuagesimo septimo, feria sexta ante festum Georgii  
martiris.

475. Ludeke von der Mühlen und Ehrenbert sein neffe geben  
das eigenthum des halben hofs zu Altenrüden genannt  
Letkersgut den Erp von Miste von ihnen zu lehen er-  
halten dem comthur von Mülheim Hermann von Bliden-  
dorp und dem dortigen hause zu sankt Margarethen.  
1389 dec. 18.

Jch Ludeke van der Molen rytter, Ernwerd syns broder  
zon ind unse rechten erven bekennen in desseme openen breyve  
dat wy hebbet gheeygent den halven hoff to Aldenrüden dey  
gheheyten ys des Letkers guet den Erp van Mysten van uns  
hadde tho leyne. Den vorgenanten halven hoff hebbe wy gheey-  
gent heren Hermanne van Blydentorpe dem kummeldur und  
huse tho Molnem der hilgen iuncfrouwen sente Margrethen ind  
heldere desses breyves myt synen wyllyn. Ind her Ludeke, Ern-  
werd und unse rechten erven solen und welt heren Hermanne  
dem kummelder, dem huse van Molnen der hilgen iuncfrouwen  
sente Margrethen ind dem heldere desses breyves myt synen  
wyllyn alle weghe rechte warscop don op allen steden wan ind  
wor ey des noyt ys alz eyghendoms recht ys. Ind düsses tho  
tüghe zo hebbe wy Ludeke rytter ind Ernwerd van der Molen  
vorgenant vor uns ind unse rechten erven unse ingesegle an  
düssen breyff ghehangen. Hir waren over ind an degedinges  
luden Hinrich van dem Rodenberghe, Goderd dey Dobber ind  
anderen guder lude ghenoch. Datum anno domini M.CCC.LXXX.  
nono, sabbato post Lucie virginis ac martiris.

476. Bürgermeister und rath von Beleke versprechen dem  
comthur von Mülheim Hermann von Borken in der Müll-  
heimer gemarkung kein holz zu hauen weil sie dazu  
nicht berechtigt. 1401 märz 10.

Wi Ludeke Luthart borgemester, Bernd Wunkent Cord  
Werinken Heyneman Gerken Hense Musogern und Heneman  
Kregen ratlude und vart de ganse stat und menheit der stat  
to Bedelich bekennet und betuget openbar vor allen lude, dat

wy hebbet vorlovet sunder argelist heren Hermanne van Borcken cumthur in der tit und deme hus to Molnhem, de Molnheimer marke neynerlege holt dar ynne to houwene und war se dat hebbet, und wy solt en dat erlathen, wynt wy dar neyn recht ynne en hebbet wy en kopent den cumthur af oder en biddent eme af. Wer dat wy oder unse nakomelinge der vorg. lofte nicht en helden, so wilkore wy dat hus de cumthur dan in der tit den broke af mane moge myt gestlike gerichte oder wertlike wo he wil, und ok de broke den uns unse genedige here van Colne quit bat van den cumthur vorgenant. Desse degedinge und vorwart worden gedegedinget to Arnsberge vor unsen genedigen heren van Colne. Dar over was Gert van Ense, ammetman to Ruden, Renfert de Clusmer lantvoget und Heyne- man Werinken borger to Bedelich und ander guder lude ge- noch. In eyn tuch der warheit zo hebbe wy borgemeyster und rat der stat van Bedelich vor uns und unse nakomelinge unses stades ingesegel an dussen bref gehangen. Datum anno domini MCCCC. primo, feria quinta post oculi.

477. Die dorfschaften und gerichte Honnef Dollendorf und Küdinghofen geloben gewährschaft für die rechtsbestän- digkeit des vertrags wodurch Johann herr zu Heinsberg seine gemahlin und seine söhne die herrschaft Gruytrode dem deutschen orden verkauft haben. 1417 jan. 21.

Wir Boese Hentze dinger Johannes Schrijver Heyne Unckelbach Peter Coenman Henne Rytzen Roelken Gerhart Henne up der zynnen Johannes de Roeder Heydenrich Knoiff Teille goitgins Frentzgin Johan Stuggelvoys Henne Zwyngelberg Heynrich Clais kirstgin Noulden son Heyntze Wrack Henne Heyntzen son Heynrich Smyt Henne Lotzen son Heinrich Kanartz Thomas Kanartz ind Sybel up dem berge, scheffene zo Hunoff zo Dollendorp und zo Kudcaven, doin kont ind kennen vur uns unse erven und gemeyne kirspellude der dryer dyngstoille ind kirspellude gemeynlichen vurse, dat want der hoigeboren herre her Johan van Loen herre zo Heysberg zo Lewenberg ind zo Genepe, vrouw Margarete van Genepe vrouwe derselver lande, Johan van Loen elste son zo Heysberg, Wilhelm van Loen greve zo Blankenheim ind her Johan van Loen proist zu Aachen ind zu Tricht, yre soene, unsse lieve gneidige herre

vrouwe iunckenere und herre, deme eirwirdigen in gode hern Jwen van Cortenbach lantcomendur der balien van den Biessen duytsches ordens, synen nacoemlingen und den heyligen duytschen orden die heerlicheit van Gruytrade husinge dorpe gericht ind den hof Roethem mit allen yren zubehoiren verkoufft vertzegen und uyssgegangen haint, in wilchme kouff unsse heerschap vursc. sich versiegelt ind verbonden haint, dem lantcomendur synen nacoemlingen und den heiligen duytschen orden der balien vursc. gude werschaft derselver gude van Gruytrade ind des hoeffs van Roethem mit allen yren zubehoiren zu doin ind alle rechtanspraiche van den vursc. gueden komende aff zu doin, gelijch der principailekouffbrief darup gemaicht volcomelich inhelt ind begrijft, und offt saiche were dat got verhueden wille, dat de vursc. lantcomendur synen nacoemlingen und den heiligen duytschen orden vursc. diese vurg. kouffguedinge ind werschaff nyet gehalden noch alle ansspraiche vursc. nyet affgedain en wurde, gelijch der kouffbrief dat uyswijst, ind der lantcomendur etc. darumb coiste schaden ind kommer hedden off leden in eyngerleywijs: so geloyven wir dinger ind scheffen vursc. gesamenderhant und yecklich van uns besonder vur uns unse erven ind nacoemlinge by unser kirstlicher truwen ind in rechter eytz stat deme vursc. lantcomendur etc. der vursc. gude werschaff zu doin ind alle rechtansprache mit allen coisten kommer ind schaiden, den der lantcomendur syne nacoemlinge etc. darumb gehat hedden off lyden moechten, affzodoin ind sy davan untheyven ind schadelois zo halden. Ind wert sacche dat wir dinger richtere scheffene ind kirspellude der dorpe ind dingbanck vursc. an den vurg. punten ind vurwarden bruchlich vonden wurden in eyme deyle off zumaille: so bidden wir allen herren geistlichen ind werentlichen rittern knechten steden landen ind luden darunter dat wir mit lijve off mit gude gereit off ungereit vunden off begriffen wurden, dat sy unss vur alle die vursc. geloiffden vurwarden und saichen ind och vur alle cost schaiden und zeronge die darup gedain were, zo versueke des lantcomendurs synre nacoemlinge off yemantz anders van des heiligen duytschen ordens weigen, halden penden ind uyssdoin richten, as schoult die vur gericht bekant ervolght off mit den recht gewonnen were, sonder unssen zorn off yemantz van

unssen weigen, alle argelist etc. uyssgeschieden ind achtergelassen. Jnd want alle saichen ind punten vursc., gelijch die vurgeschr. steent, mit unssen wist ind willen geschiet sint, so hain wir dinger und scheffen vurse. unsse gemeyn scheffesiegel van Hunoff zo urkunde der wairheit an diesen brieff gehangen, des wir andere scheffene van Dollendorp ind van Kudecaven vursc. all mit in diesen saichen gebruechen. Jnd hain vort sementlichen gebeden deme hoigeborenen heren Johan van Loen herren zo Heynsberg etc. unssen lieven gneidigen herren dat he umb meirre gezüchnisse etc. syne siegel vur an diesen brieff wil hangen ind alle vursc. punten ind vurwarden believen. Dat wir Johan van Loen etc. kennen dat wir unsse siegel zo beden der vursc. unsse scheffen ind kirspelslude etc. vur an diesen brieff hain doin hangen; der gegeven is in deme iaire unss herren doe man schreiff dusentvierhondertundsieventzien, up sent Agneten dach der heiliger iunffrouwen.

478. Iwan von Cortenbach landcomthur und andre deutschordensbrüder übergeben den eheleuten von Berkel zu lebenslänglicher benutzung die ordensgebäude zu Vucht nebst vielen dazu gehörigen gütern zehnten und renten.  
1432 nov. 24.

Wij Ywain van Cortenbach lantcommenduer, Dideric van Beckenhusen commenduer tot Bernshem, Johan Lewe commenduer tot Beckenfoirt, huyscommenduer ende ghemeyn brueders des huys en der ballien van Tricht duytss ordens doen kont etc. dat wij mit ripen rade en goeden voirdacht verleent ende gegheven hebben den erbern Goessen van Berkel en Lijsbethen sijnre wittigher huysvrouwe om een seker somme geldtz, die ons Goessen vorsc. guetlic en wail gheaintreyt ende volcomelic bestaelt heeft en die wij voirt in meerre oirbair ende profijt onss orden en ballien vursc. gekeert hebben dairmede wij ghequitte ende afgeleet hebben seker tzijnsen die wij tot Vrancefort iairlix gegolden hebben en die wij afleggen mitchten den peninck om twintich, die goede hier nae volgen; in den iersten die husynghen en woninghen tot sente Lambrechts Vucht bij 's Hertogenbosch gelegen mitten weyden en lande dair bij en aan gelegen en met allen anderen toebehoirten der huysinge vorsc., item ene beempt ses morgen lants begripende gelegen in die

maey, item een beemdeken gelegen aen die Vliert, item alle alsolken moer als totter huysinge vorsc. behoirt tot Loen gelegen etc. te hebben en te besitten etc. so langhe sij beyde leven solen etc. End wij lantcommenduer commenduer en gheimen bruders des huys der ballien van Tricht voirsc. hebben ons amptz onss ballien ende onss huys van Tricht segelen etc.; op ten vierentwyntichsten dach der maent van novembri, int iair, ons heren dusent vierhondert tweendertich.

479. Diederich erzbischof von Cöln belehnt den landcomthur von Biesen Diederich von Beckenhausen mit der herrlichkeit Gruytrode. Linn, 1435 oct. 20.

Wir Diederich von goits gnaden der heiliger kirchen zo Colne ertzbischoff des heiligen Roymischen rychs in Italien ertz-canceller hertzoug zo Westfalen ind zo Engeren etc. doin kont ind bekennen dat wir hude dat. dis brieffs in entgeenwerdicheit unss manne herna geschreve den eirberen broder Diederich van Becgenhusen comptuyr der ballien van den Biessen dutzschen ordens beleent han ind beleenen overmitz diesen brieff mit dem sloss Gruytrode ind alle syme zogehoire, so wie dat van uns ind unsen gestichte van Colne zo leene rourende is ind die comptuyre der vursc. ballien van uns ind unsem gestichte zo entfangen ind zo leene zo dragen plegen, dat wilne broder Ywain van Cortenbach comptuyr der vursc. balien van unss ind unsem gestichte zo leene entfangen ind gehalden hait; ind han auch gewoenliche huldunge ind eyde van dem vursc. broider Diederich entfangen, dat vursc. unse leene getruwelichen zo verdienen ind zo vermannen, unse unss nakomen ind gestichts beste zo werven ind argiste zo keren ind zo warnen na alle synre macht, ind vort van syne ind synre ballyen vursc. wegen zo doin as eyn man syme heren schuldich is ain argelist; behelt-niss uns unss nakomen etc. ind iederman syns rechten darane. Geg. ind beleent zo Lynne, in den iaren uns heren dusent vierhondert ind vunff ind dryssich, up der heiligen eilffdusent maegde avent. Her over ind ane synt geweist unse lieve reede ind getruwe Johann van Eynenberg heren zo Lantzkrone ind Arnt van Breempt.

480. Diederich erzbischof von Cöln stellt nachträglich urkunde aus über seine genehmigung des verkaufs von Gruytrode an den deutschen orden. Bergheim, 1439 nov. 27.

T. archiepiscopus Colonien. Westfalie et Angarie dux etc.  
 Wir doin kont ind bekennen dat wilne der edell unse lieve  
 neve rait ind getruwe Johan van Loen herre zu Heynsberg mit  
 unsen willen ind consente wilne dem eirberen broder Ywan  
 van Kurtenbach lantcomptuyre der ballyen van den Biessen ind  
 der selver ballien verkouft hait Grutroide mit synem zogehore  
 dat unsse ind unss gestichts leene is, ind hait derselve unse  
 neve uns dat leene upgegeven ind gebeden dat wir den vursc.  
 broder Ywan ind syne nakomen comptuyre der vursc. ballien  
 damit beleenen willen, dat wir ouch also gedain hain; urkonde  
 uns sig. heran gedruckt. Geg. zu Berchem, des neisten frydag  
 na sent Kathrynen dag, in den iaren uns heren dusent vier-  
 hondert ind nuyn ind dryssich.

481. Johann bischop von Lüttich genehmigt den verkauf von  
 Gruytrode an den deutschen orden. Curmingen, 1439  
 dec. 12.

Johan bider genaden goids busscop van Luydich hertoge  
 van Balion ind greve tot Loen saluit. Wij doin te weten, want  
 die edel ons here ind vader Johan van Loen here tot Heyns-  
 berch zeliger gedenckenisse mit rijpen raide ind voirsadt wett-  
 lich vercocht ind overgegeven heeft den erbaren heren Ywan  
 walne van Cortenbach, lantkomendur der balien van den Bies-  
 sen duytsche ordens in der tijt du he leefde, als in name tot  
 orbar ind in behueff der selver balien ind des heilgen duytschen  
 ordens, die heerlicheyde van Gruytroede, in den lande van Loen  
 gelegen mit den huyse lande lude ind allet dat tot ter selver  
 heerlicheyt behoirende is, so wie die genoempt off gelegen  
 moegen sijn, in alle der vuegen ind manieren als die edel Goe-  
 dart van Cyney onsse oeme walne zeliger gedechte die selve  
 heerlicheit huys lande ind lude te halden ind te besitten plach,  
 gelijc der heutbrieff van den vursc. coupe darop gemackt ind  
 besiegelt dat clairlich inhelt ind begrippt: also ist dat wij alle  
 alsulge vurwerden ind coupe als dieselbe ons here ind vader  
 walne zeliger mit der vurg. heerlicheide lande ind lude van

Gruytrade gedoin heeft, an alle der maeten als die geschiet sijn nae inhalt des vursc. heutbriefs dairop sprekende, geconsentiert belieft ind gewilcort hebben consentieren believen ind wilcoren overmids desen onsen openen brieve; ind overgheven den erbaren heren Diederich van Begeghuysen lantkomendur der balien van den Biessen vursc. als tot behueff der selver balien ind des heilgen duytschen ordens om goids wille alle alsullich rechte voirderinge ind ansproke als wij tot ter vursc. heerlicheyde lande ind lude mit allen hoiren tubehoerten op datum dis briefs hadden off hebben moegen, van wat saken dat wesen muechte, nyet darvan uytgescheiden; ind believen den vursc. heutbrieff mit den coup dairin genoempt mit allen den rechte dat dairtu dienen mach. Des tot orconde hebben wij onssen segele ain desen brieve doin hangen. Gegeven in onssen hoeve van Curningen, op ten twelfden dach der maent decembri, int ioire der gebuerde ons heren duysent vierhondert ind noegenendertich.

482. Pröbstin und kapitel von Nivelles bewilligen dass ihre abtissin genannte güter in Deutschland [an den deutschen orden] verkaufe. 1526 aug. 27.

Nos preposita decanus et capitulum ecclesie secularis et collegiate beate Gertrudis oppidi Nivellensis Leodien. dioc. omnibus etc. salutem in domino. Notum facimus quod nos die infrascripto capitulariter sub iuramento etc. rev. domine Margarethe de Noyelle abbatisse Nivellen. congregati rogati sumus ut consentiremus in venditionem et alienationem bonorum que ratione abbatialitatis possidet in Germania in locis et dominii de Spredelingen Oudehoven Onchelbacg Nederdorff cum omnibus iuribus dominii et emolumenis illinc descendantibus, hoc iure et conditione tantum quod denarios ex dictorum dominiorum vel bonorum Germanicorum venditione procedentes impenderet in emptionem dominii et feudi de Rougnon etc. Nos igitur his omnibus diligenter excussis etc. concessimus et concedimus predite reverende domine Margarete de Noyelle potestatem atque licentiam vendendi et alienandi cuncta que ratione sue abbatis dignitatis in locis Germanie supradictis possidet etc., his conditionibus quod denariis ex huiusmodi cessione venditione

et alienatione procedentibus etc. ad emptionem feudi de Roug-  
non iu utilitatem et commodum abbatialitatis etc. Volumus  
preterea dictam dominam et succedentes, si forsitan dux Bra-  
bantie pecuniam pro emptione feudi expositam refunderet, pol-  
liceri et sancte iurare sese illam in maximum profectum pre-  
dicte sue abbatialitatis insumere velle de consilio preposite de-  
cani totiusque capituli. Huius nostre permissionis et concessionis  
litteras etc. concessimus etc. Actum in nostro loco capitulari  
servatis solitis consuetudinibus et solennitatibus, anno domini  
millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, XXVII<sup>a</sup> augusti.

## N a c h t r a g.

483. Conrad erwählter römischer König schenkt dem deut-  
schen Orden auf die Bitte des Hochmeisters Gerhard das  
Patronat der Kirche in der Neustadt Mühlhausen. Rothen-  
burg, 1243 April.

Conradus divi Augusti Imperatoris Frederici filius dei gra-  
cia Romanorum in regem electus semper Augustus et heres  
regni Jerusalem. Licet maiestas regia cunctarum ecclesiarum  
commoditatibus teneatur intendere, tamen devotis eorum meritis  
exigentibus in favorem fratrum hospitalis Sancte Marie domus  
Theutonicorum in Jerusalem tenemur specialiter ad incremen-  
tum sue domui utpote que divorum progenitorum nostrorum  
memorialis est plantula et que eisdem et nobis adhesit semper  
fideliter et constanter. Hac siquidem ratione per presens scrip-  
tum notum esse volumus tam presentibus quam futuris quod  
nos ad preces fratris G. venerabilis magistri predicte domus  
auctoritate domini et patris nostri et nostra ius patronatus  
ecclesie Nove civitatis apud Molhusen ad honorem dei et sue  
matris gloriose dicto hospitali contulimus pleno iure, ita vide-  
licet ut cum primo vacaverit fratres eiusdem hospitalis eandem  
ecclesiam officiare valeant in spiritualibus iuxta modum quem  
in ecclesia Antiquae civitatis hactenus servaverunt, decimas au-  
tem et proventus cum aliis obvencionibus eiusdem ecclesie ad

usus suos recipient et convertant. Ut igitur hec nostra collacio  
rata permaneat et inconvulsa presentes litteras fieri fecimus et  
sigillo nostre celsitudinis roborari. Actum apud Rotenberc, anno  
dominice incarnationis millesimo ducentesimo quadragesimo ter-  
cio, mense aprilis, prime indictionis.

484. Robert herr von Aisse schenkt dem deutschordensspital  
zu Luxemburg alle seine güter und berechtigungen zu  
Viler. 1249 apr. 14.

Ego Robertus dominus de Aisse notum facio presentibus  
et futuris quod ego pro remedio anime mee et Henrici filii  
mei quicquid habeo apud Vilerium et de iure habere possum  
et heredes mei habere possunt in omnibus redditibus banno et  
iusticia et proventibus universis, excepto dominio turris eiusdem  
loci, hospitali sancte Elisabet in Luceleborch quod hospitale  
est de magistratu et protectione fratrum domus Teutonice. Et  
ut predicta pacifice possideant infuturum dicti fratres, presen-  
tes litteras fratribus dicti hospitalis sigillo meo et sigillo illus-  
tris viri comitis de Luceleborch dedi roboratas. Datum anno  
domini M.CC. quadragesimo nono, quarta feria proxima post  
oct. pasce.

485. Adam scholaster von sankt Servatius und G. cantor von  
sankt Marien zu Mastricht entscheiden in der streitsache  
zwischen dem deutschen haus zu Lüttich und Friedrich  
von Limburg pfarrer zu Beek dass ersterm das was es  
bisher vom novalzehnten zu Beek bezogen verbleiben  
für die folge aber der zehnte letzterm gehören soll.  
1261 mai 27.

In nomine domini amen. Nos Adam sancti Servatii scolas-  
ticus et G. sancte Marie cantor ecclesiarum in Traiecto Leod.  
dioc. Cum super causa que vertebatur inter commendatorem  
et fratres domus hospitalis Theutonice Leodien. ex una parte  
et dominum Fredericum de Lemborg investitum de Beke ex  
altera super quibusdam decimis novalium infra parrochiam eius-  
dem ecclesie iacentium, in nos fuerit compromissum sub certa  
forma et pena sicut in litteris super hoc confectis plenius con-  
tinetur: nos rationibus et allegacionibus partium auditis et die  
demum ad ordinandum et determinandum prefixa videlicet  
quinta feria proxima post oct. beati Servatii de consensu par-

tium ordinamus quod predictus Fredericus quitos clamet et liberos prenotatos commendatorem et fratres ab omni eo quod ex parte eorum in antedicta decima novalium de Beke usque ad tempora ista est acceptum, eandem decimam novalium prenotato investito ac ipsi ecclesie de Beke sententialiter adiudicando. Ordinamus eciam quod predictus commendator ac fratres domus sue eandem decimam novalium ab ipso investito ad duodecim continuos annos in pensione teneat pro quinque maldris annone pagabilis et masure consuete, cuius medietas erit siliquo et alia medietas avena, singulis anniis in festo beati Andree ipsi investito apud Beke persolvendis. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillorum nostrorum munimine duximus roborandas. Actum et datum anno domini M.CC.LX. primo, feria quinta supradicta.

486. Mathias von Frankfurt landcomthur und Friedrich von Papenhofen comthur zu Biesen überweisen dem probst zu Meersen als ersatz für 28 zinspflichtige bunner ackerland eine gleiche anzahl von ihrem hof zu Geleen. 1271 iuni 9.

Universis etc. A. prepositus et monachi curie de Mersene, frater Math. de Franchevort commendator domus sancte Marie Theuth. in partibus inferioribus, frater Theodericus de Papenhoven commendator domus de Juncis ceterique fratres eiusdem domus in domino salutem etc. Noverit universitas vestra quod cum discordia verteretur inter nos A. prepositum et monachos predictos ex una parte et nos fratres Math. et alios confratres nostros predictos ex altera super quadam alienatione a nobis commendatore et fratribus domus de Juncis seu antecessoribus nostris facta in preiudicium et gravamen dictorum prepositi et monachorum, alienando scilicet viginti et octo bonuarria terre arabilis que ab ipsis preposito et monachis predicti commendator et fratres domus de Juncis sub censu annuo tenebamus, sita in alladio beati Remigii apud villam de Beke in loco qui dicitur Stocke iuxta silvam communitatis que Grate nuncupatur: tandem comperta super alienatione iniuriosa huiusmodi veritate iniimus et per presentes litteras miisse profitemur adinvicem conventionem et permutationem in hunc modum,

quod pro alienatione predicta quam nos prepositus et monachi ratam habemus, nos commendatores et fratres predicti domus de Juncis assignavimus et per presentes assignamus eisdem preposito et monachis curiam nostram in Ghelene et terras nostras iacentes in allodio nostro ante curiam ipsam scilicet usque ad viginti quinque bonuaria terre adeo liberas et absolutas et sub eo iure a dictis preposito et monachis habendas et possidendas sicut habuerunt et habere debuerunt bona predicta ut dictum est alienata; ita quod per defectum trium bon. de dictis viginti et octo bon. dicta est curia assignata etc. Premisis interfuerunt Godefridus miles advocatus de Valkenborg, Godefridus villicus de Beke, Gerardus dictus Gans, Arnulvus de Gheverich, Willelmus Scermus, Renerus de Haustehegen, Johannes frater Godefridi sculteti, Andreas de Printhaggen et Andreas Scrifart, scabini curie de Beke, et alii quamplures etc. Datum anno domini M.CC. septuagesimo primo, feria tercia post dominicam Factus est dominus.

487. Mechtild gräfin von Saarbrücken bestätigt den deutschordensbrüdern in Lothringen die schenkung des allods zu Hanewilre und Yfversingen seitens ihrer schwester Lorata und schenkt ihnen das weiderecht in ihrem gebiet. 1272 april!

Methildis comitissa Sarepontensis. Omnibus etc. notum esse volumus quod donationem quam pie recordationis L. soror nostra quondam comitissa Sareponten. fecit religiosis viris . . commendatori et fratribus domus Theuton. in Lottoringia de allodio suo apud Hanewilre et Yfversingen cum hominibus in dicto allodio habitantibus et omnibus aliis suis attinenciis ratam et firmam habemus et ipsam approbamus. Preterea concedimus et donamus dictis fratribus quod animalia eorum per nostrum districtum eant et pascentur secundum quod hucusque iverunt et pascebantur dummodo nulli in blado aliquod detrimentum faciant; quod si fecerunt volumus quod emendent secundum consuetudinem terre. In cuius rei testimonium presentibus sigillum nostrum apponi fecimus. Actum et datum anno domini M.CC.LXX. secundo, mense aprilii.

488. Sueder von Alpen beurkundet dass sein bruder Heinrich seine allodialberechtigung an 30 morgen land zu Her-

mülheim dem deutschen haus zu Köln übertragen. 1274  
iuni.

Universis presentes litteras visuris. Ego Suederus germanus quondam Henrici domini de Alpheym legitimus tutor Arnoldi nunc domini de Alpheym heredis legitimi predicti Henrici ad perpetuam rei memoriam. Notum facio quod cum predictus Henricus quondam dominus de Alpheym et Cunegundis eius uxor legitima defuncti bona quedam videlicet triginta iurnales terre arabilis cum area attinente, sita in villa que Rizemulenheim vulgariter appellatur, quæ Godescalcus burgvoith de transreno et sui fratres a predicto Henrico patre ipsius Arnoldi quondam domino de Alpheym iure homagii tenebant in feodium, a se ius homagii cum ipso homagio penitus abdicando et dominio quod dicta ratione in eisdem bonis habebant vel habere videbantur cedendo et absolute ac libere resignando, communi manu religiosis viris . . commendatori et fratribus domus Theutonice sancte Katerine in Colonia libera et propria ficerint et allodium cum dominio dictorum bonorum in ipsos commendatorem et fratres transtulerint tenenda et possidenda in perpetuum pleno iure, utpote etiam a predictis Godescalco burgvoith et suis fratribus iusto emptionis titulo comparata, atque renunciaverint et effestucaverint iuri homagii huiusmodi dominio et allodio et omni iuri quod in predictis bonis habuerunt vel habere videbantur aut quod eis aliquatenus competit, receperitis propter hoc decem et septem marcis Colonien. denariorum a commendatore et fratribus memoratis numeratis traditis et solutis que in usus predicti Arnoldi nunc domini de Alpheym necessarios sunt converse: ego sciens premissa vera esse et ea in presencia bonorum et mea modo predicto sic acta esse et ne super hiis quia parentes predicti Arnoldi viam universe carnis sunt ingressi, predictis . . commendatori et fratribus in posterum aliquod scrupulum oriri posset vel impedimentum ab aliquo prestari aut preiudicium generari, attendens utilitatem predicti Arnoldi minoris nunc domini de Alpheym que sibi est per dictam pecuniam procurata, quod in hac parte et in premissis per parentes predicti Arnoldi communi manu factum est commendatori et fratribus memoratis super iure homagii et ipso homagio dominio et allodio predictorum bonorum ratum

et gratum habens et nomine ipsius Arnoldi minoris cuius sum tutor legitimus ut est predictum ratificans auctoritate plenissima confirmo. Preterea idem Arnoldus promisit et ego nomine eiusdem promitto quod contra premissa per nos nec per alios nullo unquam tempore veniemus aliquo ingenio sive causa. Et renunciat idem Arnoldus et ego nomine suo renuncio dominio allodio etc. In cuius rei testimonium etc. tam ego Suederus meum quam Arnoldus predictus nunc dominus de Alpheym suum pro me sigilla presentibus litteris duximus apponenda, necnon sigilla nobilis viri Th. de Morse et Gerardi dicti Rovere de Nussia dapiferi domini nostri Eng. Colonien. archiepiscopi ad maiorem fidem etc. rogavimus hiis apponi. Huius rei testes sunt qui interfuerunt Th. de Morse, Fridericus frater eius et Gerardus Rovere predicti, Gerardus de Vrimersheim miles, Henricus de Bodberg, Alexander et Wernerus de Linepe, Arnoldus dictus Bobbe, Petrus plebanus de Beirt, Ludewicus de Alpheym et multi alii probi viri. Nos vero vir nobilis Th. de Morse etc. Ego etiam Arnoldus iamdictus quia sum minor annis ea que gesta sunt de auctoritate Suederi avunculi tutoris mei legitimi supradicti rata habens et grata et in hiis utilitatem meam factam esse recognoscens promitto etc. Datum anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo quarto, mense iunio.

489. Die abtissin von Neuss beurkundet dass Albert von Traar gewisse von ihr lehnruhrige gütter unter vorbehalt ihrer rechte dem deutschen orden geschenkt. 1276 iuni.

Universis etc. nos dei gratia abbatissa ecclesie Nussien. ordinis sancti Benedicti notum facimus, quod cum Albertus miles de Are et Aleydis legitima uxor eius ex instinctu divino ordini fratrum Theutonicorum sancte Marie Jerosolimit. reddiderunt se et sua et propter hoc iidem etc. in nostra et aliorum proborum presencia constituti bona eorum que quondam fuerunt Everhardi de Kalriforst, sita apud Are, que erga eundem Everhardum iusto emptionis titulo comparaverunt, spectancia in curtim nostram dictam Langinseyt et a nobis movencia, resignarunt libere et supraportarunt nobis etc. ad usus et utilitatem religiosorum virorum commendatoris et fratrum domus dicti ordinis in Confluencia: nos vero recepta libera resignacione etc.\*)

\*) Wie in der urkunde nr. 238.

eadem bona etc. predictis commendatori et fratribus etc. concessimus et concedimus etc. cum omni integritate et onere quo predicti Albertus et eius uxor ipsa bona a nobis tenuerunt etc. Actum et datum anno domini M.CC. septuagesimo sexto, mense iunio.

490. Nicolaus von Horn landcomthur in Niederland verpachtet mit zustimmung der ordensbrüder von Geleen auf zehn iahre 13 $\frac{1}{2}$  brunner land zu Niederbeck. 1278 dec.

Universis etc. frater Nycholaus dictus de Horne preceptor seu commendator domus Theutonicorum partium inferiorum salutem cum noticia veritatis. Noyeritis quod nos de voluntate et consensu confratrum nostrorum de Glene locavimus seu concessimus ad decem annos terre nostre arabilis decem et quatuor bonnaria minus dimidio bonnario sita in Neyderbeke Theoderico quondam filio Willelmi de Porta possidenda pro octo modiis silihinis mensure Traiectensis solubilis et legalis in dicti Th. laboribus et expensis semper in festo beati Andree apostoli nobis in domo nostra de Glene nomine pensionis annis singulis persolvendis; tali quidem conditione quod si dictus Th. dictam pensionem dicto die beati Andree plenarie nobis et domui de Glene non persolveret, ipsum extunc a dicta terra seu bonis amovendi et expellendi plenariam habebimus potestatem. Nichilominus tamen predictam pensionem cum integritate prefatus Th. in anno illo quo a dictis bonis absolvitur et amovetur nobis persolvet sive plenarie satisfaciet de eodem. Pro omnibus conventionibus sive conditionibus et ordinationibus premissis inviolabiliter et firmiter observandis sepedictus Th. nobis constituit fideiussores scilicet Theodericum dictum van Stocken, Willelmum de Neyderbeke,, Johannem et Alardum fratres dicti Willelmi et Petrum quondam filium Mychaelis. Nos vero fideiussores etc. Testes eciam interfuerunt omnibus conventionibus etc. qui quasi omnes sunt mansionarii seu homines censuales, videlicet dominus Jacobus plebanus de Beke, Willemus dictus Kelremus, Alardus superius nominatus etc. Nos frater N. commendator predictus presentibus litteris sigillum nostrum una cum sigillo domini Jacobi plebani de Beke antedicti duximus apponendum. Datum mense decembri, anno domini M.CC.LXX octavo.

491. Das deutsche haus zu Cöln überlässt den eheleuten Gerard und Gertrud zwei häuser in der Weberstrasse in erbpacht. 1280 aug. 9.

Universis etc. commendator et fratres domus Theuth. sancte Katerine in Colonia salutem etc. Universitati vestre notum esse volumus quod nos utiliora nostra considerantes unanimi consensu etc. duas domos nostras lapideas sitas in platea dicta Weyverstrassen, unam videlicet dictam de Sleyden et aliam sibi immediate contiguam ex parte superiori versus ecclesiam sancti Johannis, concessimus Gerardo et uxori sue Gertrudi eorumque heredibus sive successoribus pro certo censu iure hereditario possidendas, ita quod dabunt et persolvent nobis singulis annis tres marcas Colon. den. de predictis domibus nomine census videlicet decem et octo sol. in festo pasche vel postea infra quatuor septimanas sine aliqua captione et residuos decem et octo sol. in festo beati Gereonis vel postea infra [quatuor] septimanas. Preterea solvent quinque den. et obulum de dictis domibus singulis annis ad censem dictum hovezins pueris de Bremth et eorum successoribus. Et si Gerardus et eius uxor vel eorum heredes sive successores in huiusmodi solutione inventi fuerint negligentes, dicte domus ad nos libere reverterentur nec ipsi quidquam iuris ex hac concessione in eisdem domibus sibi poterint vendicare. Et sciendum est quod nos nichil edificabimus seu edificari permittemus in aliis domibus nostris circumsitis quod possit obstruere lumen ipsius domus de Sleyde vel eiusdem domus attinentia valeat aliquatenus impedire. Et eciam siendum est quod ortus iacens inter duo instrumenta dicta vulgariter ramen etc. spectat ad domum istarum superiorem etc. In cuius rei testimonium etc. sigillo nostro sigillavimus etc. Actum et datum anno domini M.CC.LXXX., in vigilia beati Laurencii.

492. Walram herr von Falkenburg entlässt vier bunner und einen morgen ackerland die Daniel von Stuckin dem deutschen orden verkauft hat aus dem lehnsverband. 1280.

Nos dominus Walramus dictus de Valkenburg omnibus etc. notum esse cupimus quod nos consilio prehabito quatuor bonuaria et unum iurnale terre arabilis de bonis que dicuntur quondam fuisse cuiusdam Bangin sita in inferiori Becke que a manu nostra tenuit Theodericus de Stuckin in feodo libera

fore decrevimus et ab omni iure servili penitus absoluta. Pro quibus bonis idem Th. nobis alia bona resignans obtulit de allodio suo mero; que vero bona ipse Th. de manu nostra recepit in feodo pro compensatione aliorum bonorum a nobis antea habitorum. Et quidem idem Th. quatūor bon. et unum iurnale terre arabilis prescripte fratribus de domo Theutonica vendidit pro certa summa pecunie; quam terram arabilem prefatus Th. recepit in pensionem hereditarie a fratribus memoratis pro duobus modiis silihinis in nativitate beati Johannis baptiste annis singulis persolvendis et in curia eorundem fratum de Oglene laboribus et vecturis propriis adducendis. Quod si vero Th. prehabitus in solutione pensionis premissae in die prefixa negligens extiterit prescripta bona cum omni iure ad dictos fratres integraliter devolventur. In cuius rei testimonium nos dominus de Valkenburg predictus presentem litteram sigilli nostri munimine duximus roborandam. Actum et datum anno domini M.CC. octogesimo.

493. Diederich von Heinsberg allodifizirt zu gunsten des deutschen hauses zu Biesen den zehnten bei Beek. 1282  
aug. 1.

Nos Theodericus dominus de Henisberg universis etc. cumpius esse notum etc. quod nos ob remedium anime nostre et ob favorem fratrum domus Theutonice in Juncis decimam quandam sitam in territorio ville de Beke venditam eisdem fratribus legitime, quam quidem decimam Henricus dictus Hane a nobis in feodo habuerat, predictis fratribus de Juncis allodiamus et pro allodio damus et concedimus iure perpetuo pacifice possidendum; renunciantes omni iuri quod nobis in dicta decima competebat aut competere posset in posterum ex premissis. Huic. autem collationi interfuerunt homines nostri et milites, Sthephanus de Orsbeke, Godefridus dictus Luscus et Giselbertus frater eiusdem et quamplures alii fide digni. In cuius rei testimonium etc. sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum. Datum anno domini M. ducentesimo octogesimo secundo, ad vincula beati Petri.

494. Johann von Grasbeck gemahlin Diederich's von Heinsberg genehmigt vorstehende schenkung des allodialrechts eines zehnten zu Beck. 1285 apr. 25.

Universis etc. Johanna de Grasbeke domina de Heinsberg salutem in omnium salvatore. Noveritis universi, de nostro consensu processisse et voluntate libera quod dominus et maritus noster Theodericus dominus de Heinsberg decimam quandam sitam in territorio de Beke quam ab ipso tenuit Henricus dictus Hane sub iure bonorum feodalium nunc vero venditam ab eodem Henrico fratribus domus Theutonice in Bissen, contulit in allodium dictis fratribus, ius feodi eiusdem decime in usus eorundem fratrum permutans et transferens in ius allodii, ab ipsis fratribus ratione eiusdem allodii hereditarie et in perpetuum possidendam. Dictam itaque permutationem feodi et eandem donationem a domino nostro dictis fratribus factam ratam et firmam habemus irrevocabiliter consensum nostrum super ipsis libere tribuentes. Renunciamus eciam ad opus sepedictorum fratrum omni iuri quod in dicto feodo et eadem decima habebamus. In cuius rei testimonium et robur sigillum nostrum etc. litteris presentibus duximus apponendum. Datum anno domini M.CC.LXXX. quinto, in festo beati Marchi ewangeliste.

495. Gottfried von Scherrewiere bürger zu Mastricht schenkt dem deutschen haus zu Biesen all seine bewegliche habe wobei Diederich von Wevelinghofen statthalter in Niederland ihn und seine frau in die gemeinschaft des ordens aufnimmt. 1287 oct. 25.

Universis etc. Godefridus dictus de Mosa, Godefridus filius Floirmanni, Floirmannus filius Goswini dicti Rufi et Henricus filius domine Sibe, scabini Traiectenses, salutem etc. Noveritis universi quod constitutus in nostra presencia Godefridus de Scherrewiere opidanus Traiectensis iacens in lecto suo sed bene compos mentis sue per omnia de consensu et voluntate uxoris sue domine Wendelmidis omnia bona sua mobilia, tam in parata pecunia blado in pensionibus in debitis et rebus aliis ubicunque et apud quemcunque ea habuerit, fratribus hospitalis sancte Marie domus Theutonice in Bissen in puram simpliciter elemosinam contulit et donavit donatione perfecta inter vivos ipsosque fratres coram nobis in dominium et corporalem possessionem eorundem bonorum mobilium induxit, ad subsidium terre sancte libere possidenda; ita videlicet quod iidem fratres

legata ipsius Godefridi in litteris testamenti sui conscripta legatariis suis plene persolvent et integre; et dabunt ipsi fratres eidem Godefrido de dictis bonis quinquaginta marcas Leodien-sis monete, convertendas quandocunque ipsi Godefrido placuerit et ad iniusta sua et debita persolvendas si qua fuerint; et pro hiis quinquaginta marcis et pro solutione legatorum pre-fati testamenti iidem fratres ab omni impetitione et calumpnia que ipsis causa debitorum et pro iniustis predictis ipsius Go-defridi possent oriri in posterum quiti erunt liberi penitus et soluti. Insuper comparabunt dicti fratres redditus viginti marcarum eiusdem monete de dictis bonis; quas quidem viginti marcas eidem Godefrido et uxori sue predicte ratione annualis pensionis anno quolibet quoad vitam suam de domo predicta de Bissen tenebuntur persolvere, dimidietatem scilicet in festo beati Andree apostoli et residuum in festo nativitatis domini proxime subsequenti; et sub tali conditione quod una persona ex ipsis Godefrido et uxore sua predicta sublata de medio superstes ipsam pensionem annuatim quoad vixerit in dictis terminis totam optinebit et integrum; qua viam universe carnis ingressa supradicti fratres a persolutione pensionis huiusmodi solutos se tenebunt et per omnia decetero erunt quiti. Ceterum sepediti Godefridus et uxor eius Wendelmudis petiverunt et requisiverunt a fratre Theoderico de Wivelenchoven ordinis domus Theutonice predicte, vices gerente commendatoris eiusdem ordinis in partibus inferioribus, se recipi in collegium et semifraternitatem ordinis dicte domus de Bissen; et ipse frater Theodericus pietate motus ipsum Godefridum in semifratrem ipsius ordinis et domus Theutonice et uxorem eius Wendelmu-dem predictam in sororem eiusdem domus recepit coram nobis. Et idem eciam frater Theodericus ad petitionem dicti Godefridi Johannem dictum de Scherrewiere famulum suum in semi-fratrem domus predicte recepit humiliter et benigne. Promiserunt eciam simpliciter coram nobis ipse Godefridus et uxor eius memorata quod omnia bona sua mobilia que tunc habebant seu habere in posterum poterunt et que sibi supra suos usus necessarios excreverint in utilitatem eorundem fratrum convertent, sed sine consensu et voluntate commendatoris dicte domus de Bissen eadem bona alienare dando vel legando ab eorum ordine

non valebunt. Acta sunt hec coram nobis scabinis ad hoc vocatis et ubi nobiscum presentes fuerunt frater Symon de Einenberg et frater Johannes de Attenhoven de ordine fratrum minorum, dominus Lambertus de duobus montibus et dominus Lambertus dictus Graviart milites, frater Theodericus de Wivelchenhoven predictus, frater Thomas sacerdos et frater Goswinus de ordine eiusdem domus Theutonicae et plures alii fidelidigni. In cuius rei testimonium nos scabini ad petitionem dictorum fratrum de Bissen, ipsius Godefridi et uxoris sue predice sigilla nostra litteris presentibus apposuimus. Et nos Lambertus de duobus montibus et Lambertus dictus Graviart milites predicti etc. Datum anno domini M.CC.LXXX septimo, sabbato ante festum beatorum Symonis et Jude apostolorum.

496. Albert kaplan zu Lüttich weist den bruder Wilhelm Brusten deutschordenspfarrer in sankt Andreas zu Lüttich in den besitz von 3 bunner ackerland ein. 1290.

Universis etc. Albertus capellanus altaris cripte in ecclesia sancti Lamberti Leod. salutem etc. Noveritis quod ego fratrem Willelmum dictum de Brusten investitum ecclesie sancti Andree Leod. ordinis Theutonicorum nomine et ad opus virorum religiosorum . . commendatoris et fratrum de Juncis dicti ordinis Theutonicorum investivi et adheredavi in tribus bonuariis terre arabilis iacentis in territorio de Niel et a dicto altari meo descendensis et moventis, sub annuo censu trium copetorum capellano dicti altaris singulis annis solvendorum; et ipsam investituram idem frater W. nomine et ad opus dictorum religiosorum a me recepit et habuit cum sollempnitatibus in investituris debitis et consuetis; presentibus . . Gilardo de cambiis cive Leod., Willelmo dicto Stocket clero et quampluribus aliis mansionariis dicti altaris. In cuius rei testimonium presentibus litteris sigillum meum est appensum. Datum anno domini M.CC. nonagesimo.

497. Walwam und Christine von Flerzheim verkaufen dem deutschen haus zu Muffendorf und dem ritter Men 30 morgen bei Lannesdorf. 1291 sept. 24.

Nos Walewanus et Cristina de Vlerczheim coniuges notum facimus universis etc. quod nos bona nostra immobilia universa

et singula sita in villa Landesdorp et in confinio eiusdem ville videlicet triginta iurnales partim vinearum partim terre arabilis et partim nemoris, qui triginta iurnales lein vulgariter appellantur et sunt et fuerunt nostrum mere allodium, vendidimus et tradidimus . . fratribus domus Teutonice manentibus in villa Muffindorp et Henrico dicto Men de Landesdorp militi pro viginti et unum marcis denariorum Colonien. etc., ita quod dicti fratres et ipse Henricus bona predicta tamquam allodialia iure hereditario perpetuo habebunt et possidebunt pacifice et quiete etc. Testes autem subscripti videlicet Henricus Arnoldus Godeschalcus Conradus et Ludewicus qui sunt enitiote et hyemannii curtis nostre in villa Eckindorp premisso facto aderant, confitentes publice quod predicta bona nostra vendita sunt et fuerunt a tempore cuius non est memoria mere allodia nec ad aliquam curtem pertinencia. In quorum omnium etc. testimonium etc. presentem litteram dictis emptoribus sigillis honestorem viorum domini Thilmanni senioris et Thilmanni iunioris de Reymbagh militum dedimus communita. Et nos iamdicti milites etc. Datum et actum feria secunda post festum beati Mathei apostoli, anno domini millesimo CC. nonagesimo primo.

498. Ludwig und Johann von Kirkel verzichten auf die von ihren oheimen dem deutschen haus zu Trier geschenkten güter. 1294 märz 29.

Nos Ludowicus et Johannes domini de Kirkele notum facimus universis etc. quod cum dominus Gerardus de Beckinga et Jacobus canonicus ecclesie sancti Symeonis Treveren. fratres patrui nostri omnia bona sua et redditus suos que et quos tenent et habent in villis Beckinga et Paiten et in banno eaurundem villarum cum universis attinentiis eorundem bonorum et reddituum, consistentia in domibus hominibus exactionibus furnis molendinis silvis nemoribus aquis pascuis vineis pratis campis censibus iustitiis droituris vivariis et in aliis quibuscunque rebus etiam iuribus corporalibus et incorporalibus sive provenerint eis ex parte patris vel matris eorum seu iure emptionis permutationis vel alio quoconque titulo tenuerint et possederint usque in presentem diem et quicquid eis exnunc accesserit vet quoconque modo acquestaverint in dictis villis et banno

et universis eorum attinencis usque ad mortem ipsorum et nominatim grangiam de Commede sitam inter Beckinga et Paiten, grangiam de Hammital et grangiam de Luzellenberch cum omnibus agris agriculturis et ceteris appendiciis et pertinenciis earum sine aliqua retentione et exceptione pleno iure et dominio sicut hactenus dicta bona tenuerunt possiderunt et fructus de eis percepserunt pro salute animarum suarum viris religiosis . . fratribus domus Theutonice in Treveri in elemosinam donaverunt contulerunt donatione irrevocabili inter vivos pure propter deum perpetuo tenenda possidenda et habenda: nos huiusmodi donationem et collationem pro nobis etc. ratam et gratam habemus et eam presentibus approbanus et omni iuri quod habemus vel post mortem eorum nobis in dictis bonis et redditibus vendicare possemus de consuetudine vel de iure exnunc pro nobis etc. ex certa scientia renunciamus. Et si dicti patrui nostri de voluntate dictorum religiosorum remaneant in possessione seu quasi dictorum bonorum et reddituum usque ad mortem suam, arbitramur et volumus ut talis possessio post mortem eorum nobis aut nostris heredibus prodesse non possit et dictis religiosis obesse, ita quod nobis quicquam iuris occasione talis possessionis in omnibus predictis bonis et redditibus possemus vendicare; et recognoscimus quod predicti patrui nostri dicta bona et redditus cum universis attinentiis suis exnunc tenent et possident non nomine ipsorum sed nomine religiosorum predictorum; promittentes fide data et iuramento corporali quod nos neque heredes nostri vel successores predictos religiosos decetero in possessione dictorum bonorum et perceptione reddituum eorundem non inquietabimus nec molestabimus vel nostri heredes seu successores non inquietabunt vel molestabunt aliqua arte vel ingenio per nos vel alios directe vel indirecte publice vel occulte eciam quocumque acquisito colore. In cuius rei testimonium sigilla nostra duximus presentibus apponenda. Datum anno domini M.CC. nonagesimo quarto, in crastino dominice Letare Jerusalem.

499. Nesa wittwe Reinard's und ihre söhne verzichten auf alle ansprüche an die von Albert von Are dem deutschen orden geschenkte besitzung ter Straten. 1296 iuni 29.

Nos Wilhelmus dictus Proyte et Wilhelmus de Vrymershey mili tes necnon Th. dictus Tymart Gerardus Osterheym Cristianus Rave Gerardus Sprungh Gerardus Steynkop et Th. Pepirsac, iurati ut dicitur hyen curtis domini Reynardi quoniam in Asterlo bone memorie, universis notum esse volumus etc. quod domina Nesa relict a domini Reinardi Ysbrandus Reynardus et Rutgerus fratres filii eius Nesa soror eorum ac filius eius de bonis dictis ter Straten cum suis attinenciis, quondam Alberti de Are militis et Aleydis uxoris eius legitime bone memorie sed nunc commendatoris et fratribus domus Theutonice beate Marie in Confluencia, super quibus bonis dictus Ysbrandus dictos . . . commendator et fratres impetit ac molestavit, sponte bona ac libera voluntate renunciaverunt et effestucaverunt ore et manu in manus dictorum . . . commendatoris et fratribus domus Theutonice et de omni iure quo ad ipsos dicta bona pertinere videbantur, ea conditione expressa quod dicti . . . commendator et fratres solvent censem videlicet duos denarios legales in curtim Asterlo quolibet anno in decollatione beati Joannis baptiste, et faciet plenam warandiam ac perpetuam dictis . . . commendatori et fratribus de sepedictis bonis ipse Ysbrandus et omnes sibi in curte Asterlo iure hereditario sive dominio succedentes. In cuius rei testimonium nos Wilh. Proye et Wilh. de Vrymershey mili tes ad peticionem utriusque partis sigilla nostra etc. Et nos dicti hyen supranominati quia sigilla propria non habemus sub sigill. domini Wilh. Proye etc. Et huic renunciationi etc. interfuerunt Godefridus dictus Vlege, Gotzwinus dictus Proye, Gerardus scultetus de Asterlo et alii quamplures fidedigni. Datum in die beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno domini millessimo cc. nonagesimo sexto.

500. Paul von Uerdingen verkauft dem deutschen orden eine holzgewalt. 1296 sept. 3.

Nos Henricus de Loendunch Henricus dictus Kule Jacobus dictus Babe Th. dictus Ketelhoyt Hermannus Hubo Johannes de Enren Wilhelmus ter Lynden et Johannes dictus Karreman, scabini in Urdingen, universis etc. notum facimus quod Paulus filius Pauli de Urdingen bone memorie vendidit unum holtgewalt in nemore Nepe Kurtbrugh et in Dunga fratribus domus

Theutonice, quod habebat et tenebat de curte in Are cum quindecim iurnalibus terre arabilis pro annuo censu; et quod idem Paulus et uxor eius legitima cum omnibus suis heredibus resignaverunt et effestucaverunt ore ac manu de dicto holtgewalt in usus dictorum fratrum, tenore presencium protestamur; tali condicione quod dictus Paulus et omnes sui successores solvent eundem censem cum eodem iure de antedictis quindecim iurnalibus ac eodem tempore quem antea solvere consueverunt. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno domini M.CC. nonagesimo sexto, feria secunda post decollationem beati Johannis baptiste.

501. Pabst Bonifazius VIII. genehmigt die von erzbischof Conrad von Cöln dem deutschen orden gemachte schenkung des patronats zu Are. Rom, 1297 jan. 13.

Bonifacius episcopus etc. Dilectis filiis . . magistro et fratribus hospitalis sancte Marie Theutonicorum Jerosol. salutem etc. Cum a nobis petitur etc. Sane petitio vestra nobis exhibita continebat quod bone memorie Conradus archiepiscopus Coloniensis gerens ad hospitale vestrum specialis devotionis affectum ius patronatus quod habebat in ecclesia de Are Colonien. dioc., tunc ad eum ratione persone sue spectans, vobis et hospitali vestro pia ac provida liberalitate donavit prout in patentibus litteris inde confectis ipsius archiepiscopi sigillo munitis plenius dicitur contineri. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati quod super hoc ab eodem archiepiscopo pie ac provide factum est etc. confirmanus etc. Nulli ergo etc. Datum Rome apud sanctum Petrum, id. januar., pontificatus nostri anno tertio.

502. Walram herr von Montioie genehmigt dass Rütger von Esde dem deutschen haus zu Biesen drei beim ordenshof zu Obgleen gelegene bunner land abgetreten. 1297 nov. 17.

Universis etc. Walramus dominus de Monyoie et de Falckenborg salutem etc. Noveritis quod Rutgerus de Esde noster fidelis tria bonuaria terre arabilis que a nobis tenuit iure feodali fratribus domus Theutonice Bissensis, sita iuxta curtem eorundem apud Opglene, racione concambii contulit et assignavit; cui vero predicti fratres vice versa tria bonuaria terre

equa bona vel meliora predicto Rutgero in propinquiori loco  
curti sue sita reddiderunt seu restituerunt; et cum predictus  
Rutgerus per huiusmodi terram sibi restitutam defectum quem  
nobis fecerat in feodo quod a nobis tenet suppleverit protesta-  
mur per presentes quod predictum concambium factum volumus  
tenere ratum et firmum. In cuius rei testimonium ad petitionem  
partium predictarum presentibus sigillum nostrum duximus  
apponendum. Datum anno domini M.CC. nonagesimo septimo,  
in oct. beati Martini.

503. Heinrich von Hüchelhoven verkauft dem deutschen haus zu  
Muffendorf für 43 mark eine iährliche rente von 3 malter  
roggen 3 malter hafer und eine zweite von 4 sümmer roggen  
5 hühnern haftend auf gütern zu Liessem. 1300 ian. 11.

Universis etc. ego Henricus de Hugilhovin notum facio quod  
pensionem meam videlicet tria maldra siliginis et tria maldra  
avene mensure Bunnensis quam singulis annis michi quondam  
Lufridus miles de Lyzheim et nunc eius filie legitime videlicet  
Elisabet vel Beatrix Gertrud et Rigmudis sorores de curte sua  
in Lyzheim sita, que michi de feodo meo proprio quod a me  
optinent dicte curti attinente solvere consueverunt; item pen-  
sionem meam videlicet quatuor sumbrinos siliginis mensure pre-  
dicte et quinque pullos censuales, quam Rudegerus michi solvere  
consuevit ibidem de bonis suis scilicet de meo feodo annis sin-  
gulis, religiosis viris . . commendatori et fratribus domus Theu-  
tonice apud Muffindorp pro bonis liberis et exemptis vendidi  
pro quadraginta et tribus marcis bonorum usualium denariorum,  
pro marca qualibet duodecim solidis computatis, perpetuo te-  
nendam habendam et possidendam. Quibus pensionibus et iuri-  
bus quod in dicto feodo habui, ego in hiis scriptis simpliciter  
et pure renunio; recognoscens me dictam pecunie summam  
totaliter recepisse etc. In cuius rei testimonium et memoriam  
perpetuam sigillum nobilis viri Hermanni de Mulinarken una  
cum sigillo Jacobi fratris mei quia proprium non habeo ad  
preces meas presentibus est appensum; et nos Hermannus et  
Jacobus predicti etc. Datum et actum feria secunda post epi-  
phaniam domini, anno eiusdem M.CC. nonagesimo nono.

504. Eberhard bischof von Münster beurkundet dass Wessel  
von Lembeck dem deutschen haus zu Münster sein burg-

haus Visbeck verkauft, allodifizirt dasselbe und belehnt den verkäufer mit dessen bisherigem allodialhof Marcob.  
1301 märz 29.

Universis etc. Everhardus dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus salutem etc. Noveritis quod Wescelus de Lembeke famulus domum dictam Visbeke sitam in parochia Dulmene quam recognovit se coram nobis vendidisse rite et rationabiliter de consensu heredum suorum dilectis in Christo commendatori et fratribus domus beati Georgii Monasteriensis, et quam etiam a nobis et ab ecclesia nostra pro feudo castrensi in Dulmene hactenus tenuit, in manus nostras cum omnibus iuribus et pertinentiis ipsius domus prout iacet libere resignavit. Nos vero huiusmodi resignatione recepta et admissa dictam domum Visbeck cum attimentiis omnibus et proprietatem eiusdem que eyendohm appellatur vulgariter et que nobis et ecclesie nostre attinet et attinuit, in predictos commendatorem et fratres cum consensu capituli nostri transtulimus et transferimus perpetuo possidendum; recipientes ad idem ius proprietatem curtis dicte Marcob site in parochia Borcken cum attimentiis eius quam Wescelus de Lembecke predictus nobis et ecclesie notre resignavit titulo permutationis et etiam eandem a nobis et nostris successoribus pro castrensi feudo in Dulmen cum aliis bonis possidebit hereditarie et tenebit. Acta sunt hec presentibus Ludolpho de Rechede decano, Gerhardo de Monasterio cantore, Theoderico de Hernicgen Johanne de Sickenbecke Gerhardo de Boderick canoniciis etc.; Gerlaco de Beveren Henrico de Rodorpe Hermanno de Sconenbecke Hermanno de Daverenberge militibus; Johanne burchgravio in Rechede et Henrico dicto Vincke de Okenfelde famulis et aliis quam plurimis clericis et laicis fidel dignis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum una cum sigillo capituli nostri presentibus est appensum. Datum anno domini millesimo trecentesimo primo, feria quarta proxima post dominicam palmarum.

505. Walram herr von Bergheim und Imagina seine gemahlin schenken dem deutschen haus zu Cöln den zehnten von siebzig morgen auf dem eichholz im kirchspiel Neu rath. 1301 nov. 30.

Universis etc. nos Walramus dominus de Bercheym et

Ymagina uxor nostra legitima cupimus esse notum etc. quod nos unanimi consensu ac bona voluntate pro remedio animarum nostrarum et nostrorum progenitorum viris religiosis . . commendatori et fratribus hospitalis sancte Marie fratrum Theut. ad sanctam Katerinam in Colonia decimam nostram novalium de septuaginta iurnalibus sitis offeme Eychulze in parrochia de Nuinrode cum omni iure sicut possedimus in puram elemosinam et ut nostri memoria in vigilis missis et orationibus post obitum nostrum per fratres predictos fiat damus et tradimus dedisse et tradilisse per presentes libere et quiete in perpetuum possidendum; ita tamen ut prefati . . commendator et fratres nobis et nostris heredibus maldrum tritici Coloniensis mensure de dicta decima in festo sancti Remigii annis singulis imposterum ministrabunt. Item omnibus cupimus esse notum etc. quod nos et J. uxor nostra predicta nullum ius habemus nec unquam habuimus in curia et bonis fratrum predictorum in Gosinhoven sitis in nostro districtu necnon progenitores nostri unquam haberunt, ita quod nos nec antecessores nostri curiam et bona predicta per collectas sive angarias vel aliquo alio genere exactio- nis quocunque etiam nomine censeretur unquam gravavimus nec decetero gravemus, per que nobis vel nostris heredibus in ante aliud ius prescribere possemus in bonis prelibatis, sed predicti fratres curiam et bona predicta tam in ovibus suis pascendis quam in aliis iuribus suis utendis libere et pacifice semper possidebunt, exceptis quidem quatuor solidis et tribus denariis Colonien. pagamenti in festo predicto quos dicti fratres de bonis prehabitatis annis singulis nobis persolverunt et imposterum sine diminutione nobis ministrabunt. In cuius rei testimonium sigillis nostris ac sigillo nobilis viri domini Gerhardi comitis Juliacen. presentem litteram duximus communiri. Et nos G. comes Juliacen. predictus omnia predicta vera esse et nostrum consensum ad omni predicta adhibuisse et rata habere recognoscimus etc. Datum anno domini M.CCC. primo, in festo sancti Andree apostoli.

506. Die bürger von Saarburg schenken ihr spital wiederum dem deutschen hause. 1301 dec. 23.

Universis etc. nos scultetus scabinus iurati totaque com-

munitas burgensium opidi de Sarburg Meten. dyoc. notum esse cupimus quod viris religiosis venerabilibus et discretis . . commendatori et fratribus domus Theot. apud Sarburg unanimi favore consilio et consensu sufficienti et matura deliberatione prehabita redonavimus et redonamus per presentes hospitale infirmorum situm ultra Saram cum omni comprehensione circulari ipsius hospitalis neenon curie adiacentis cum horreo ac omnibus attinentiis prefati hospitalis sine aliqua exceptione quo-cumque nomine nuncupentur perpetuo possidendum et habendum pacifice et quiete eo modo quo ipsi . . commendator et fratres premissum hospitale possederunt habuerunt et inhabitarunt antequam se transtulissent de eodem hospitali ad curiam quondam Henrici Siberti felicis memorie nostri comburgensis. In cuius nostre redonationis predice testimonium etc. sigillum universitatis nostre presentibus est appensum. Datum anno domini M.CCC. primo, sabbato ante nativitatem domini.

507. Sweder von Vörde landcomthur von Westphalen belehnt den Heinrich Hüchtebrok mit dem hof Gartrop. 1403 nov. 26.

Wy her Sweder van Vorden lantcommendur to Westphalen bekennet operberlike vor allen luden dat wy hebbt belenet und belenen Hinrike Hüchtebroke mit deme hove to Gartorp in manne stad des nesten gudensdages na unser lyver vrouwen dage nativitas, also dat er unse man und unses huses to Welhem darvan geworden is und zal uns und unsern hus vorenant don als eyn man synen heren van rechte schuldich is to done. Hir weren over und an alze gekorne man die hir to geroepen worden als myt namen Maes de Rynssche, Bernd Kronen, Jordan van Depenbroke und ander guder lude genoch. To eyner merer vestnisse der warheyt zo hebbe wy her Sweder vorg. unses huses ingezegel to Welhem neden an dessen br. ff. don hangen. Gegheven in den iare unses heren dusent voerhundert dre, des andern dages na sünte Katherinen dag.

508. Engelbert Crevet landcomthur von Westphalen und comthur zu Mülheim belehnt den Hermann Grevenstein mit dem hof und der mühle zu Maveke. 1437 ian. 2.

Wy Engelbracht Crevet lantcumthur to Westphalen dutz-sches ordens cumthur des huses to Mollenheim bekennet openbare in dussem breve vur uns und vur alle unse nacomelinghe

dat wy hebt belent und belenen mit hand und munde Hermanne Greyvenstene, heren Hinriches sone dem got genade, mit dem hove und mit der mollen to Madewick und mit aller to-behoringhe und slachter nut; und loven eme, der vurgenant lenware allewege rechte warschop to donende in allen steden wi fakene und vele eme des noit und behoiff is also en here synen man to rechte waren soll sunder wedersprake und ane alle argelist. Huir waren over und ane in manstat geeschet dey ersamen her Albert van Hartorpe, Arend Elffenhues und Arend Schotte. Des to tuge der warheit so heb wy lanteumthur vurgenant vur uns und unse naconelinge des huses to sente Jürgene to Münster ingesegel neden an dussen breiff don hangen. Datum anno domini M.CCCC. tricesimo septimo, in crastino circumcisionis domini.

509. Heinrich Slingworm verkauft dem comthur zu Mülheim Wilhelm von Münster einen hof zu Armenholthausen und eine kottstätte zur Oistern Liet. 1441. nov. 23.

Ich Hinrich Slingworm bekenne etc. dat ich hebbe verkoftt unde verkope to eyme steden vasten ervekope eynen hoff gelegen to Armenholthusen den nu tor tijd underhevet Johan Landesbergh und dar to eyne kotstede to der Oystern lijd myt al eren rechten tobehoringen in holte in velde in torve in twige in water in weyde und myt aller slachter nud, so als ich den vorg. hoff und kotstede hadde offgekofft erffliken und ewe-liken van Heydenryke van Jeesschen na inholt und utwisinge des breves den my Heydenrijk dar upp gegeven hevet, deme ersamen heren Wilhelme van Munster nu tor tijd commendator to Mollenhem und holdere dusses breves myt synen willen, und hebbe eme dar upp ock overgeantwort den hovetbreff den my Heydenrijk vorg. uppe den koepp hoves und kotstede vorg.; so dat her Wilhelm eegenant effte holder dusses breves so vor-genant is des hoves und kotstede myt eren tobehoringen eyn recht war besitter is myt mynen gansen guten willen und vul-llen genoge gelick eren andern erffliken guden. Und ich Hin-rijck Slingworm vorg. und myne erven solen und wilt eme dus-ses kopes alle wege rechte stede vulle warschop don in allen steden und in allen rechten war eme des noet und behoff is sunder eren schaden. Unde to orkunde so hebb ich Hinrijck vorg. myn ingesegel an dussen breff gehangen vor my und myne

erven; und hebbe fort gebeden Hermanne Matenbeke rijchter dat he ock myt my dussen brieff besegelt hevit; des ich Hermann vorg. bekenne dat dusse koepp also vorgenant is vor my gescheyn is in gerichtes wise; und hebbe dusses to merer bekantnisse myn ingesegel umme bede willen beyder partye an dessen brieff gehangen. Hye weren over und anne Hinrijck Lettouwe und Gobel Kale und ander vromer lude genoch. Datum anno domini M.CCCC.XLI., ipso die Clementis pape.

510. Volpert Dobber knappe verkauft dem comthur zu Mülheim Diederich Stryck einen hof zu Armenholthausen. 1481 febr. 26.

Ick Gert Thonen ghesworen rychter tho Bedelike myns ghenedyghen leven heren van Collen do kundich allen luden bekenne und betuge oppenbaer in dussem breve dat vor my in eyme ghehegeden gherychte, dar yck stede und stoll myt ordel unde mit rechte besetten hedde, in antworde guder lude hijr na beschreven gekomen synt Volpert Dobber knape Johanna syn echte husfrowe unde Heynrick Dobber bastart unde vor-kofften unde upleyten aldar mit eren vorberaden vryer wullen vor syck unde vor al er erven eyns steden vasten erflic und ewyges unverbroken kopes dem werdyghen heren Dyrick Stryck in der tijt kumpter tho Mollem unde synen nakomelingen off helder dusses breves myt syne wullen eynen eren hoff belegen tho Armenholthusen so als de ghelegen is myt aller slachter nut unde thobehorynge vor eyn vry dorslachtych egengoet unbekummert myt enygen schulden tynse oder renthen wu men dat benomen mochte. Unde vertegen hijr van alles rechten und gengen des allynek uyth myt hande unde myt munde unde [leyten] den vorg. hoff in hande unde in wer dem ergenannten kumpter syne nakomelinge off helder dusses breves myt synen wullen vor eyn summe geldes etc. Hyr weren an unde over tho rechten tuchluden ghebeden van beyden syden de werdyge her Godert van dem Lo in der tijt provest tho Bedelike, de olde Kruse in der tijt borgermester tho Bedelike unde mer guder lude genocho. Gegeven in dem yare unses heren M.CCCC.LXXXI., des neesten dages na suncte Mathias dage de hilgen apostels.

511. Volpert Dobber verkauft dem comthur zu Mülheim den bei dem Liethof gelegenen lütkenhof zur Liet. 1481 aug. 14.

Ick Gert van Thonen etc. do kundych etc. dat vor unss in eym gheheget gherychte etc. ghekomen synd Volpert Dobber knape Johanna syn echte husfrouwe unde Heydenryck Dobber bastard unde verkofften und upleyten aldar etc. ewyges unverbrocken kopes dem werdygen heren Dyrick Stryck in der tijt kumpter tho Mollem unde synen nakomelingen etc. eynen unsen hoff, gheheyten de lutke hoff tor lijt ghelegen by dem hove thor lijt, myt alle synem rechte unde thobehoer zo de ghelegen ys unde vertegen hijrvan alles rechten unde ghengen des alynck uyth myt hande unde myt munde unde leyten dat in hande unde in wer des werdyen heren Dyrick Strycks kumpter vorg. unde synen nakomelingen off helder etc. vor eyne summe geldes de se zych van em darvor tho wyllen bekande wal betalt. Vort so loveden de vorgescreven vorkoper eyn vor al myt zameder hant etc. den vorg. hoff myt al syner thobehorynge vrij dorslachtych egen unde unbeswert myt yenigen schulden eder renthen unde vort des vors. hoves rechte waershop tho done etc. Hyr weren an unde over tho rechten tuchluden ghebeden van beyden syden de werdige her Godert van dem Lo in der tijt provest tho Bedeleke unde de olde Cruse etc. Gegeven in dem yare unses heren dusent vierhundert eynundachtentich, in vigilia assumptionis Marie.

512. Ludeke van der Molen freigraf der stadt Soest verkauft dem comthur von Mülheim Johann Ruysken von Duisburg den Potthof zu Armenholthausen. 1490 mai 25.

Ich Ludeke van der Mollen tor tyt frigreve der staet Soyst do kunt etc. dat ich verkofft hebbe etc. eynen mynen hoff geheten dey Potthof to Armenholthusen by Molheim gelegen vor eyne sumen geldes etc. dem erbern heren Johan Ruysken van Dusborch nu tor tyt comptur des husz to Molhem der hylgen iuncfrowen sunte Margreten und synen nakomelingen etc. Und to merer seckerheyt und vorwarynge hebbe ich Ludeke vorg. gebeden dey ersamen Johan van Essen rychter to Robryncusen unde Cord van Lotmirhinckhusin rychter to Belyke dat sey er ingesegel myt dem mynen en dussen breyff hebbet gehangen, want ich dusses hoves und gudes vor dussen twen rychteren utgegen syn als wonde und recht is. Des wy Johann und Cord vorg. bekennen dat dusse utgan und uplating vor unss gesche-

hen is alss recht is etc. Da mide by over und an waren her Rotger van Bermetlo und her Gosschalck van Redynchanen, Volbert Dobber, Herman Kruse, Heynniken Berman und Eygerd und mer lude genoch. Datum anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo, ipso die Urbani pape.

513. Die landcomthure von Biesen Utrecht und Lothringen bezeugen, dass der landcomthur von Westphalen eigenes gut an seine ballei gebracht. 1520 sept. 17.

Wy Gerart van Strythagen lantcomphuir der balien van den Biissen, Stuvern van Suylen van Nyenfelt lantcomphuir der balien Utrecht und Diderich van Nassauwe lantkommenduir der balien Lotryngen, all duitsches ordens, doin tsamentlieken kond und bekenne vor uns und onse nakomelingen dat ons wairafftich vorkomme und anigebracht is dat dir erwirdig herre Hinrik van Bodelswinge lantkomphur der balien van Westfalen onse mydebroder dye balye merklich gebettert ende erfischoiff darzo gebracht und gewonnen hefft etc. Datum im iair onses heren dusent yiffhundert unde twentich, den XVII. daeg des maents septembre.

514. Elisabeth gräfin von Henneberg pröbstin zu Essen vertauscht einen leibeigenen. 1534 oct. 23.

Wyr Elisabeth geboren greffinne tho Hennenberch proestyn des frien wertlichen stifts Essende doin kundt unnd bekenne vur uns und unse nakomelingen in dussem apenen besegelden breve dat wy eyn gelicke wessell geholden und gedain hebben as myt dem werdigen herren her Wilhelm Ovelacker kumduyr des huyses to Wellem, also dat wyr avergegeven haben dem werdigen herren vurg. uth unsen have Hantsipen Gort tem Pyckenbroick eyn echte sonne seligen Dark tem Pickenbroick und Hawert syner huysfrauwen und hebben widder entfangen etc. In dem iare unses herren dusent vyffaundert unnd vierundertich, up sunte Severynk dach.

515. Rütger Ovelacker und Friedrich Fürstenberg bezeugen dass Johann und Heinrich Fürstenberg gesund von körper und des willens sofort nach Livland sich zu begeben auch von rittermässigen ahnen stammen. 1553 mai 11.

Wir Rotger Ovelacker und Friedrich Furstenbergh thun kund etc. weil dass der erwirdigh etc. her Bernhardt von Schedelich der Westphälischen baley landcumpturn uff bitlich begeren des ernvesten

etc. Johan Fürstenbergs und der tugendsamen Gosseke Ovelacker seiner eheligen haussfrauen bewilligt hait, ihre beide ehelich geborn soene Johan und Heinrich Fürstenbergh gebrüder in den loblischen Teutschen orden etc. anzunemen und zu cleiden, und des dem wurdigen etc. heren Dietherchen von Heiden berürten Teutschen ordens comphur zu Molheim bevelich geben, gemelte Johan und Heinrich Fürstenbergh gebrüder in den Teutschen orden zu cleiden, und also eingenommen und von itzgemelten heren comphur gekleidet sein worden; dergestalt dass sie in der Westphälischen baleyen keins verbleibens ader enthaltens sich sollen anmaissen ader zu furderen machen haben, sonder sich uff das fürderligst als fromme gehoirmsame ordenspersonen hinüber in Leiflandt begeben also das man von ihnen und ihrer iederm in berürter Westphälischen balien unbeschwert sein und bleiben soll: so ist uns obgenannten Rotger Ovelacker und Frederiche Fürstenbergh kunde und well wissendt, das gemelte gebrüder Johan und Heinrich Fürstenbergh ihrer vernunft glieder und an leibe geschickt und ungebrechlich, auch von ihren vier annichen adels und rittermessigs geschlecht sein. Und so loben wir Rotger etc. wess schadens die vorgenante baley Westphalen dieser cleidunghe halben kriegen würde (das doch will gott verhoedt pleiben soll) ganz und all abzustellen und gemelte baley derhalb schadeloiss zu halten etc. Des noch zu mehrer bekrefftigungh hait unser ieder sein angeboren ingesiegell an dussen brieff wissentlich thun hangen. Der gegeben ist im iair nach Christi unsers lieben heren heiliger geburd vunffzehenhundert drieundvunfzigh, am tage ascensionis domini.


---

Angabe der orte wo die originale der vorstehenden urkunden sich finden und der bücher worin einige früher abgedruckt worden.


- |  |  |
|--|--|
| 1. 5. Original in Coblenz.                       | les 2, 262. 829. 536. 583.   |
| 2. Mitgetheilt v. herrn dr. Böhmer.              | 671. 878. 904.   |
| 3. 4. 6. Huillard-Bréholles 1, 299.<br>301. 488. | 22. 36. 37. Original in Düsseldorf.  |
| 7-13. Original in Düsseldorf.                    | 29. 31. 32. 34. 35. 38. Huillard-<br>Bréholles 3, 348. 123. 120.<br>126. 406. 497. |
| 14. 17. Mitgetheilt von herrn dr.<br>Böhmer.     | 33. 41-43. 46. 61. 82. Retter hess.<br>nachr. 2, 41. 43-46. 54. 56.                |
| 15. 27. Miraci opp. 1, 739; 4, 233.              | 39. 45. Raynald. §. 23. 45.  |
| 16. Würdtwein subs. dipl. 5. 270.                | 40. Entdeckter ungrund nr. 21.   |
| 18. 20. 23-26. 28. Huillard-Bréhol-              |  |

44. 48. 50. Original in Düsseldorf.  
 47. 53. Marburger copialbuch.  
 49. 56. 57. Wölky cod. dipl. Warm.  
     1, 1. 3. 5.  
 51. 66. 68. 69. Original in Coblenz.  
 52. 87. Miraei opp. 4, 548; 3, 596.  
 54. 55. 58-60. 62-65. 67. Düsseldorf.  
 70. 77. 79. Münster. Vgl. Wilmans  
     westfäl. urkb. 236. 252. 188.  
 71. 72. 78. 80. Origin. in Düsseldorf.  
 73. 75. 76. 86. 88. 90. Coblenz.  
 74. 91. 128. Original in Antfeld.  
 81. 83-85. 89. 92-94. Düsseldorf.  
 95. 97. 99. 100. 102-104. Coblenz.  
 96. 98. 101. 105. 107-111. Düsseldorf.  
 106. 112-115. 119-121. Coblenz.  
 116-118. 122-125 Or. in Düsseldorf.  
 126. 129. 130. 132. 134-138. Coblenz.  
 127. 131. 133. 139. 142. Düsseldorf.  
 140. 141. 143. 147. 153. Coblenz.  
 144-146. 148-152. 154-160. Düsseldorf.  
 161. Mongitore 37.  
 162. 163. 165-167. 173-176. Düsseldorf.  
 164. 168-171. 178-180. Coblenz.  
 172. 177. 185. 190. 204. Münster.  
 181. 182. 184. 186. 187. 191-193.  
     Or. in Düsseldorf.  
 194. 200. 203. 208. 211. Or. in Coblenz.  
 195. Copialbuch in Düsseldorf.  
 196-199. 201. 202. 205. 207. Or.  
     in Düsseldorf.  
 188. 189. 209. 214. Copialb. in Münster.  
 210. 212. 213. 216. 217. 220-223.  
     Or. in Düsseldorf.  
 215. 218. 219. 224. 226. 229. 230.  
     Or. in Coblenz.  
 225. 227. 228. 235. 237-239. Düsseldorf.  
 236. 242. 243. 247. 248. Or. in Coblenz.  
 240. 250. 254. 255. Or. in Antfeld.  
 241. 244-246. 253. Or. in Düsseldorf.  
 249. Duellius 89.  
 251. 252. 259. 262. 264. Or. in Coblenz.  
 256-258. 261. 263. 267. 268. Or. in  
     Düsseldorf.  
 260. 286. 338. Miraei opp. 2, 1010.
265. 270. 292. 301. Or. in Antfeld.  
 266. 269. 273. 274. 277. 278. Coblenz.  
 271. 272. 275. 276. 279. 280. Düsseldorf.  
 281. 282. 284. 288. 289. Coblenz.  
 283. 285. 287. 290. 291. Düsseldorf.  
 293. 294. 297. 304. 309. Or. in Coblenz.  
 295. 296. 298-300. 302. 307. Or. in  
     Düsseldorf.  
 303. 305. 332. 339. 341. 356. 373. 394.  
     405. 438. 440. 456. Copial-  
     buch in Münster.  
 308. 314. 315. 326. 385. Or. in Münster.  
 306. 310. 323. 328. Or. in Antfeld.  
 311-313. 317. 320. 322. Coblenz.  
 316. 318. 319. 321. 324. 325. Düsseldorf.  
 327. 330. 333. 340. 342. 345. Coblenz.  
 329. 331. 334-37. 344. 347. Düsseldorf.  
 343-346. 350. 355. Antfeld.  
 348. Lacomblet urkb. 2, 624.  
 349. Brosii ann. Jul. 2, 27.  
 351-33. 374. 383. Coblenz.  
 354. 397. Marburger copialbuch.  
 357-69. 375. 377-82. Düsseldorf.  
 370-72. Sudendorf 23-25.  
 376. 384. 392. 393. 395. 398-400.  
     403. Or. in Antfeld.  
 386-90. 391. 396. 402. Düsseldorf.  
 401. 417. Original in Cöln.  
 404. 416. 424-439. Or. in Coblenz.  
 418-22. 425. 426. 428. 429. 431-432.  
     Düsseldorf.  
 423. 430. 433. 434. 437. 444. 447.  
     452. 457. Antfeld.  
 427. 458. 470-72. 475. 476. 504. 508-12.  
     515. Original in Münster.  
 435. 436. 441-43. 448-51. Düsseldorf.  
 445. 446. In meinem besitz.  
 453-55. 459. 461-63. Coblenz.  
 460. 465. 466. 469. 477-82. Düsseldorf.  
 464. 467. 468. 473. Antfeld.  
 483. Abschriftlich aus Dresden.  
 484. 487. 498. 506. Coblenz.  
 485. 486. 488-97. 499-503. 505. Or.  
     in Düsseldorf.  
 507. 513. 514. Recklinghausen.









**TIFFEN® Color Control Patches**

© The Tiffen Company, 2007

